



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, A. M.DC.XXIX**

[Argvmenta Concionvm Dominicalivm Petri Bessæi.]

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56232)



# DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

## SYNOPSIS, SEV ARGVMENTVM CONCIONIS.

1. *Supremi iudicii oblivionem esse nocivam. saluarem vero memoriam.*
2. *Iudicis & iudicii nomina e ioseph mundo congenita.*
3. *Signa futuri iudicii qua & qualia sint.*
4. *De signorum modo ac sensu.*
5. *De rebz signatis.*

*Erunt signa in sole, & luna, & stellis, Luc. 21.*

### FIGVRA.

*Enod. 10.*



**V**ERTISSIMVS ille ac potentissimus scelerum vindex Deus, cum impiū olim Pharaonem, qui populo Israel varia intulerat mala, cumque seruitute durissima & diuersis calamitatibus afflixerat, castigare ac dira visitationis tela in Aegyptios detorqueere decreuisset, plurima cum in caelo tū in terra signa, velut praeambula, & inpendentis ruinae regni que totius excidii praenuntia, quin & furoris sui testes, praemisit. Orbis quidem lampas sol, luna, stellaeq; per noctem caelo splendere solita, triduo lumen amisere, tenebraeq; densissima, quae & manibus tangi potuerunt, per vniuersam Aegyptum, factae sunt. Ad eundem plane modum, priusquam circa haem mundi dignis in peruersorum hominum flagitia supplicii animaduertat, iudiciorum suorum furorem & indignationem in miseros mortales effundat, eosque stirpis quasi excindat; horrenda ac terribilia, quae merum cunctis incutiant, signa, velut praecursores, emittet. Tunc mirum stellae

*Torp. 1. Pars Hyemalis.*

delitescent ac fugient, sol tetro & ferrugineo amictus velamine non lucebit, luna deliquium patietur, sidera caelo cadent, mundus denique densissimis tenebris obitus ingemiscet ac palpitabit. O diem cruentum ac lugubrem! diem terribilem & vere formidandum! signa horrorem terroremq; incutientia, lachrymas ac gemitus excutientia! Hodierno haec Evangelio describuntur, quae vobis iam latius exponere est animus. Atque utinam idcirco in lachrymas hodie vox conuertatur, utinam lingua terribilem tonitruum boatum induat, gemitus eloquii vice fungantur, tremor & pavor aliaque doloris & luctus argumenta gestus efforment! Coeptis adesto sanctissime Spiritus, tuque sacratissima Virgo, Iudicis, cuius hodie furorem aequissimaq; iudicia verbis prosequar, mater, precibus & patrocinio apud eundem, dicenti auxiliare: ideo te salutatione, qua olim à Gabriele Archangelo in Nazareth salutata es, compellabimus. *Aus*

*Maria*

Caelestis ille Theologus atque orbis Metaphy-

A

raphy-

raphysicus Ecclesiastes, qui plurima hieroglyphicis & emblematicis obscurioribus mytheria involuit, duos nobis in sacra Scriptura theatro exhibet, velut actores, nimum quantum inter se differentes: quorum vnus sapientissimus, alter vero stolidus vt qui maxime; vnus dextra, alter sinistra cor teneat:

**Ecl. 10.**  
Sapiens ex-  
tremi iudi-  
cii meminit  
Stultus vero  
obliuisci-  
tur.

*Cor sapientia in dextra illius. Et cor stulti in sinistra eius.* Hieronymus loci huius interpretem agens, hęc inuolucra de extremo iudicio iudicii intelligi debere existimat, in quo ad dextram electi, reprobi ad sinistram collocabuntur. Docemur autem, quemadmodum cordati ac circumspēcti est; extremi iudicii semper ac nullo non tempore recordari, sortemque Beatorem, quam per dexteram hic denotari certū est, assidue mente voluere, ita ē contra stolidi atq; insipientis esse, ad sinistram animum cogitationesq; conuētere, viam reproborum insistere, nec horrendū illud tonitru diuinę sententię, aut inexorabilem iudicis seueritatem vnquam p̄ oculis habere. Et sane quicumque hęc animo semper in sculpta gerit, n̄ ille sapientissimus mortalium dicendus est, ac insipiens & fatuus ille, qui animum hinc auertens alio conuertit. Ille scilicet a peccato reuocatur, iustitiam metuendo; hic vero eidem sese implicat, dum impune se habiturum confidit, aut peccata disquirenda a iudice negat.

**Qui iudicii  
extremi  
meminit, a  
peccato a-  
uocatur; e-  
contra, qui  
obliuisci-  
tur.**  
**Impii dum  
sperant se  
impune a-  
pud Deum  
habituros,  
audacius in  
eundem  
peccant.**

David propheta in lege diuina versatissimus, & in scientia sanctorū absolutissimus, cum hinc sibi Deum, illinc vero effrenem habituros, sceleratorum hominum audaciam; & summam creaturam in Creatore ad iracundiam peccatis prouocando ingratiitudinem; quę nimum maiestatem illius vilipenderent, eique prout par est non seruirent; consideraret; nullam profecto aliam cōtemptus huius rationem dare potest, quam summam diuinorum iudiciorum obliuionem: dum nemo vel obiter perpendit, exactam, post hanc viam; de omnibus verbis, operibus & cogitationibus coram summo iudice rationē reddendam esse, singulaq; minutissime disquirenda. At enim, *Propter quid irritauit impius Deum? Dixit enim in corde suo: Non requireret.* Et profecto nulla alia contempti numinis dari ratio potest, quam quod stulte sibi per-

*Psal. 9.* **Propter quid irritauit impius Deum? Dixit enim in corde suo: Non requireret.** Et profecto nulla alia contempti numinis dari ratio potest, quam quod stulte sibi per-

suadeant impii, nullam Deo de operibus rationem reddendam, nullamque de iisdem disquisitionem instituendam.

Horum sermones ad viuum depingit Iob, cum sic eos loquentes inducit, *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat. Et circa cardines cœli perambulat.* Perinde, ac si dixisset, Scelus & diuinę maiestatis contemptor, cum tant impie peccatis sese inuoluit, ac sceleribus animam opera sua coinquinat, tam securus est ac confidens, vt Deo in se Deum esse vix credat, vel si credat esse, eum cœcum & talpam existimet: quin & his impietate suam verbis stabilire contendit, post nubes in cœlo delirescit, vitam nostram aut opera non contemplatur, per cœlos quietus & quodammodo de se obambulat, de rebus nostris ne hilum sollicitus. O errorem deplorandum, blasphemiam intolerabilem, læsę Maiestatis crimen, peruersas cogitationes, omnis mali & impietatis matres! *Quid? qui Psal. 9. plantauit aurem, non audiet? qui fixit oculum non considerat? Profecto quicumq; Deo aures & oculos aufert, illius quoq; iustitię & prouidentiam simul aufert necesse est: ac talem qui sibi Deum fingit, idola sibi fabricat, quæ in Psalmographus descripsit, Oculos habent, Psal. 115. Et non videbunt; aures habent Et non audient.*

Vidit olim Zacharias Propheta lapidem, *Zacharias qui septem oculos haberet.* Lapis hic Christus, *Et si. Zach. 3. autem erat Christus* omnes porro, quos habere dicitur, oculi, illum oculatissimum esse inuunt; qui nimum omnē in partem circumspiciat, actiones nostras diligentissime contempletur & inspiciat, vitęq; nostrę statum attentissime consideret. Ita autem persusalum habebat Propheta Iob, ac perinde gemens ac tremens Domino; ait, *Tu quidem Iob. 24. gressus meos diuinum erasti, adeo vt nihil agere aut cogitare queam, ac ne mouere quidem corpus, quin nois.* Ita enucleate scilicet omnia inuestigat.

Inter cetera, quę Poetę fabularum artificis Iudex Christus effinxere monstra, numeratur vastus Argus futurus, quem centum oculis instructum depinxerūt, omniaq; circumquaq; intuentē. Hęc centum oquidē fabulę at certū est, eum; qui extremo oculis in iudicio summa cum auctoritate p̄sidi debet, structus in sacris literis gigantem appellari, *Exultauit*

*ut q.*

*Psal. 93.* *ve gigas ad currendam viam; sed & gigantem vastissimum, Magnus Dominus & laudabilis nimis & magnitudo eius non est finis. Vere inquam gigas est atque Argus centum oculis circumsecus vallatus, qui quidquid in hoc inferiori mundo agitur acutissime peruidet. Quicumque igitur quid agere se posse putat, quod iudicem hunc oculatissimum subterfugiat, qui acutum hunc Lyncea se fallere posse confidit, fallitur profecto & mente destitutus est: ac similem se ostendit iis, quos Psalmista, postquam tyrannica quadam barbarie viduas interfecerunt, alienigenas iugulassent, pupillos oppressissent, in sui purgationem dixisse ait: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.*

*Psal. 18.* *His igitur alta voce iacclamandum est, hi corripendi sunt, ac stultorum loco habendi, his Propheticum illud intonandum, Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: cogitate inquam, in caelo iudicem viuere, qui quidquid hic apud nos agitur intruetur, operaque vestra singula contempletur.*

*Psal. 114.* *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: cogitate inquam, in caelo iudicem viuere, qui quidquid hic apud nos agitur intruetur, operaque vestra singula contempletur.*

*Apo. 1.* *Prima, quam Ioannes in solitudine Pathmos insula visionem habuit, vidit quendam similem filio hominis, cuius frons instar solis radiabat, manus stellas plurimas continebant, vox tanquam vox aquarum multarum erat, ore gladius acutissimus egrediebatur, oculi, ut flamma ignis collucebant: Quicumque in visionem hanc commentati sunt, dixerunt per prodigiosum hunc Iudicem Christum, qui omnes diiudicaturus est, designari: equidem ut ceteras proprietates praeter eam, arbitror per flammantes & igneos illos oculos, iustitiae illius furorem, oculorum perspicacitatem, ac diligentem scelerum nostrorum disquisitionem, quam tunc adhibebit, ostendi. Ut hinc scilicet disceremus, eum, quem Iudicem futurum constat, oculos habere perspicacissimos acutissimosque ut quidquid a nobis agatur, peruideat acutius quam aut aquila, aut serpens Epidaurius, nihilque eum fugiat eorum, quae in mundo fiunt. Quod autem rarius haec homines mente voluant aut non credant, hinc fit, ut in omnia vitia praecipites ferantur, magnamque capiti suo calamitatem, interitum quia etiam sempiternum, accessant.*

Ita nempe Propheta regius inuult: cum Diuinitatem enim rationem redderet, cur impii tam praecipites in omne flagitium ferantur, tanquam contemleuiter diuinam maiestatem offendant, Nonptus est, inquit, Deus in conspectu eorum, inquinatae sunt via illorum in omni tempore, auferuntur iudicia tua a facie eorum. Hebraica autem & Chaldaica versio, loco Deus, hoc loco legunt Haloim, quasi dixeris Iudex. Sensus igitur is est, eo quod peccatores Deum Iudicem sibi ob oculos non ponant, eiusque iudicia non perpendant, hinc eos in profundam vitiarum abyssum prorucere vitamque flagitiis fodere.

II.

Quanta igitur, Deus bone, filiorum Adami stultitia est? quanta mortalium caecitas, ut non agnoscant quod mundus iam in nomen inde a sui primordio agnouit? Primum namque verbum Genesios, ac primum quod a mundi creatione nomen sibi sumpsit Deus, fuit ipsum nomen iudicis. Vbi enim in Vulgata legitur: *In principio creauit Deus caelum & terram.* fontes hebraici legunt, *In principio creauit Iudex, &c.* Quod S. Hieronymus discipulus, decemque nominum Deo in Sacrilibris attributorum enumerans genera, qualia sunt Ichoua, Adonai, Saddai, Hagios, Athanatos aliaque plurima, non parum miratur, cur nam ceteris relictis nominibus, hoc sibi in primis attribuat, ac tandem concludens ait, hoc mysterio non vacare: ut hinc nimirum discerent mortales, ab illo tempore Deum iudicem nostrum extitisse, eumque fore, qui omnia opera nostra inquirat atque examinabit: atque ideo nostrum esse, huius interdum recordari, recordandoque percelli.

*Gen. 1.*

*Tom. 1. ad Marcellanum.*

*Gen. 1.*

Prima mundi die creator, diuisit lucem a tenebris, quod exponens Augustinus, per diuisionem hanc creaturam, iudicium, quod summus Deus in Angelos tulit, probos a rebellibus & contumacibus sequestrando, id ipsum & de hominibus aliquando facturus intelligi debere ait. Forsitan etiam, ut hinc notum fieret, quod quemadmodum ab Angelorum iudicio mundus cepit, ita in hominum sit iudicio desiturus; quid si, ut demonstraret, se, quemadmodum Cecator & Iudex ab initio incolarum caeli fuerat, ita quoque

*Mundus cepit ab Angelorum iudicio, desinet in hominum iudicium.*



lat, iudicii  
prouinciat.

riant, palpebras recludant, peccata agnoscant, diuina iudicia perhorrescant: extremi diei iudicii tonitruo, tubis Angelicis, astrorum deliquiis, terramotibus, tempestatibus maris, elementorum motionibus, animalium rugitu, demum omnibus iis, quæ in mundi catastropha metum incussura sunt, eisdem è peccatorum veterino, quo sopiti iacent, excitare conatur. Inter cætera autem ait, fore signa in sole, luna, & stellis. ita quippe Euangelium hodiernum præfert, *Erunt signa in sole, & luna, & stellis.* de quo vt præsentem concionem instituiam, & quidem recta quadam methodo, primo de signis his loquar, deinde diem ipsum, & quidquid in eo euenturum signa illa prognostica docuere, describam.

III. Principio igitur certissimum est, quod &

Deum à S. Patribus variis in locis confirmatur, tequam ali-  
quem pun-  
re, iustitiamq;  
exercere constituit, plurima  
niat, signa præmittere signa ac prodigia solere: qualia  
præmittere sunt, vt plurimum, solis deliquium, luna: de-  
fectus, insolita cometarum apparitiones: vt  
soles.

hinc homines discedent, ingentia sibi cœlitus mala instare: quæ, si sapiant, præuertant atque euitent. Solent enim signa huiusmodi malorum esse præfaga ac prænuntia. Ita quarto Neronis anno legimus solem media die defecisse ac deliquium passum, terram tremuisse, concussam: ecce haud multo post crudelis in Christianos religionemque nostram excitata est persecutio.

Richo-  
baldus in  
Chron.

Seneca etiam in quæstionibus naturalibus refert post cometæ cuiusdam apparitionem (qui & stellis fixis & errantibus materia & forma diferepat: ac non nisi vapor quidam est Dei voluntate in materia viscosa & adustibili, vt Ioan. Damasc. ait, accensus: signum tamen semper est impendentis calamitatis, ac mali præambulum, vt in propositionibus suis ait Prologus, & in Meteoris Aristot.) Oceanum scuire coepisse, atq; intumescere, duasq; Insulas eum habitatoribus absorptas interisse.

Antequam Mithridates Ponti rex in lucem ederetur, alius in aere cometes visus est, idque per multos dies, qui tantum per aures & aëream regionem fulgorem circumlabatur,

vt cœlum ardere spectantes putauerint: tamq; ingens erat, vt magnam orbium cœlestium partem occuparet: itaq; lucidus, vt ipsum etiam solis lumen offuscaret, atque hunc in modum quatuor per diem horis apparebat. At nihil aliud Deus, qui eandem in cœli theatro spectandum proposuit, spectabat, quam vt truculentiam immanitatemq; barbari huiusce tyranni, quo vix Oriens crudeliorem habuit, quiq; continuis populum Rom. præhis terra mariq; exereuit, vt Valerius & Eutropius testantur, denuntiaret.

Lib. 5. de ci-  
cap. ult.

Plurima quoq; prodigia quæ bellum Punicum præcesserint, refert Orosius, cui & suffragatur Augustin. vt & boues locuti fuerint, infantes nondum nati ex vtero materno incondita quædam verba efformarint, serpentes per aera volauerint. Clades quoque Romanorum ad Cannas, qua quadraginta quatuor millia ab Hannibale & Carthaginensibus interfecta sunt, quando tres modii annulis pleni, quos tamen soli equites gestabant, quos mortuis detraxerant Pœni, Carthaginem in signum victoriæ missi sunt, multis præuis signis, demonstrata fuit.

Clades  
Cannensis.  
Lib. de bello  
Iudæico.

Iosephus etiam rerum Iudaicarum auctor, prodigiis variis, & quidem mirabilibus, destructionem Hierosolymæ denuntiatam ait: & imprimis, stellam quandam in forma gladii vrbi imminere visam, eiusdem excidium designantem: luna quoque duodecim cōtinuis noctibus deliquium passam: portam templi orientalem, ex aere constatam, quam ne viginti quidem viri summa nitentes vi occludere poterant, subito, nemine impellente, ne quidquam impediens repagulis & seris referatam. Sic etiam antequam mundus in exitium ruat, & ingens hæc machina dissolatur, tempore extremi iudicii, plurima signa ac prodigia præmittentur, ait namque Euangelista, *Erunt signa in sole, & luna, & stellis.*

Luc. 21.

Ceterum signa hæc misericordiam & clementiam innuunt, vt nimirum iis visis homines saluti inuigilent suæ, rebusq; animæ prospiciant. Imitatur siquidem Deus iudicem quendam fictum & subornatum, qui inuenit maleficum aliquem quæsiturus, eius tamen libertatis & salutis studiosus, strepitum vi-

Signa em-  
tremi iudi-  
cii miseri-  
cordiam

tro excitat, vt ille eo audito sibi fuga consu-  
lar, licetorumque manus effugiat. Deus enim  
amore & affectu transuersum actus, homi-  
nem multorum delictorum reum compre-  
hendere coactus, & tamen eius liberationem  
desiderans, priusquam descendat, multipli-  
cem strepitum excitabit, mutabit quadrata  
rotundis, soli deliquium inducet, stelle coe-  
lo cadent, elementa concurentur, caeli to-  
nabunt ac tremant, animalia vluabunt, or-  
bisque vniuersus ingemiscet, vt his auditis  
homo in tuto se collocet, grauesque iustitiae  
illius manus effugiat. Insinuat hoc Psalmista  
dicens: *Dedisti metuentibus se significationem,  
Et fugiant a facie arcus.*

Psal. 59.

Holofernes princeps militiae regis Assy-  
riorum cum terram Madian flamma ferro-  
que vastaret, regnoque Assyrio subiugaret,  
terram Damascenorum tempore messis in-  
gressus est, cuius segetes & fata succendit,  
arboresque & vineas incidit: quae cum in  
Iud. 2. Iudaea annuntiarentur, terror & tremor ceti-  
dit super omnes inhabitantes terram: dicebant-  
que intra se, si tantam barbarus hic in sege-  
tem nostram montes ac fruticeta, vineasque  
crudelitatem ostendat, quae nihil omnino  
in eum admisere: quid nobis fiet, qui toties  
eius imperium negleximus, atque in eum  
rebellando insurreximus? Idem omnino in  
mundi sine facturus est Deus, siquidem om-  
nia haec inferiora destructurus, limitibus  
eorum, id est, montibus caelestibus, qui to-  
ties ita in scripturis nuncupantur, & apud

Psal. 120.

Psalmographum, *Lesauit oculos meos in mon-  
tes, unde auxilium mihi; factus vicinior, omnia  
disperdet ac destruet, solem obscurabit, lunae  
lumen eripiet, stellas caelo euellet, aerem  
succendet, igne vastabit vniuersa, terrae mo-  
tus causabitur, vt nimirum homo his visis &  
auditis percussus & insolito metu conster-  
natus dicat, Quid? itane summaum illum  
Principem in creaturas, quae nunquam ad-  
uersus eum insurrexere, sed fidele semper  
obsequium praestitere, insurgere? quomodo  
igitur me tot tantorumque scelerum reum,  
qui toties eum ad iracundiam prouocauit, a-  
nimaduertet? Erunt itaque signa in sole, & lu-  
na, & stellis.*

Luc. 21.

*Signa inquam misericordiae: nunquam*

enim iustitia sine clementia sese demonstrat,  
ac vinculum inter vtramque habetur indis-  
solubile. Scriptum quippe est, *Iustitia & miseri-  
cordia recordaberis, &c.* Hinc olim apud Pro-  
phetam ait Dominus, *Assumpsit mihi duas  
virgas, vnam vocauit Funiculum, & alteram  
vocauit decorum.* Quid nam iudicio vestro  
denotant haec virgae Auditores? duo scilicet  
attributa Dei, eaque nobilissima, Iustitiana  
scilicet ac misericordiana, aut potius duas  
habenas, quibus vniuersam hanc rerum ma-  
chinam moderatur ac regit, Iustitiae ac mi-  
sericordiae: vnam suauem ac mitem, ipsius  
nempe clementiae: alteram vero grauem ac  
duram quam iustitiam dicimus. Et quo-  
niam iustitiam semper misericordia comi-  
tatur, hinc est quod haec virga, non gladius,  
non nouacula, non culter, quibus vt pluri-  
mum homines interimuntur, sed funiculus  
nominetur, eo quod instar funium ac vin-  
culorum, metu ac formidine peccatores re-  
tineat, in officio contineat, atque impedi-  
ne in peccatis vterius progrediantur. Ideo-  
que extremi iudicii die, *Erunt signa in sole, &  
luna, & stellis.*

Iustitiam  
semper mi-  
sericordia  
comitatur.

Psal. 34.  
Habac. 3.  
Zach. 11.

IV.  
Signa ex-  
tremi iudi-  
cii allegori-  
ce exposita.

Signa horrenda ac terribilia, sed signa iu-  
stitiae in sole Christo, luna Deipara ac stellis,  
Sanctis inquam ac Beatis. Tunc scilicet stellae  
illae caelo cadent, pulchra illa luna lumen de-  
negabit, peccatoribus auxiliari desinet: tunc  
lucidus ille sol obscurabitur, nubibusque fu-  
rore & cholera velatus vultum reget. Tunc  
quoque idem sol signum iustitiae ingredietur:  
modo quidem in misericordiae signo, in  
vita huius Zodiaci comparet, at tunc in iu-  
stitiae. Nouistis Auditores, duodecim Zo-  
diaci signa esse, quae mundi oculus, princeps  
luminis, omnium influentiarum Dominus  
sol anni spatio perambulat, *Sunt Arius, Tau-  
rus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, &c.* Totidem  
quoque in Euangelio reperire est: & Chri-  
stus sol noster, cum aliqua horum in vita  
percurrisset, iudicii tempore caetera percur-  
ret. Arietis iam olim signum ingressus est, in  
eo namque a Ioanne videtur, dum velut a-  
strologus peritissimus exclamat, *Ecce agnus  
Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* quin in hoc  
eum signo a longo iam tempore vidit Isaias, *4a.*

Emm-

*Emittit agnum Dominus dominatorem terra. signum quoque Virginis pertransit, in quo idem eum vidit. vaticinans namque ait, Ecce virgo concipiet & pariet filium. Geminos etiam prætergressus est, in quibus totus eum vidit verbis: in mysterio videlicet Incarnationis, in quo duplex natura, diuina & humana, velut gemini in vnam hypostasin coaluerunt, ac non nisi vnam personam constituerunt. Cancrum quoque ingressus est, canerum inquam, qui retrogredi ac retrocedere solet: quando à maiestate & magnificentia sua recedens infra Angelos sese demisit, & homo factus est. atque in hoc signo eum aperte Ioanna vidit, dum ait, Et verbum caro factum est, quin & prædixerat Psalmograph. Minuisti eum paulo minus ab Angelis.*

Verum extremi iudicii tempore Libram ingreditur? Leuate capita vestra Auditores tunc, tunc inquam signa in sole conspicimini, tunc sol Libram subibit, tunc ponderabit, omniaque opera, verba, cogitationes nostras iustitiæ suæ trutinæ imponet & examinet. Sol cum in Libra est, æquinoctium est, vnde poeta:

*Libra diem somniq; pares sibi fecit horas, Et medium luci atq; vmbri ubi fuerit orbē.*

Beatitudo electorum & pœna damnatorum semper durabunt.

*Deut. 32. ita cum mysticus ille sol iudiciorum suorum libram ingressus fuerit, noctes æquabit dieb. dies inquam Beatis ac celestibus, noctes damnatis ac reprobis, nam & horum supplicia, & illorum gaudia perennia futura sunt, nulloque vnquam fine terminanda. Deinde Leonem etiam intrabit, itaque furore & indignatione accendetur, vt omnia quæ hic in terra sunt, ad ima vsq; fundamenta montium, incendio consumpturus sit. Montium, ait hinc Moles, fundamenta comburet. Equis, Deus bone, ardet ecquod incendium!*

*Psal. 18. Non est qui abscondet se à calore eius. Tunc vere sol in Leone futurus est: iudex enim non iam humana, sed leonina voce detonabit ac rugitu suo totum percellat orbē. Docuit hoc me*

*Amos. 3. Prophetes, dicens, Leo rugiet, quis non timebit? & alius: Domine, de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam! & monebuntur cali & terra. Huc respiciens David, simulque conceptum nostrum auctoritate sua confirmans, duas ei qualitates assignat, penitus inter se*

contrarias, clementiam nimirum & rigorem: *Psal. 24. Dulcis & rectus Dominus: modo quidem dulcis est, quam diu in misericordiæ signo haeret, at rectus, & rigidus futurus, quando iustitiæ signum fuerit ingressus. S. Bern. quoque eodem respiciens, iudicem nostrum comparat api, in ore quidem miel, in cauda vero aculeum gestanti: modo enim non nisi nectar spirat & misericordiam, at in mundi fine aculeos, stimulos, iustitiam proferet, ideoque erunt signa in sole, & luna, & stellis.*

Signa luctus & tristitiæ: erunt namque lugubres hæc ante mundi consummationem apparitiones, velut luctus quidam generalis, atque vniuersalis omnium creaturarum in hominis interitu planctus. Nam quemadmodum rege mortuo tota aula luctum induit, atque vniuersum regnum plangit ac lamentatur, ita cum homo totius vniuersi rex, circa mundi finem in extremis versabitur, tota orbis huius aula lugebit, magnates caelestes, elementorum præsidēs, terræ vasalli: totus denique mundus planget & ululabit. Quod ad viuum expressit Ezechiel. *Et operam, cum exstinctus fueris, celos: & nigrescere faciam stellas eius, solem nube regam, & luna non dabit lumen suum. Et quamuis hoc iuxta literalem sensum de rege Ægypti intelligatur, mystice tamen de homine, qui mundi huius dominator est, intelligi quid vetat?*

David audito, Saulem & omnes fortissimos Israel in montibus Gelboe occubuisse, contristatus est quam maxime, vtque omnes tantam cladem deplorarent, omnis Israel luctum indueret, lamentis personaret, ac lugubre carmen funderet, auctor fuit: quin & Israelitides, vt mortem principis sui plangerent, adhortatus est, *Filia Israel super Saul fletis, 2. Reg. 7. qui vestiebat vos coccino in deliciis. Non aliter, quando circa diē iudicii mors hominis, qui Historia de velut regulus in hoc mūdo est, ac totius nobilitatis filiorum Adam annuntiabuntur, na allegorice tura tam acerbum casum ægre ferens, omnes exposita creaturas ad lacrymas & gemitus excitabit, efficietq; vt totius vniuersi aula luctum induat: ideoque stellæ abscondentur, planetæ caelo ruent, elementa rebellabunt, animalia præ angustia emorientur, per omnia deniq; loca luctus, querelæ, lamenta, gemitus ex-*

Luc. 11.

Signa hæc futura sunt signa luctus.

Ezech. 32.

audien-





bus, qui velut bases & columnæ reip. sunt in vitia prolabantibus, populum ac plebem eodem lapsu & ruina concidere oportet. Aaron & principes populi Israel mox vt idola conflare cœpère, tota multitudo eadem supplex adorauit. Dicit profecto non potest, quantum superiorum exempla obesse vel prodesse in subditorum animis queant: sol nempe hic deliquium patitur & luna, cum luna stellæ.

**Delicta que** **initio parua** **sunt, tandē** **reipore ma-** **iora fiunt.** Ecce & alium conceptū ex his signis pronunciatum. Mirabile est, sole tantum obscurato, lunam lumine destitui, ac stellæ cœlo cadere. Profunda hinc Philosophorum quæstio est, qui nimirum vitium semper in deterius crescat, quoq; magis à fonte recedit, quo & in perueritate inualescat. Aiunt siquidem

**Matth. 4.** Philosophi, *Paruus error in principio, maximus est in fine.* Musca quidem initio est, antequam vero ad finem peruenerit, elephantem superabit: qui que in exortu gutta minor erat, in oceanum tandem excrescit. Ita filium Dei satan à lapidibus tentare incepit, atq; in regna finiuit, quod initio non nisi instar vermiculi erat in crocodilum tandem euadit. ait

**Isa. 14.** enim Propheta, *De radice colubri egreditur ragulus.* Exemplum autem euidentius hodierno in Euangelio reperimus, vbi sole tantum obscurato, luna lumine destituitur, ac stellæ

**Luc. 21.** cœlo ruunt. *Erunt enim signa in sole, & luna, & stellis.*

Admirabili illa creationis die, qua omnipotens rerum opifex cuncta è nihilo produxit, hunc in modum ipse locutus est, *Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa ac tempora, & dies & anni, &c.* Luminaria hæc nihil erant aliud quam sol, luna, ac stellæ, quæ, vt Creatoris legibus obsequantur, erunt in signa & prodigia: non autem vt tempora iam & annos discriminent, diesque distinguant à noctibus. Tunc siquidem horologia finem habebunt, de diebus, mensibus, septimanis nulla amplius erit mentio, vnica omnia demetietur æternitas. Ita namque affirmavit hoc

**Apoc. 10.** ipsum Angelus ille Apocalypf. qui pede vno terram, altero mare calcabat, *Et iurauit per viventem in sacula saculorum, &c. quia tempus non erit amplius.*

Legem item suam promulgaturus hunc in

*Tom. 1. Pars Hyemalis.*

modum Moſi locutus est, *Signa faciã, qua nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste, in cuius es m. ed. o. opus Domini terribile, quod facturũ s. m.* Extremi scilicet iudicii die legem omnibus hominibus Deus dabit, tunc enim signa edet, quæ nunquam hæctenus à quoquam mortalium visa sunt, vt omnes mundi incolæ opus Domini terribile, quod horrendo illo die facturũ est, quando omnes scilicet mortales diiudicabit, videant & agnoscant.

Ioannes magnum aliquod omnibusque Plura signa inauditum sæculi narrare volens, admira- in die iuditione & exclamatione vsus est, prodigia miraculi appare- racula, paradoxa. *Signum magnum apparuit in bunt. cœlo.* Si discipulus ille, quem diligebat Iesus, quemq; singularibus gratis ditauerat, vnico in cœlis signo viso adeo obstupuit, vt magnũ quid se vidisse exclamet: quid in vniuersali mundi excidio erit, quando infinita signa apparebunt in terra, mari, elementis, aliisque mundi partibus. Audite vt in numero plurali dicatur, *Erunt signa in sole, &c.*

Et quænam signa? & quomodo? sol nimirum obscurabitur, luna non dabit lumen suum, ac stellæ cœlo cadent. Quomodo vero solis hæc futura sint, nõ eadem omnium est opinio, obscurarent enim aliqui, non ita solem & lunam tione, obscuranda, vt lumen penitus amissura: sed quod alio quodam lumine maiori Christo ad iudicium veniente offuscanda sint. Maius enim lumẽ, teste Philosopho, offuscat minus.

In hanc opinionem consentiunt Hier. *Eu- Lib. 21. serm.* thymius, Venerabilis Beda, August. Ioannes 130. de tempore. *Sol obscurabitur, non quia destruetur, sed quia luce aduenientis Christi superabitur, &c.*

Alii vero metaphoricum sensum confectantes, aiunt solem & lunam non realiter ac vere lumine suo priuanda, sed tropologicam hic loquendi formulam contineri, qua angustia & miseria tēporis illius denotentur. Solent enim in Sacris literis afflictiones & anxietates per nubes & tenebras, caliginẽq; vt plurimum designari, vt in cap. XIX. Iob scribit Gregor. atque adeo huiusmodi hinc elici sensum posse indicant. Tantas angustiarum tenebras, calamitatumq; nebulas tunc miseris mortales patientur, perinde ac si cum sole

B. luna

Luna omni lumine destituerentur, nullumque splendorem emitterent. Atque hanc Scripturarum loquendi consuetudinem in illo Isaia loco ad oculum cernere est, esse stella cæli & splendo earum non expandent lumen suum, obtemperatus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo, &c. quæ verba Hieron. eo quo diximus sensu exposuit. ite apud Amos,

*Isai 13.* Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Sunt hæc metaphoricæ locutiones, quibus omnibus ostenditur, omnes eorum delicias ac gaudia in luctum & amaritudinem conuertenda, solem autem in meridie occidere, quid quæso significat aliud, quam in medijs eos voluptatibus ac incunditatibus maximis angustijs molestisq; inuoluendos?

Longius etiam deuians Origenes, singula remque opiniam secutus, solis hanc lunæque obscuracionem è fumo tetroque vapore, quem incensus infra orbis terrorem emittet, prouenturam putat. Sed veluti & alii à veritate nimium quantum alienus est, eosque falsitatis, hoc potissimum nixus argumento, coarguo, quod prius solem obscurari necesse sit, quam mundus succendatur: omnes alioquin homines incendio absumerentur, ac nullus proinde signa hæc præambula videret. Cum tamen Euangelij contextu certissimum sit homines hiæc visis percellendos, præque timore ac formidine propemodum penituros, *Arescentibus hominibus*

*Luc. 21.* præ timore.

Verosimilius igitur videatur, solem & lunam vere obscuranda, ac deliquium passura, nam uti tempore passionis Dominicæ vere ac realiter defecere: ita quoque in vitimo eius aduentu, quando cum sceleratis iustitiâ facturus veniet, vere deficient. Quatuor autem Abulenſis modos producit, quibus hanc obscuracionem solis fieri posse putant. Primo per subtractionem radiorum; tunc enim Deus non sine miraculo, generalè concursum suspendet, nec amplius cum luminaribus illis, quo lumen effundant, cooperabitur: atque ira sole radios reuocante, luna aliaque astra, quæ non nisi solis adminiculo lucent & à quo omne lumen suum mutuauerunt, obscurabuntur. Quod autem Scriptura dicat, *Stellas cælo*

collapsuras, insinuare vult, eas lumine priuandas, mundoque non amplius facularum aut luminarium instar fore. Secundo per interiectionem corporis cuiusdam spissioris. Tertio per claritatis suspensionem: tunc siquidem non amplius lumen aut radios sol effundet. Quarto per eclipsim, quæ mihi præ cæteris arridet, si de eclipsi supernaturali intelligamus: si naturalis foret, inter signa & prodigia censeri minime posset: fieri adhæc naturaliter non potest, ut sol & luna eodè tempore simul deliquium patiantur: solis enim per interpositionem lunæ inter solem & terram fieri solet: luna vero, cum terra diametraliter inter solem & lunam interiecta est. Hæc quineriam eclipsis à cæteris differet, quæ futura sit vniuersalis, quippe quæ omne ubique terrarum lumen auferet, tenebrasque quæcunq; diffusas causabitur, quæ nulla hæc eclipsis præstitit. Præterea erit diuturna, ut ab vniuerso mundo percipi queat, ac velut certissimum venturi mali excidium; præsigium habeatur. Credunt nonnulli ad tres eam horas duraturam, uti ea quæ Passionis tempore visa est, alii ad plures: nonnulli triduo, ut tenebræ Ægyptiæ. Equidem medium iter complexus, tam diuturnam eam fore non crediderim, ne fortasse inferiora hæc lumine destituta pestum eant. Quidquid demum sit, certissimum est, fore signa in sole, & luna, &c.

*Luc. 21.* Erunt signa in sole: res mysterio non vacat. Sol quippe inter cætera duorum symbolum est: in primis iustitiæ, hinc apud Orpheum plerumque iustitiæ oculus nuncupatur. Nam ut lumine illo suo bona à malis lecernat, ita & iustitia. Deinde etiam vitæ, atque hinc cum Persarum rex Cyrus somniasset, solem manibus elabi suis, somniorum interpretes ariolum propediem moriturum coniciebant. At quando in Euangelio legimus, solem obscurandum, ac velut è mundo fugiturum, conicere licet & angurari, mundum in extremis esse, ac propediem moriturum, iustitiæque mox vnicuique reddendam. O signa prodigiola!

Agnus in Apoc. cum sextum sigillum aperisset, terra tremere & moueri, sol obscurari, luna rubescere, stelle rueret, venti insurgere & grassari, reges denique præ pauore reli-

Eclipsis solis ac luna vnde proueniat.

Quot horas solis eclipsis in mudi fine duratura sit.

*Luc. 21.*

Sol dicem significat.

*Apoc. 6.*

dis.

*In Matt. 24.*  
*quæst. 155.*

His vrbibus in cauernis sese occultare ceperunt. Sextum hoc sigillum sextam mundi ætatem mystice designabat, quæ & vltima est, & in qua horrenda hæc prodigia euentent, terribiles nimirum motus terræ, nouæ in sole eclipses, exortica mutationes in luna, stellarum lapsus, regum ac principum fuga & paucor. Atq; hæc prodigia sunt, quæ Evangelium declarat, *Erunt signa in sole, &c.*

*Luc. 21.* Quid? anne signa in sole? ô subita rerum mutatio, ac tristis metamorphosis! vidit olim in somnis Ioseph, ad tantam se aliquando dignitatem sublimandum, vt à sole, luna & stellis se adorandum dicat. At in die iudicii omnia hæc mutabuntur: astra namq; quæ hominibus cultum & obsequium lucendo exhibebant, quæ vitam illis etiam conferebant, tantum aberit, vt placide eos habitura sint aduersus eos insurrectura, bellum motura, lumenq; suum denegatura: antiquus ille cultus in tyrannidem, honores in contemptum, obsequia in barbaram inhumanitatem transitura: quod triste atque infamum erit augurium.

*Iosue solem sistit.*

*Ios. 10.*

Iosue cum aduersus Amorrhæos bellum gereret, victoriaq; in se inclinaret, solem in medio Zodiaci, lunamq; in sphaera sua, ne vltimus progredereatur, cursum sistere coegit, donec barbaros ad internecionem delinisset, & quinq; illos reges qui ad bellum exiit venerat, interemisset. Idem omnino mihi in extremo iudicio euenturum videtur; adeo vt ad solum Christi nutum, sol, luna, ac stellæ in medio cœli fixæ mansura sint, lumenq; & influxus solitos mundo negatura, donec maledictos illos Adæ posteros, hostes suos iuratissimos confecerit. *Vt sumat vindictam de inimicis suis,* ait Ieremias, *Impius reddidit vindictam* addit Ecclesiasticus, *Ad faciendam vindictam in nationibus,* subnequit Psalmographus. Idcirco nimirum planetæ in medio cœli stabunt, signaq; & præfagia impendentis hominibus calamitatis edent.

*Ier. 46.*

*Eccles. 12.*

*Psal. 149.*

Tunc quoq; verum fuisse comprobabitur vaticiniū Tob, qui cum Dei miracula describeret ait: *Qui præcipit soli, & non oritur, & stellæ claudit quasi sub signaculo: qui commouet terram de loco suo, & columna eius cœcutiuntur.* Illo quippe die, die inq; omnium dierum maximo

& extremo, soli præcipi et Deus, & non amplius quo diem hominibus afferat, orietur; tunc etiam stellæ claudet, & velut in carcerem cõpinget, adeo vt cœlo exulare & in terram concidisse visuræ sint; tunc quoq; terram commouebit, eius cardines cõcutiet, & verūq; polum tremere faciet. O prodigia inaudita!

Rex ille ac monstrorū domitor David, futura olim disquirens, non sine admiratione iisdem locutus est dicens, *Sicut cœsus fuit, au. Psal. 57. ferentur, super cecidit ignis, & non viderunt solem.* Attentius hocce vaticinium examinanti in mentem venit, de nostris cum signis, quæ circa mundi finem videbuntur, sermonem instituisse: tunc enim omnia instar ceræ defluent; tunc ignis cœlo descendet; tunc homines non amplius solem aut lunam videbunt; tunc quoque merito dicere mortales poterunt, quod longe ante prædixit, *Sol cognouit occasum suum;* sol quippe signis his finem suum, atque omnium rerum ruinam instare, demonstrabit.

Sapiens hominem, qua ratione vitam instituat, commonefaciens, his eum verbis allocutus est: *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ antequam, veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent, antequam tenebre cadat sol, & lumen & luna, & stelle.* Omnia hæc, etiam nulla adhibita periphrasi, de iudicio extremo, ac signis præambulis intelligenda sunt. Modo namq; velut iuuenta hominis est, tunc vero tempus afflictionis, tunc grauior quodammodo ætas ac tardæ senectæ malis variis circumseptæ ingruet; tunc sol obscurabitur, luna deliquium patietur, stellæ abscondentur: quamobrem si homo consiliis meis velit acquiescere, sapientiæque monenti auscultare, creatoris sui, antequam omnia hæc non expectata adueniant, recordetur.

Hoc Iosue duci fortissimo tribuit elogium Ecclesiasticus, *An non in iracundia sua in peccatis est sol, & una die factus est quasi duo?* At Iosue laudem meliori nos hoc iure Iesu Christo attribuemus, eiusq; potentiam super omnium regum terræ potentiam efferemus; ipse etenim in indignatione sua, & cholera non modo solis cursum impediet, sed omne etiam lumen tum ei ac lunæ, tum etiam stellis eripiet, efficietq; vt

dies illa omnium dierum maxima dici queat,  
*Isai. 24.* dies magna & amara & alde.

Aliud quidam magnum quid & nouum innuere volens; ait: *Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in conspectu sanctorum suorum fuit glorificatus.* Equidem mysterium rei subodorans, signa iudicium extremum præcessura hic designari arbitror: tunc nempe Christo angelicarum humanarumque cateruarum duce ad iudicandum descendente, vt ab omnibus mundi rex salutetur, & in medio Patriarcharum ac Prophetarum, qui sapius sub senum imagine in sacris literis exprimentur, gloriam amplissimam consequatur, tunc inquam, erubescet luna, ac sol pudore quodam modo confusus vultum abscondet, & apparere non audebit, atque hoc

*Matth. 24.*

est quod Euangelium innuit, *sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.* *Isai. 69.* *non erit tibi amplius sol adlucendum per diem, nec splendor luna t. uminabit te* quod hic Propheta de electis in alio mundo ait, ipse de miseris mortalibus hoc in mundo vsurpem; quasi dixerit, Tecum statuas velim o homo, in mundi extremo nõ amplius tibi solem radios ad illuminandum præbituram, aut lunam noctes splendore suo illustraturam, stellas quoque luce destituendas. Quamobrem audi quid

*Luc. 21.* Euangelista dicat: *Erunt signa in sole, & luna, & stellæ.*

Dies extremi iudicii quendam horrendum describerent, iisdem diebus tenebrarum & caliginis nuncuparunt. Importunus horum verborum sensus non est inquirendus; vt

*Isai. 2.* que enim proculdubio de iudicio locutus

*Soph. 1.* est, quo sole, luna, stellisque lumine destituta,

*Exod. 10.* densissimæ vniuersam terræ superficiem tenebræ occupabunt; tenebræ quales erant illæ quibus Ægyptii deturati fuerunt: tunc mundus non amplius paradisi voluptatis,

*Iob. 10.* sed, vt Iob olim eum descripsit, *terram miseria ac tenebrarum* erit. In quibus verbis notare vos velim vt hic miseria tenebræ velut maius quid, postponantur, vt hinc disceremus, solis absentiam, lunæ stellarumque retractione, denique tenebras hæc horrendas, mi-

seriis & calamitatibus acerbissimis grauioribus & intolerabilioribus fore, atque ideo Euangelista, vt totum mundum percellat, solum ait, *Erunt signa in sole, &c.*

*Luc. 21.*

Dixisti olim de spona tua, amore transtuleris actus, Domine, *Pulchra vt luna, electa vt sol*, sed in mundi fine hæc loquendi ratio penitus exoleuerit, nec amplius locum habebit: nihil quippe tunc sole tristius, nihil luna luctuosius, nihil stellis foedius apparebit, *Sol & luna obtenebrati sunt*, ait *Ioel. 2.* *obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.* Euangelista: *Luna tota facta est sicut sanguis,* scribit in Apocal. Ioan.

*Cant. 6.*

*Ioel. 2.*

*Matth. 24.*

*Apoc. 6.*

Tu vero o regum propheta, ac prophetarum rex David, dum diuinas laudes in organis & psalterio decantas, solem & lunam & altra ad concinendum inuitare soles, *Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen.* At in lugubri illo die mutandi erunt termini, nec summi illi naturæ modulatores ad iubilum & præana, sed ad nœnias, lacrymas, luctum & tristitiam inuitandi. *Musica Eccl. 22.* *in luctu importuna narratio*, ait Sapiens; toto siquidem mundo in lacrymis constituto planetæ quomodo exultabunt? quomodo hominibus præ timore arescentibus, ridebunt cœli; tantum porro abest, vt risuri sint, vt amarissime ploraturi; nam *erunt signa in sole, & luna.*

*Psal. 148.*

*Eccl. 22.*

*Luc. 21.*

Ad quid obsecro hæc signa? cur tam tetrum sol amictum induat? luna cur lumine priuetur? cur tantam in stellis crudelitatem exerceat creator, vt eas cœlo deturbet? Quid merere sidera, planetæ quid peccarunt? quod crimen admiserunt? O arcana & inscrutabilia iudicia Dei! Nihil, fateor, admiserunt, multas tamen ob causas ea fieri signa permittit Deus: Primo, vt omne se peccatum odisse ac detestari, quicquid peccato seruiuit, rigidissime se castigare velle significet. Videte obsecro peccati gravitatem ac peruersitatem: quia sol radiis suis peccanti famulatus est, ideo ad tenebras condemnabitur; luna quod latronibus de nocte lucem dedit lumine tunc carebit; stellæ denique quod impiis auxiliatae sint, cœlo deturbabuntur: vsurpare vt hic liceat Horatii illud,

*Quicquid delirans regis pluitur Achini.*

*Nag.*

*Peccati ma.*

*litia.*

Nam miseræ creaturæ propter hominis, qui in hoc mundo velut rex est, peccata puniuntur.

2. Ad peccata & ad penitentiam inuitet: si enim cœlum iram indignationemque; iudicis, cœlo descendens, quo iustitiam suam exerceat, sustinere nequeat; qui obsecro, miser peccator eandem sustineat: In Exodo scriptum est, tenebras horribiles per vniuersam Ægyptum factas esse, adeo vt nemo per triduum videre fratrem, aut loco in quo erat mouere se potuerit. Si tantum tenebrę illæ Ægyptis terrorem incusserint; quid facient tenebrę illæ vniuersales, quæ quatuor mundi cardines cooperient? quantum illæ peccatoribus terrorem ac formidinem incutient, cum sol sese abscondet, luna eclipsim patietur, & stellæ lumem amittent?

3. *Exod. 10.* Israelitæ auditis tonitrui, & visis fulminibus, quæ montem Sinai circumuallabant, in tantum percussis sunt, vt ad Moysen cæternatim confluentes dixerint, *Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Peccatores igitur & impii quid agent, quando vallem Iosaphat fragoribus & fulminibus septam videbunt? quando Deum tonantem audient, & tot signa in sole, & luna, & stellis videbunt?

4. Tertio; vt hic manifestū fiat, quàm à diuina natura alienū sit, in peccatores insurgere, dignis delicta supplicii castigare, cuius scilicet proprium est misereri semper & parcere, qui peccatorum mortē non desiderat. Ignoscere namque Deo proprium est quarto modo. Sunt iudices, qui prius quam aliquem morti addicant, vbertim fleant; ad eum modum Deus, priusquā diluuiū vniuersali mundum eiusque habitatores deleret, plorasse ac doluisse dicitur, *Tactus dolore cordis intrinsecus, debebo, inquit, hominem quem creauit.* Plorauit, qui etiam super ciuitatem Ierosolymitanam, cum eius excidium & ruinam præsentiret, quin & diu ante per Isai. Prophetam dixerat: *Seruire me fecisti in peccatis tuis.* perinde ac dixisset, nihil mihi accidere potest grauius aut acerbius, o peccator, quam dum iniquitates tuas punire, iustitięque tela in te exercere cogor.

5. Quarto; quod omnia hæc inferiora ab in-

Omnia hæc fluxu cœlesti dependeant, cunctaque ab ope-

ratione solis vitam habeant, adeo vt quod inferiora ab Phisici dicunt, *Homo hominem generat & sol*, influxu cœ- hic scite vsurpare possimus. Et quoniam tē-lesti depen- pore extremi iudicii omnia pelsūitura sunt, dent.

non erit amplius necesse, solem lunamue aut stellas in hoc mundo operari, ad dolorem potius induere, quod rebus hisce inferioribus non amplius possint succurrere, aut etiam nolint, eo quod homines creaturęque Deum peccando offenderint, ideoque indignabuntur. An non igitur rationes hæc tam egregiæ sunt, quam signa horrenda & terribilia? vos autem hæc animo insculpta gerite, interea ad alteram me concionis partem præparabo.

Profecto si prodigiosa illa signa, funestęque impressiones, quę in mundi fine apparebunt, antequam ad iudicandum venerit Dominus, timorem & metum incussura sunt; res ipsę quas præsignarunt, malaque; quę post sequentur, maiorem haud dubie metum incutient, quam verbis exprimi queat. Solebat Propheta, cum ingentem quandam populo suo Deus calamitatem plagamque comminaretur, eam hominibus annuntiare, non modo verbis, sed etiam exteriori agendi vestigiūque; ratione illā exprimere, vt hoc nouo inuitatoque; schemate diuinam vltionem innuerent; populoque timorem incuterent. Quomodo modo namque nudi foras prodibant, modo Prophetę i- exotica quandam & peregrina ratione vestiti, vt his visis populus virgam diuinam apprehendens, eam euitaret. *Exprimere solerent.*

Hinc Isaias & Michæas Propheta altissimi Isai. 10. mi, nudi per plateas Ierusalem iram diuinam annuntiarunt, vt ita excidium & ruinam vrbis ab inimicis imminentem ostenderet, non tam verbis quam gestibus prædicantes. *Vadā Mich. x. spoliatus es nudus, faciam planctum sicut draconum.* Quid? præco ille flagellorum Dei, vt euerfionem vrbis vnius declaret, nudus in cathedram venit, instar draconis vult plan- gere, non vero instar hominis loqui. Quam vero sibi cathedram deliget præco Euangelicus, in qua horrendum illum iudicii diem, vniuersi orbis destructionē, omnium mundi vrbium ruinam, cœli terręque; excidium, hominum animaliumque stragem annuntiet? quibus hæc verbis exprimet? lacrymis hic potius quam verbis agendum.

*Jerem. 21.* Video deinde Ierem. ferrea grauatum ca-  
 teua suspirantem gementemq; Ierosolymita-  
 nas plateas obambulantem, vt vrbs capti-  
 uitate desolationemq; populo exponeret:  
*Ezech. 12.* Ezechielem vero peregrini habitu indutū;  
 ita quippe Deus præceperat, *Fac te i. Gasa*  
*transmigrationis:* quo hinc habitatores colli-  
 geret, aliquando se profugos & exules futu-  
 ros domoq; & patria relicta in alienū solum  
 transfuchēdos. Hæc cum ita sint, quod sche-  
 ma, q̄ hodie vestem iudbet Iudicii extremi  
 præco, quib. verbis & gestibus vteret, vt vni-  
 uerso orbi impendentem calamitatē denun-  
 taret? Ipse porro Creator cum sciret hominum  
 vires ac loquelam ad tanta mala denuntian-  
 da non sufficere; cælos, altra, ipsa quin etiam  
 elementa præconis vice hic fungi voluit. Id-  
 eoq; sol egredietur atro tectus velamine, lu-  
 na deliquio deturpata, stellæ ruinam minan-  
 tes, aer fragorib. rugiens, terra tremet, mare  
 feruebit, atque vniuersus orbis incendium  
 præferet. O ecquæ schemata, quam tristes  
 colores, quales prædicatores; quæ nā nuntia!

*Apoc. 10.* Angelus quem ad iudicium nuntiandum  
 Ioannes venisse scribit, nouum quendā ha-  
 bitum præferbat; facies quippe eius instar  
 solis, cuius radio interiora terræ penetrant,  
 rutilabat; vox vero instar rugitus leonis hor-  
 rendatrat; pede vno mare, altero terrā pre-  
 mebat; amictus erat nube, iride velut diade-  
 mate redimitus, manu librum magnum præ-  
 ferebat, & quæcunque loquebatur non nisi  
 clamores & tonitrua imitabantur. Innuunt  
 hæc omnia qualis esse debeat extremi iudicii  
 præconis habitus, & agendi ratio. Imprimis  
 Angelus sit oportet, & nō homo, manu Eu-  
 angeliorum librum præferat, vt diuinas scri-  
 pturas intelligat; mentem instar solis luci-  
 dam, vestem instar nubis simplicem habeat,  
 vox non hominē, sed leonem sonet, omnia-  
 que verba eius mera sint tonitrua ac fra-  
 gores, ad quod alludens Propheta canit: *A*  
*voce nitrus tui formidabunt.*

*Psal. 105.* Vox, inquam, tonitruum fragores imiteret,  
 vt diē qualis nulla hæcenus extitit aut ex-  
 stabit aliquādo describat; idē qua videbun-  
 tur quæ nunquam visa sunt, qua erit tribulatio  
*Matth. 24.* qualis n. n. fuit, ex quo gentes esse coeperunt. tunc  
 nempe cum calamitas, afflictio & miseria ad

sumum deuenierit. Quidquid hic vidi-  
 mus, aut factum audiimus hæcenus, nō ni-  
 si præludia quædam & velitationes vmbra-  
 les fuere; at tunc conflictus vniuersalis erit,  
 ac giando rubigoque communis vniuersum  
 orbē destruet. Ingēs profecto calamitas fuit *4. Reg. 17.*  
 Samaritanorum, quando leones desertis, ad  
 peccatorum castigationem emissi, urbem in-  
 troierunt, paruulos deuorauit; homines  
 dilaniarunt, & miserandā longe lateq; stra-  
 gem ediderūt: dirum sane fuit agmen, in quo  
 belluæ militum, vngues armorum, iube gale-  
 arum, rugitus tubarum loco fuere. At mise-  
 rabilior adhuc futura est extremi diei cala-  
 mitas, quando non modo leones, sed varia  
 monstrorum genera cauernis egredietur, &  
 pisces mari, aues cælo, mortui sepulcris pro-  
 dibunt, quænam obsecro tympana erunt, au-  
 dire elementorum fragores & agitationes?  
 quis conflictus, videre motus & concussio-  
 nes montium? quænam strages, cernere ani-  
 malia cum hominibus ab igne deuorari? *Erit Matth. 24*  
*tunc scil. orientatio, qualis non fuit ex quo gentes*  
*esse c. erunt.*

Gravis quoq; calamitas & tribulatio Ga-  
 baonitarum fuit, quando manum cum He-  
 bræis cōferentes, ita se ab eorum agmine vni-  
 diq; videre cinctos, nulla vt ratione euade-  
 re, aut fuga sibi consulere potuerint: si enim  
 terram intuerentur, Hebræis eadem coope-  
 ra erat, qui sub duce Iosue strenue admo-  
 dum decertabant; ipse deinde armorum sui-  
 gor oculos perstringebat; clamores adhæc  
 vinctium aurib. insonantes auditum ob-  
 rundebant, quocunq; demum oculos verte-  
 rent; mortis imaginē videbant, si autem mō-  
 tes respicerent, cernebant Mosē precibus  
 Deum placantem, victoriamq; enixe depol-  
 ceatē: si solem, inimicum & aduersarium  
 sibi eum sentiebant, qui scilicet in perniciem  
 Gabaon coniurans, in medio cursu, quo He-  
 bræis diutius lucceret, hærebat. At non nisi  
 ludicra hæc sunt, si cum tribulatione, quæ  
 iudicium præcessura est conferantur; tunc si-  
 quidem omnia aduersus peccatorem insur-  
 gent, omnis tunc salutis ianua occlusa, ac de-  
 sperationis referata erit, quocunq; namq; se  
 verterit, sese irretitum cernet; si oculos sur-  
 sum erigat, Iudicem videbis, inexorabilem,  
 si deor-

si deorsum vertat, infernale barathrum patens; si à dextris, angeli indignantes; si à sinistris, dæmones saeuientes & accusantes adstant: circumquaq; denique ignem inextinguibilem, atque sexcentas alias calamitates cernet. Adeo vt tunc futura sit tribulatio, qualis ab hominum memoria fuisse nusquam legitur.

Ingens etiam fuit tribulatio excidii Ierosolymitani, quam Dominus Iesus sibi ob oculos ponens lacrymatus est, quando tot excelsæ turres, tot superba palatia, & murorum propugnacula hostili manu euersa sunt, & ad terram cõciderunt: quando magnificum illud templum, quo nullum in orbe erat augustius, ab igne consumptum est, & in cineres redactum: quando milites sacerdotum sanguinem effuderunt, infantes cunis extructos iugularunt, parietibus illiserunt, senes & decrepitos magna crudelitate velut victimas ante aras, & per compita trucidarunt; matronas crinibus abreptas per plateas miserum in modũ traxerunt, filias publice ante parentum oculos violarunt, omniaque sanguine & cæde permiscuerunt. Ipsa tamen iudicii calamitas grauior futura est: tunc namque non vrbs vna, sed quotquot in orbe sunt vrbes euertentur, & in fauillas redigentur, omnes arces & propugnacula concident, omnes montes solo equabuntur, arbores cum radicibus euellentur, animalia præ angustia & incendio exspirabunt, templa prosternentur, & quotquot iam in orbe sunt moles, iniuriam cælo facientes, in cineres & puluerẽ conuertentur: tunc quoq; terra ac mare ardebunt, cæli turbabantur, homines eiulabunt, aereq; regiones tonitru ac fragore horrendum in modum boabunt, omnes deniq;

*Matth. 24.* creaturæ concitabuntur ac tremunt. *Erit namque tribulatio, qualis non fuit.*

Quatuor in reb<sup>9</sup> hęc tribulatio sita est. Primo namq; tunc apparebit signum nouum, quod ab omnibus conspici poterit, quod ab Euangelista *signũ filii hominis* appellatur. Per quod Origenes gloriam designari putat, quam Christus sibi in Cruce moriendo comparauit: adeo vt sensus sit. Christum tanta cum maiestate & gloria ad iudicium venturum, vt nemo dubitare possit: quin ipse &

non alius Iudex futurus sit. Auctor operis imperfecti hic flagrorum vibices, & cicatrices clauorum quibus cruce affixus fuit, intelligit. At communis Patrum semper opinio fuit, per signum non nisi crucem Christi, quæ vexillum eius est, designari; ita scilicet exponunt Beda, Euthymius, Theophylactus ac Hieronymus.

Erit scilicet signum hoc, cuius olim figura in deserto Sinai à Mose erecta fuit, quæ à serpente moribus intuentes immunes reddebat; *Fac serpentem aereum, & pone eum pro signo.* Erit signum Thau, quod frontibus hominum insculptum à morte eos & angeli exterminatoris gladio defendebat: & vt Thau postrema alphabeti Hebraici litera est, ita crux Christi vltimum legis Mosaicæ membrum fuit. *Et signa Thau super frontes virorum gementium.* &c. signum, inquam, purpureum per quod Raab Ierichuntina, & omnis eius cognatio ab excidio & cæde immunis extitit. Signum quoque pacis & fœderis, quod mox diluuiò daturum se Dominus promisit, *Hoc est signum fœderis, quod do inter me & vos, Gen. 9. & ad omnem animam viuentem.* Signaculum quod sponsus in Canticis dilectam in corde, velut arrham & pignus amoris, quem sancte ei iurauerat, gestare cupiebat, *Pone me vt si gnaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* Denique signum cui multos contradicturos Propheta yaticinatur, *Et in Luc. 2. signum cui contradicetur.*

Signum, quod longe quam prius aliam naturam induet, nam crux quæ prius amoris, patri erit impis, fœderis signum erat, quæ peccatorum bis in die spes, afflictionum solamen, ac miserorum re-fugium solebat esse, iam belli signum & nota, calamitatis prognosticon, impiis terror, peccatoribus ruina, gentibus mors futura est. O signum terribile ac metuendum! signa namque quæ in sole, luna, stellis que apparebunt, non nisi ymbratica & leuia, si cum signo filii hominis comparentur, videbuntur. Illa non nisi homines, hoc etiam Angelos percellet. *Et virtutes caelorum commouebuntur.* *Matth. 24.* atque omnes orbis incolæ coget ingemiscere; *Plangent se super eum omne tribus terræ.* *Apoç. 1.*

Quid igitur tunc facies peccator infelix? In die iudicii quo fugias non habebis, nullum tibi restabit asylum,

Cruce futura signũ filii hominis qd in iudicio apparebit.

*Num. 21.*

*Ezech. 9.*

*Iosue 2.*

*Gen. 9.*

*Cant. 8.*

*Luc. 2.*

*Matth. 24.*

*Apoç. 1.*



fugiat non  
habeat  
peccator.  
Gen. 3.

asylum, omnis tunc spes tua perierit. Adam  
olim iudicio se sistere coactus abscondit se,  
& post umbram arboris delituit, *Abcondit se  
in medio ligni paradisi*, quod non temere, sed  
cum mysterii alicuius indicio factum est, de-  
monstrauit iuscis, crucis lignum verum pec-  
catoribus, cum à Deo ad necem conquirun-  
tur, refugium esse. At in die illo extremo o-  
mnia secus euenient. Iacob quoq; in patriam  
reuerfus, idola, quæ è domo Laban fœderi clã  
fustulerat, ad radicem arboris Terèbinthi se-  
peliuit, quo nil denotatur aliud, quam om-  
nem scelorum idololatriam, quæ in domo  
Adam regnarat, aliquando ad nouæ terebin-  
thi, crucem intelligo, radicem sepeliendam.  
Hæc quidem ante iudicii diem, sed vt ipso  
nulla amplius salutis in ea inueniendæ spes  
supererit, arbor nulla salutaris tunc futura est  
ipsa quin etiam crucis tunc noxia & hostilis  
erit: illa siquidem, quæ olim in terra plantata  
fuit, nunc in cœlo conspicua vniuersis appa-  
rebit. *Hoc signum crucis erit in cœlo, cum Domi-  
nus ad iudicandum uenerit.*

An non hoc miserum, ac vere deploran-  
dum erit, summe Deus! Ea ipsa nocte, qua  
Ægypti primogeniti ab Angelo interfecti  
sunt, omnia regni idola ad terram deiecta  
sunt, vt è verbis illis Exodi intelligitur, *In  
cunctis Diis Ægypti faciam iudicia.* A deo vt ma-  
tres mane strato surgentes, primogenitosq;  
suos interemptos cernentes, cum lararium,  
diis penatibus supplicaturæ, sortemque ac  
calamitatem suam enarraturæ, ingressæ ef-  
fent, non parum percussæ fuerint, cum eos  
manibus, brachiis, capite truncos, solo pro-  
stratos viderunt: patres vero dolore acti pro-  
pemo dum examinati sint, cum in templa, hic  
ad Isidem, ille ad Serapidem, ad Anubim a-  
lius inuocandum, fugientes, ad terram collap-  
sos videre: ita vt summus per vniuersum re-  
gnum dolor & gemitus exaudiretur. Id ipsum,  
& ne dicam, deterius quid, in die iudicii pec-  
catoribus eueniet, in quo non primogeniti  
modo, sed omnes mundi incolæ cognatioq;  
interibunt: tunc namq; cum domo egredi,  
& ad templa velut ad loca tutiora cõfugere,  
diuinam opem, Deiparæ & Sanctorum om-  
nium intercessionem, crucisq; huius merita  
inploraturæ, parabuunt; omnia hæc euerfa,

& ad terram quodammodo collapsa reperi-  
ent, Deum scilicet iratum, Deiparæ indig-  
nantem, Sanctos ad iracundiam concita-  
tos, & crucem, exitium & interitum mini-  
tantem. An non igitur hæc tribulatio est,  
qualis ab initio non fuit?

Secundo, tuba illa terribilis per omnes Tuba hor-  
mundi regiones reboans, magnum timorem ribilis oēs  
mortalibus incutiet: Illa, illa boatu suo pala- ante thro-  
ntis exciebit reges, thalamis principes, offi- num con-  
cinis opifices, mufæis Philosophos, pisces uocabit  
quin etiã mari, aues aere, monstra cauernis,  
mortuos deniq; sepulchris: idq; non triduo,  
aut tribus horis, sed per omnes orbis angu-  
los strepēs vt cuncti se coram iudice sistant.

*Tuba mirum spargens sonum*

*Per spūchra regionum*

*Coget omnes ante thronum:*

Ad terribilem hunc boatum omnes plangēt  
& ingemiscent, mundus in lacrymas resolu-  
uetur, cum finem suum instare, ruinam im-  
minere excidiumq; vicinū esse perpexerint.

*Tunc plangent omnes tribus terra:* plangent in- Apoc. 1.

quam; quia homines emorientur, mūdus ar-  
debit, Angeli cœlo à summo Iudice missi de-  
scendent, *Et mittet Angelos suos*, vt autē Deus Matth. 24.

esse demonstratur, dicitur *suos*, atq; ita præ-  
dixerat Psalmista; *Qui facis Angelo: tuos spiri- Psal. 103.*

*tuos, & ministros tuos ignem vrentem.* Plangent,

quia videbunt Præsidē summa cum potentia  
ac maiestate descendente, nubibus insiden-  
tem, Angelis comitatū, igne circumseptum;

ipsum quinetiã clamantem audient, & media  
tēpestate ambulante. vnde idem Psalmista:

*Deus manifeste veniet, & non silebit: ignis in cõ- Psal. 84.*

*spēctu eius exardescet; & in circuitu eius tempe-*

*stas valida.* dicitur *in circuitu*, quia tam sursum

quam deorsum, tam hic quam illic tempestas

erit, cœlo in terra, aere mari & mundo, quæ

per tubam præuiam instare denuntiabitur.

Verane hæc tuba erit? nequaquam, sed Non erit

metaphorica hæc locutione horrenda qua- tuba hæc

dam & terribilis ac semirauca, qualis est tu- verè tuba.

bæ sonantis, vox designatur; qualē Ioannes

audiuisse se Apocal. primo, quarto atq; vnde

vicefimo cap. ait: *Tanquam vox aquarum mul-*

*tarum, & Audiuī quasi sonem tubæ.* Ducta ali-

quorum iudicio metaphora ab antiqua Iu-

dæorum cõsuetudine, qui sono tubæ conuo-

care

*Num. 10.* carē tribus solebant, vt è libero Numerorum  
*Isa. 27.* & Isaia Prophetia colligere est: quamuis alii  
 à castris & bellis eam deriuatā putēt. In præ-  
 līs namq; tubarū vsus est nō modo ad mani-  
 pulos dispersos colligendos, verum etiam ad  
 hostibus metum formidinemq; incutiendū.  
 Ita namq; trias quēdam Prophetarum hocce  
*Isa. 18.* confirmat, imprimis Isaia, *Omnes habitatores*  
*orbis qui moramini in terra, cum eleuatum fue-*  
*rit signum in montibus videbitis, & clangorē tu-*  
*Soph. 1.* *ba audietis.* deinde Sophonias, *Dies tuba &*  
*clangoris super ciuitates munitas, postremo Za-*  
*Zach. 9.* *char. Dominus Deus super eos videbitur, & exibit*  
*ut fulgur iaculum eius, & Dominus Deus in tu-*  
*ba canet, singuli ecce tubarum meminere.*

Tubę signū Tubę quoq; regię maiestatis signam ac  
 regię maie- nota sunt: atq; ideo in Salomonis inaugura-  
 statis. tione statim ac populus sonitū buccinę au-  
 3. *Reg. 1.* *diuit, exclamauit voce magna; Visus rex Sa-*  
*lomon. Idcirco Dominus totum mundum iud-*  
*dicaturus, quo se regem regum esse demon-*  
*stret, atque eum, de quo in Psalmis mentio*  
*Psal. 8.* *est, Ego autē constitutus sum rex ab eo super mon-*  
*Matth. 24.* *tem sanctum eius, buccinam ac tubam præ-*  
*Ludic. 7.* *mitteret cum tuba & voce magna.*

Sunt enim futuri belli iudiciū: ita namq;  
 Gedeon Madianitis bellum indixit, quos e-  
 tiam sonitu tubarum & testeorum vaforum  
 collisione perterritos in fugam egit ac dele-  
 uit. Bethulicenses etiam dum aciem Holo-  
 fernis fugam capessere viderēt, buccinas in-  
 flantes eandem persecuti sunt, victoriamq;  
 & spolia luculentissima retulerunt. Ita in tre-  
 mendo illo iudicii die tuba perstrepet ac clā-  
 get, quo omnes bellum hominibus, animalibus,  
 atque adeo vniuersis creaturis indictum  
 esse intelligant. Omnes itaq; creaturę tunc  
 in armis erunt, omnes terrę incolę, summi  
 Imperatoris iussu, tunc vnus in locum coa-  
 ceruabuntur, *Accipiet armaturam zelus illius,*  
*& armabit creaturam ad vitionem inimicorum.*  
 An non igitur pertimesces infelix peccator,  
 cum Creatorem & creaturas aduersum te  
 insurgere, bellumq; tibi videbis indicere?

In Numeris dicitur buccinę sonus signum  
*Num. 10.* profectiois & conuasiōis esse, *Et iuxta*  
*hunc modum reliqui facient vlsantibus tubis in*  
*profectionē.* Idipsum de die iudicii sentiendū  
 est, cum enim horribilis illa tuba insouerit,

Tom. 1. Pars Hyemalis.

signum erit, omnes omnino creaturas profec-  
 tionem instituere atq; exire debere, Ange-  
 los & sanctos cœlo, diabolos ac dānatos tar-  
 taro, viuētes terra, mortuos sepulchris, &  
 coram Iudice apparere. *Erit signum in profe-*  
*ctionem, signum esse moriendū, palatris ex-*  
*Num. 10.* *eundū, domibus auratis egrediendū, diuitias*  
*relinquendas, amori mulierum valedicen-*  
*dum, sodalitia & symposia deserenda, vitęq;*  
*præteritę rationem reddendam. Tunc erit*  
*Matth. 24.* *tribulatio magna, qualis non fuit, &c.*

Tertio, tribulationem hanc augebit gra-  
 Luc. 21. uis illa pressura & perturbatio gentium o-  
 minium quę tunc in mundo reperientur: *Et*  
*in terris pressura gentium nihil enim præter la-*  
*4. Esdr.* *crymas, tristitiā, angustiam tunc per vniuer-*  
*sum orbem videre erit. Expressit hoc Esdras,*  
*Iuan. 14.* *dum ait, Cum venerit dies pressura & angustia,*  
*alii plorabunt & tristes erunt, &c.* Hunc diem  
 Dominus respexit in Euangelio, dum dixit,  
*In mundo pressuram habebitis.* At quinq; è cau-  
 sis pressurę hęc originem sumet. Primo, ob  
 hereses & errores. Nā, vt bene notauit Chry-  
 sost, quemadmodum qui in extremis versan-  
 tur, varia agitare animo solent, inq; plurima  
 distrahi: ita mundo expirante & ad finē de-  
 clinante varii oborientur errores & hereses,  
 quib. credentiū animi in diuersa scindentur,  
 Idcirco bene filius Dei admonuit, *Videte, ne*  
*quis vos seducat. Multonim coniuunt in nomine*  
*meo.* Secundo, ob bella & assidua prelia. Do-  
 minus siquidem, cum discipuli aduentus il-  
 lius signa pererent, hęc in primis posuit, *At-*  
*Matth. 24.* *dituri estis prelia: videte ne turbemini Surget enim*  
*2.* *gens contra gentē.* Tertio, ob immensam famē,  
*Marc. 13*

quę vt plurimum post bella sequi solet: nam  
 in Ierosolymitano obsidio tanta rerum pe-  
 nuria fuit, vt proprios matres deuorauerint  
 filios. Quid autem futurū putatis post diu-  
 turna illa prelia, quę mundus finiendus vi-  
 debit, in quibus maxima vbicunque terra-  
 rum strages edetur? Huc accedat & pestis  
 morque plurimorum repentina. Horrendus  
 denique terrę motus, qui vtrumque mundi  
 cardinem concutiet, mundumq; vniuersum  
 sede quodammodo mouebit, atq; in tantum  
 omnes perceller, vt lacrymantib. oculis con-  
 fessuri sint, nihil se horribilius aut calamitō-  
 sius vnquam vidisse.

C

Quarta

Quarta tribulationis huius causa, erit veneranda illa maiestas, furor intolerabilis iudicis, ante quem omnes nos comparere oportet, ut de vniuersa vita ratione diiudicemur. Tam rigidus autem ac seuerus ille futurus est, ut oculi flammatarum instar scintillaturi sint, manus minas intentaturæ, pedes in vindictam pperaturi: seueritate vultus, tonitrua, lingua demonstratura. Ira autem eius & furor verbis exprimi, aut oratione cõprehendi nequit, nam & hic ignorantiam suam confessi sunt Propheta: *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?*

Psal. 89.

Ipsè enim iudex est, cuius nemo vultum poterit declinare, quia videbunt filium hominis; hoc in iudicio poterit in nube, id est magna scientia instructus: cuius nemo etiam potentia resistere, quia veniet cum potestate magna: quæ nemo precibus flectere, quia in maiestate præsidebit. At iudex adeo rigidus ac seuerus, ut opera etiã bona ac meritoria disquisiturus ac iudicaturus sit, Vnde ipse de se, *Cum accipero tempus, ego iniustitias iudicabo*, id est opera iustorum, ac bona: non ait se homicidia, furta, sacrilegia, aliaq; scelera diiudicaturus: sed virtutes ipsasq; iustitias iudex adeo terribilis, ut etiam recti diuinorumq; mandatorum obseruantes vix eidem respondere ausuri sint, David idcirco Dominũ orauit dicens. *Non intres in iudicium cum seruo tuo*: perinde ac si dixisset, In tantum Domine iudex iudicia tua perhorresco, ut me ab iis liberatum velim: neque vitam meam rogo, disquiras accuratius, ne quæ forte inscio mihi maculã adhærescat. Eheu; si serui Dei iudiciũ metuunt, quid carnis mancipia, mundi passionumq; suarũ serui facturi sunt? quomodo iudicio huic se sistat diaboli seruus, si magistri seruus hoc ipsum in tantum perhorrescit: Monuit olim Esaias suos, ut ab homine cauerent, cuius spiritus in naribus. Loquebatur hic haud dubie de iudice nostro, qui instar hominis iudicio huic præsidebit. Et quoniam iræ signum putatur, spirare naribus: denotare voluit, iudicem hunc iram ac choleram tunc assumpturum, quam iudicandos exercebit, quam obrem caueant diligenter homines, neque eum dum viuunt offendant, ac proinde iratum experiantur.

Matth. 24.

Psal. 74.

Psal. 143.

Isai. 26.

Iob Propheta inter cetera quæ deprecari solebat, petebat ne se visus hominis aspiceret: De quo eum homine locutum putatis? non nisi de illo qui in forma nos hominis iudicaturus est, sed hominis indignantis & ira estuantis, cuius se vultũ Propheta sustinere posse diffidebat, ut in inferno dilutescere se malle, quam furorem eius perferre dicat. *Quis mihi hoc tribuat, & in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus?*

Docent Pierius & Euseb. de præparatione Euangelica, vario Ægyptios schemate Iudicem expressisse. Pingebat hominem grandævum, varias capite plumas præferentẽ, veste hyacinthina indutum, manu dextera sceptrũ sinistra circulum è stellis contextum, ore autem gladium ancipitem ostendentem. Picturam hæc dum intueor, iudicem nostrum videre videor. Etatẽ namq; habet, qui nimirũ ab omni æternitate fuit, ideo à Daniele Antiquus dierum nuncupatur. Sceptrum hoc maiestatem, vestis cærulea diuinitatem, circulus æternitatem denotat, plumæ autem consiliorum eius sublimitatem, ut pote quæ à nobis comprehendi nequeant. Exclamat hinc Apostolus. *O altitudo diuinarum sapientia & scientia Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius!* gladius autem anceps verborum, sententiæq; illius fulmina quæ tunc ore illius egredientur, designat.

Quod autem gentiles fortuito atq; ex ingenio expressere, id ipsum Propheta a Deo inspiratus graphice depinxit. Vidisse namque se antiquum dierum, vestitum lino, cuius facies instar fulguris, oculi instar lampadis ardentes rutilabant. Mirabilis pfecto visio, atque suis iudicem nostrum colorib. ad viuum depingat. Linea veste indutus producit, ut enormem hunc vestrum luxum & exoticas vestiendi formas coarguat: oculi quoq; flammantes ac scintillantes dicuntur, ut in finetur nihil eum posse fugere, omniaq; penitus sine penetraturum: facies autem fulguris furorẽ seueritatẽq; quã tunc assumet designat. David autem, vir licet sanctissimus, hanc per timescens Dominum rogat. *Auerte faciem tuam à peccatis meis*. Id est, A me obsecro Domine, oculos auerto, tã ipsius eõrẽplare essentia, aut Angelorũ natura: nõ vero peccatorum malitiam.

tiam intrare quidquid volueris, modo iniquitates sceleraque non consideres.

Vultus porro iudicis huius adeo terribilis erit, vt Propheta cum a quoquam infracto & irretorto oculo conspici posse negent, imo ne cogitare quidem de eo aliquem sine metu posse. Audiamus quid de his Malachias dicat. *Quis poterit cogitare diem aduentus eius? quis stabit ad videndum eum?* Adeo vt & ipsi Angeli coram iudice hoc stantes trepidaturi sunt, cuiusq; iustitiam formidaturi. *Quin & Bernardus* verba illa Abacuc 3. exponens, *Contriti sunt montes saculi, incuruati sunt colles mundi, ab itinerib. aternitatis eius;* ait per colles hos mundi, Angelos designari, qui iudicis estuante flammamantemq; longaq; post hec sacculi aternitate imminere videntes, trepidabunt & plangent.

Nemo poterit iudici hoc comparare: durius, eius choleram ac furorem sustinere: at omnium durissimum, ad illius interrogata respondere, seu erumq; eius examina subire.

Si enim fratres Ioseph percussit & pauidi fuere, cum dicente eum in Aegypto audiere, *Ego sum frater vester Ioseph,* delictorum quae in eum admiserunt memores, quid peccatores obsecro, tot sceleribus cooperiti, cum non Aegypti Dominum, sed totius orbis Monarcham conspiciunt, in quem torques deliquere & quem debita poenitentia non placauere? Quid hic auari facient, cum illum praesidere iudicio cernent, qui toto vitae tempore adeo inops fuit, vt non haberet vbi lassum caput reclinaret? Superbi quid hic auri, quando iudicem hunc cruce onustum fuisse; & ad inum terrae centrum sese demississe conspicient? Ambitiosi an non hic tremunt, cum eum, qui eos iudicaturus est, regnum ad quod natus erat, declinasse considerabunt? At lurcones & veteris mancipia quonam se loco abscondent, videtes ab eo se iudicandos, qui felle & aceto poratus fuit? Tribulatio incomparabilis, & afflictio intolerabilis!

Peccatoribus graue erit a iudice coargui. *Verum,* inquam, tribulatio incomparabilis, poenaque nequaquam ferenda, quando a iudice coarguentur, ingratitudinisque singularis accusabuntur, quando inquam ipse delicta omnia exprobrabit, dicens, *Esuriui & non dedisti mihi manducare* O dolor, & cruciatus, ob frustum panis, calicem aquae frigidae

pauperi denegatum, regno caelorum, & aeterna beatitudine excidisse! Eliseus Propheta grauius egrotans lecto decumbebat, hunc Rex Iosias cum inuississet, Propheta beneficii a regi accopti memor, victoriam q̄ de Syris, aduersus quos tunc bellum gerebat, relaturus erat, praedixit, & ait, *Affer arcum & sagittas.* quo facto, ait, *Pone manum tuam super arcum,* cui & Propheta deum suam imposuit: & ita aduersus Syriam telum direxere. Rex, insolitum hunc agendi modum demiratus, iaculatus quidem est, sed nescio qua torpedine in iaculando non perrexit, at bis terue iaculatus supersevit, quamobrem vis Dei iratus ei, *si percussisset Syriam quinquies aut sexies, siue septies, percussisset usque ad consummationem.* Cogitate hic vobiscum, Auditores, quam hoc illi auditu graue fuerit: an non putamus cum negligentiam & inertiam suam culpasse quod cum tantillo labore vniuersam Syriam subiicere sibi potuisset, vecordia tamen sua id facere neglexerit? At maior mihi credite, futura est impiorum querimonia lamentatioque, quando nimirum Deus, negligentiam illorum corripiens, magna iis indignatione exprobrabit, quam exigua regnum caelorum voluptatula amiserint, quod tamen vel frusto panis, vel haustu aquae frigidae sibi parare potuissent. O casum amarum, ac tribulationem intolerabilem!

Vere tribulatione magnam, quae nec verbis exprimi, nec ingenio potest comprehendere. In cuius rei signum Ioannes in Apoc. audiuisse se ait septem tonitrua, quibus totum sedib. conuellendum orbem putabat: quae cum scribere & charte mandare decreuisset, subito vocem audiuit, qua scribere vetabatur, *Noli scribere:* fieri enim non potest, vt hos aliquis fragores exprimat, imo temerarium est, eosdem velle mente comprehendere. Fragores hi, tonitruaq; figura sunt & imago eorum, quae diem iudicii praecellura sunt, quae describere nemo nec ingenio poterit comprehendere. Atq; ideo etiam manu ab iisdem describendis auoco, vos tantum exhortans vt auditis tonitruis a fulmine saltem immunes vos praestetis, ideoq; verba Moysis, quibus Israelitas allocutus est, producam:

*Vos vidistis amara aqua fecit Dominus coram vobis* Deut. 29.

*Cobis in terra Aegypti. Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, signa illa portentaque, & non dedit vobis Dominus cor intelligens & oculos videntes, & aures que possint audire & c. in presentem diem, &c.* Vos igitur iustum hodie aeterna die verbis compello: Vidistis oculis atque auribus audiistis, quidquid summus ille Iudex in die iudicii facturum est, audiistis inquam signa illa mirabilia, prodigia illa terribilia, tentationes illas insolitas, deliqua solis, pallorem lune, stellarum turbationem, aeris tempestatem, terram otus, ac rotius vniuersi combustionem & excidium: fierine igitur poterit, ut in animo hæc voluatis, non videntes non videatis, & audientes non audiat?

Omnes tribus filiorum Israel cum in Sichem conuenissent, ac Iosue admonentem audiissent, qui eosdem ad fidelitatem Deo exhibendam, cultusque diuini obseruationem adhortatus erat, hunc in modum responderunt, *Abstine a nobis ut relinquamus Dominum, & seruiamus diis alienis: Dominus Deus noster, ipse educit nos & Patres nostros de terra Aegypti, &c. fecitque videntibus nobis signa ingenia.* Sola ecce signorum quæ populus hic in exitu Israel de Aegypto viderat, memoria, plus apud eum ponderis quam longa ducis oratio habebat. Si tantum hæc apud Hebræos rebellionis affectos rerumque nouarum cupidos potuere, ut eos in diuino seruitio confirmarent? apud Christianos an non maius momentum habeat horrendorum signorum, quorum quotidie mentionem fieri audiunt, quæque extremi iudicii tempore, quando vniuersus orbis mundo velut Aegypto egredierur, accidere, memoria? Annon illa plus virium auctoritatisque, quam omnes Concinatorum demonstrationes & argumenta, ad animas in timore Dei continendas, inque diuino obsequio confirmandas obtineat?

David Rex cum arcam fœderis in tabernaculo collocasset, ministrosque sacrorum & cantores qui diuinas laudes cœcinerent, cœstitisset, his populum verbis allocutus est; *1. Para. 16. Recordamini mirabilia eius quæ facit, signorum Nihil ad istos, & iudiciorum oris eius.* Iisdem vos hodie peccati iter verbis Christianis, alloquor: Recordamini, obsecro mirabilia quæ Deus extremo iudicio valedit dicitur: Recordamini quæ

in sole, luna, & stellis apparebunt, & imprimis seueræ illius sententiæ, ac fulminis iudiciorum, quæ sacro illius ore prodibunt, & si tremor in mundo habetur, quæ a peccato auocent, hoc vni inter cætera præcipuum censeo.

Propheta regius cum Psalmo sexto, quem totum de iudicio August. interpretatur, superborum tumidorumque fastum comprimere, impiorumque malitiam inhibere satageret, postquam illadem calamitatum iis euenturarum enarrasset, ita tandem sermonem concludit, *Exurge Domine, & exaltet manus tua, &c. Iudicare pupillo & humili, ut non opponat ultra magnificari homo super terram.* Insinua re vult, & ipse ego cum illo, nihil in hoc mundo ad peccatoris cornua deicienda, eiusque audaciam eohibendam efficacius aut maioris ponderis repetiri, quam ut cogiter compariturum aliquando iudicem, qui omnes, etiam orphanos ac pupillos, diiudicaturus sit.

Mirabilia profecto fuerit arma illa, quibus Madianitas Gedeon superauit, quando suis tubas lagenasque vacuas, ac lampadas lagenis inclusas in manus dedit, Arma scilicet timoris Dei, quibus demonum vitiorumque, quorum figura Madianitæ erant, agmina in fugam vertuntur, ac tandem etiâ prosternuntur. Heque enim ad timorem Domini ingerendum arma sunt tuba, quæ in die iudicii clanget omnesque, ad rationem reddendam compellet, si sapius auribus nostris insonet: & lagena illæ collisæ, si sapius ante oculos miseræ illa cadavera, lutea vasa, corporum nostrorum lagenas, quæ aliquando cœminui & collidi, sepulchris, ossibus hinc inde sparsis, includi debent, ponamus: item ignis ille tartareus qui perpetuo ardebit, aut ille qui tempore iudicii totum mundum incendit? Non sunt igitur ad spirituales hostes superandos arma aut meliora aut efficaciora.

Hæc igitur in manus sumite, Auditores, iisque inimicorum impetum propulsate, in hoc timore perpetuo viuite; huius semper recordemini, atque imprimis signorum quæ hunc præcessura sunt, tenebrarum scilicet, quæ Phœbi lumen offuscabunt, defectum qui tunc in Phœbo apparebunt, ac ruina, quam tunc sidera incurfura perhibentur. Ponite, inquam vobis ob oculos perturbatio-

aem illam generalem, quae per vniuersum terrarum orbem inualeſcet; quando nimirum intelligentiae coeleſtes palpitabunt, homines in desperationis abyſſum ruent, caeli montes concutientur, turres & arces ad terram concident, beſtiae morientur, terra tremet, Oceanus intumeſcet, natura ipſa obſtupelcet, infernus patens habit, totuſque terrarum orbis diriffimo incendio deflagabit, quando nimirum tribulatio erit, qualis non fuit ex quo homines in terra viuere coepere.

Tu vero ſumme & metuende Iudex, antequis maieltatem omnes nos comparere oppotter, Praeſes aeternae, caeli terraeque rex, nobis propitiuſ es, furor aeternum mitiga, iram compelle, tuarumque te creaturarum tangat miſeratio. Quis vero peccatis indulgeat, quis te ad iracundiam prouocet, ſi tam rigide ſingula delicta examines? quid peccator agat, ſi ex rigore cum illo egeris? Vix iuſtus ſaluabitur, quid igitur impio fiet? Angeli tremant, quid igitur acturi ſunt homines? totus orbis plangent & eiulabit, quis ſecurus eſſe poterit? Recordare obſecro Domine creatos nos eſſe vt ſaluemur, non vero vt animae perniciem incurramus: ideoque oſtende nobis misericordiam tuam, iuſticiam illam nimiam moderare, delictorum noſtrorum memoria exue, & quidque nobis ad meritam deeſt, tua benignitate elementer ſupplere dignate.

*Matth. 25*, Placidam illam pro nobis ſententiam, *Veniſte benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi*, pronuntia: ſententiam ſcil. beatitudinis aeternae cuius nos compoſes reddat Pater, & Filius, & Spiritus S. Amen.

**D O M I N I C A S E C U N D A**

**A D V E N T V S.**

**Partes Concionis.**

1. De neceſſitate tribulationum iniuſtis.
2. Herodiadis malitia: & aliarum mulierum.
3. De luxuria malitia.
4. De captiuitate Ioannis documenta.
5. Ioanne captiui percunctatio.
6. Chriſti reſponſio.
7. Nota Praedicatorie.
8. Ioannis praconium.

Cum audiuiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, Matth. 11.

**FIGVRA.**

**E**lias Propheta cum igneo curru in aera mirabiliter ſubuectus eſt: Propheta-rum filii repentino illo diſceſſu aut potius raptu non parum perculſi fuere, atque in primis diſcipulus illius Eliſaeus, qui eodem per montem & conualles, eius quaerendi ergo, deſtinauit, quem cum triduo quaſiuiſſent, nulla ratione inuenire, aut vbi nam locorum ageret, intelligere poruerunt. Sciebat quidem Eliſaeus a Deo illum in caelos raptum, ſed vt omnem ex animis eorum ſuiſtram opinionem dubitationemque auelleret, illucque eos emiſit, vt illo minime reperto, vere in aethera ſubuectum crederent. Simile quid hodierno in Euangelio videre licet. Cum enim Meſſias in mundu iam veniſſet, & hunc Ioan. diſcipuli mirarentur ſed Meſſiam eſſe in animuſ ne inducere quidem poſſent: ad Chriſtum magiſter eos, quo certiores recderentur deſtinat, non quod ipſe de rei veritate vlla ratione dubitaret, ſed vt omne dubitandi occaſionem aliis praecideret, vt nimirum, viſis quae paſſim per Iudaeam edebat miraculis, ſiſtenter crederent eum ipſum eſſe, & non aliuſ, qui in mundo a longo iam tempore exſpectatus erat. Ipſum huius Domineae Euangelio declaratur, quod praſenti vobis concione exponere iam contendam: quod vt in maiorem Meſſiae gloriam, & viuacius praecurſoris eius Ioannis encomium cedat, Deipare patrocinio Spiritus paracliti opem poſtulemus, dicamurque omnes in genua prouoluti, *Aue Maria.*

Sapientiffimus mortalium Salomon, eum iuſtorum fortem beatitudinemque deſcriberet, tribulationibus eos, non ſecus ac flamma aurum, a Deo probari ſolere perhibet haſce verbis, *Tanquam aurum in fornace probauit el deus Dominus.* adeo vt quod ignis & caminus auro, hoc iuſtis ſint afflictiones & tribulationes. Sapienti ſuffragatus eſt Iob, qui hoc ipſum ſeſe expertum tradit: *Quaſi aurum* inquit, *quod per ignem tranſit, probauit me Dominus.* Teſtantur idem omnes veteres ſancti quorum omniuſ nomine Dauid loqui, velut

*4. Reg. 2.*

*Tribulatio, ne probatur iuſti.*

*Sap. 3.*

*Iob 23.*

Psal. 63.

Interpres, coactus, in genere cecinit. Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti sicut examinatur argentum.

In excidio & direptione Ierichuntina omnia in cineres & fauillas redacta sunt, præter aurum, argentum & vasa ænea & ferrea, quæ in vsum suum referuari voluit Dominus, quo in tabernaculo consecrarentur. Mirum profecto rebus incendio consumptis, solum metallum iustum referuari, quo Domino offerretur. At mystice hic significatur, quod quemadmodum aurum, argentum, æs, & ferrum flammis resistit: ita iusti ferro & ære duriores, igni tribulationum nequaquam cedant, sed omnibus in vniuersali orbis ruina deperditis & deletis referuntur, ac velut vasa in honorem Altissimi consecrata, eiusque seruitio dedicata, in diuinæ maiestatis thesauris seponantur ac secludantur.

Et quoniam Theasaurorum mentio incidit: David vates cum quæcunque in domo Domini, diuinæque maiestatis thesauris reperiuntur recenseret, in primis ventos & turbines enumerat: dicens, *Qui producit ventos de thesauris suis.* Quotquot locum hunc attigere Patres litera seposita, mysticum consecrantes sensum, per ventos hos, tribulationes, quas Deus interea dum hic viuimus, terra marique emittere consuevit, ut iisdem iustos locupletet & ditet, intelligunt. Habet Deus diuitias, habet & thesauros: gloria inter diuitias reperitur, *Gloria & diuitia in domo eius*, sed venti in thesauris illius reconduntur: *Qui producit ventos de thesauris suis.* diuitiæ quidem omnibus communes sunt, sed in solos amicos thesauri hi tribulationum effunduntur; quibus eos hoc in mundo ditat.

Cum anxia illa sponsa, dilecto maxime in omnibus gratificari cupiens, quo eum in sui amorem excitaret, atque omni voluptate afficeret, hortulū exornasset, eumque muro altissimo comuniisset, arbores in eo varias plantasset, fontibus vberimis atque limpidissimis torulos illius irrigasset, ac variis eum floribus repleuisset: ventos inuitauit, ut hortum circum vndique persflarent, sed ventus turbulentissimos, quales sunt Auster & Notus, Boreas & Aquilo, quorum hi frigidi & vehementes, illi pluuii & nubili: *Surge Aquilo, &*

Cant. 4.

*veni auster, persfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Electorum animæ, veræ summæ Dei sponsæ velut horti quidam voluptatis ac pomaria sunt, in quibus virtutum arbores, gratiarum fontes ac fluentia, bonorum & sanctorum desideriorum flosculi, meritum fructus constiti reperiuntur: quæ omnia excrecere & exurgere in altum nequeunt, nisi Austri Aquilonisque tribulationum insurgant, & eosdem persflent: qui quo turbulentiores & austeriores, quo & fauentiores & meliores.

Angeli illi, de quibus in Apocalypsi, quos Deus ad terram, maris, arborumque excidium emiserat, priusquam rabiem suam exerceret, ventorum alas continuere, ne terram & mare afflarent, & arbores, spiritu destitutæ animali exarescerent. Diaboli quoque, angeli illi exterminatores, quos Deus in mundi hominumque ruinam constituit, priusquam damnum aliquod inferant, tribulationum ventos sistunt, atque omni ratione impedire conantur, ne illi continentem & firmam Religionis terram, & inconstans mundanorum mare, atque proceras electionis arbores id est iustos, affluant. Sciunt enim, omne ab iis nostrum ac totius orbis bonum & salutem animarum dependere: quibus flabris si careant, perniciem, infortunium, & tuinam sempiternam incurrant necesse est. Mare namque, si venti in ipsum vires non exerceant, ad quid foret vile? terra quid sine Zephyri afflatu produceret? quos fructus progignerent arbores, si ventis non peterentur? Quænam vero in hominibus si tribulationum expertes viuant, virtutes reperientur? qui enim ventos hos excludit, omnes virtutes excludat necesse est. Dicendum est igitur munda- Impii nulli nos, quos ventos aduersus non sentiant, quod tribulatione perpetuo prosperitatis tenore recreentur: & nubibus inquiete assidua gaudeant, virtutum fructibus non abundare. Quam quietem & multatutis quodammodo Propheta, ait, *Zelau super iniquos pacem peccatorum videns.* perinde ac si dicere voluisset, fateor Domine, ac veniam deprecor, me cum iudiciorum tuorum abyssum penetrare non valerem reprobos pacem inuidisse, eorumque sortem & beatitudinem quæ illis perpetua erat, nullisque tribulationibus turbantur.

Apo. 7.

Psal. 134.  
Venti tribulationum in thesauro diuino.

Psal. 111.

Psal. 134.

Psal. 72.

4. Reg. 1.

Ex binibus permista, exoptasse. Sed ne quid nimis, o vates. Nescis enim, nescis quantum turbines hi procellæque vilitatis afferant.

Tribulationes turbini- bus cõ- feruntur.

Cum in Scriptura Eliæ raptus describitur, curru flammeo in cœlum subuectus, & turbine quodam procelloso velificante sublatus dicitur. Per turbinem autem, & non per placidum aliquè ventum vel auram, raptus traditur, vt legentibus constaret, per tribulationum turbines, & afflictionum procellas, quas in hac vita patiuntur, non vero per placidos prosperitatis & lætitiæ Fauonios, instar Eliæ in cœlum se subuehentos. Nam vt venti festucas in altum & cœlo tenus librant, ita tribulationes animas fidelium in altu sustollunt.

Psalm. 24.

Hinc Psalmo xxiv. quo in loco Vulgata præfert, *Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt*: Hieron. ad fontes Hebraicos interpretatus, legit, *Tribulationes cor meum sursum ferre fecerunt*. Id est, summa mundi prosperitas voluptatēq; animum meum ad terram deiecere, & quodammodo afflixere: sed tribulationes & aduersitas eundem auulserunt, & ad Deum contemplandum sustulerunt, vt mundo etiam bellum indixerit. Atq; vt tonitrua sterrentes excitant, tremorem incutiunt, hominumq; oculos adaperiunt: nõ secus & tribulationes, quæ animas peccatorum somno sepultas excitant, oculos homini aperiunt, formidinq; inuicunt, ac paucis vt cõplectar à terra, cui adhærescimus, violenter diuellunt.

Gen. 8.

Tribulationes cum diluuii fluctibus cõ- paratae.

Quanto magis arca Noe fluctibus & procellis agitabatur, tanto & cœlo fiebat vicinior. Vita hæc, Auditores, merè diluuiū est: ipsi iusti arca sunt & nauis: tribulationes, vnda & fluctus: quæ quo magis ingruunt & frequentiores sunt, quo nauis euehatur, sublimis, cœlo propior, à terra fiat remotior. Ecquod obsecro diluuium fuit Martyrium & lapidatio Stephani; ecqui fluctus & procellæ vehemens ille lapidum imber? qui tamen quo densius in humeros illius ingruit, quo & magis eleuatur, vt terræ tandem conspectu amisso cœlorum ianuas conspiciat, clametq; voluptate perfusus: *Video cœlos apertos*. & *la sum sta tem, &c.*

[ Act. 7.

Sapius mecum demiratus sum, cur sponsa in canticis, dilecti sui pulchritudinem ac perfectiones describens, staturam eius palme

comparat: *statura tua assimilata est palme*: & cur alibi de seipsa dixerit, *Quasi palma exalta sum*; atq; hæc tandem occurrit ratio, quod palma quo grauetur magis, quo & exurgat altius contraq; pondus obnitatur: quæ & ingentis cuiusdam virtutis, nullaq; aduersitate domabilis emblema est. Mystice autem hic innuitur, animas, quæ vere Christi sponsæ sunt, quas fides in baptisinate ei coniunxit, vt apud Prophetam legimus, *sponsa esto tibi in fide*: palmæ per similes esse: quo enim magis hic tribulationibus & afflictionibus premuntur, quo & caput erigunt altius, cœloque viciniores fiunt, infractæ & inuictæ nullisque casibus succumbentes.

Cant. 7. Eccl. 7.

Ose. 2. 1

Instrumenta musica prius manib. percurri debent, quam sonitum edat, & quo feriuntur viuacius eo & sonant iucundius. Hoc quidam emblemate virtutem expressit: varia namq; instrumenta musica, vt testudines, tibias, citharas, cymbala, psalteria, & sistræ, simul cõgessit, & hanc epigraphem addidit. *Non percussa sileas*. Cuius hic erat sensus: virtutem nisi percuteretur & moueretur, nullum edere sonitum & iustos probatq; vitæ homines, qui vere instrumenta musica sunt, laudes diuinas quotidie decantantia, nisi ad viuum feriantur, & tribulationum plectro aut digitis hoc in mundo ranganur, nullam famam acquirere, in gloriâq; abire, at mox vt ab illis tangi cõperere, iucundissimum sonum & harmoniam suauissimam edere. Tunc demum virtus per nubila splendet, animus indes excrecit, ac robur eorum exferere se per aduersitates incipit.

Similo.

Iusti instru- mento mu- sico collati.

Exemplum nobis hodierni Euangelii le. Ioannis Baptistæ suppeditat, veram inquam virtutis imaginem Ioannem Baptistam, deserti incolam des. Eremitarum decus, pœnitentiæ speculum, Messia: prodromum, regum terrorem & flagellam, angelum deniq; cœlestem humano inclusum corpori, hodie scilicet in carceri includitur, ferro grauatur, manus pedesque vincitur, & supplicio destinatur, hic ab incestuosa Herodiade, illinc ab bipedum crudelissimo Herode Tetrarcha ad necē quæ situs. Ingens profecto tribulatio, ingentes turbines & procellæ: verum egregia etiam virtus, ingens animus, ac robur heroicum! quo

enim.



enim plus affligitur, quo & maius meritum ostendit, & Dei gloriam & animarum salutem magis cordi habet. Audite quid de eo dicat Euangelium: *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi*. De Ioanne primum sermonem institutam, de vinculis scilicet eius captiuitate, carcere, deq; discipulorum illius missione: deinde Christum in scenam producendam, miracula patrantem, encomiaq; in Ioannem plurima coram vniuersa multitudiae effundentem depromam. Auribus porro me benignis ac solita beneuolentia audite.

**Crudelis** Principio igitur, ipso Euangelii in limine, **tragœdia** tristis ac luctuosa occurrit Tragœdia, qualis **Ioannis de-** vix vnquam mundus exhibuit aut spectauit. **collatio.** Argumentum est, inopentissimi viri decollatio, idq; ob diuini honoris zelum, & quod veritatem coram rege truculentissimo non erubuerit confiteri: Actores sunt, Herodes, Herodias, & Zachariæ filius Ioannes; theatrum & scena, ipsa regis Iudeorum aula: prologum ipse agam. Ut igitur quam gero, personam representem, eremicolam vobis sanctissimum, viginti quinque ipsis annis desertum incolentem, ac per solitudinem, singulari penitentiae vitæq; austerioris exemplo vagarus est, exhibeo, cameli exuuias indurum, locustis & melle siluestri victitantem, & hunc diuini honoris zelo actum saluissq; animarum siti astuantem, dum abominaciones quæ in regia perpetrabantur minime ferret, hodie solitudine egredientem, Ierosolimam petentem & aulam Herodis ingressum his cum verbis corripientem; **Oratio** **Ioannis ad** **Herodem.** *Fama est, Domine rex, fratris te thalamum incestuoso concubitu violare: qua permotus solitudine excitus urbem adii, quo te peccari illius enormitatem turpitudinemque edocerem, & officii te tui commonefacerem: in castus namque te reum constituis, Deum ad iracundiam prouocas, omnibusque subditis es offendiculus. Quamobrem rebus tuis prospice, & saluti consule; nam non licet tibi*

*Matth. 4. habere uxorem fratris tui Philippi.*

Fuere nonnulli, qui hanc Ioannis castigationem accuratius inquirentes, dixerunt Herodem ab eo reprehensum, quod in legem Moysis peccaret, fratris uxorem ducendo, ex qua iam liberos suscepisset. Scriptum siquidem

est in Lege: *Quando habitauerint fratres simul. Deut. 25. & vnus ex ea absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiat eam frater eius. & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine eius appellabit, & non deleatur nomen eius ex Israel.* Si vero ex defuncto liberi supererant, matrimonia hæc illicita & incestuosa censebantur. Vtrum vero Philippus hic defunctus ac superstes fuerit, Herode uxorem illius sibi sacrilego concubio copulante, nemo iuxta Augustinum, tuto dixerit, cum sit incertum; constat tamen filiam ex eo superstitem fuisse quam Euangelium nobis describit. Quidquid sit, certum est, Herodem in legem diuinam, fratris uxorem sibi copulando, peccasse, & merito à Ioanne idcirco reprehensum fuisse.

Alii vero, vt Tertullianus & Montanista, qui monogamiam asserentes à secundis nuptiis abhorrebant, aiunt ideo Herodem castigatum fuisse, qd Herodiadem ducendo secundas nuptias adtulerit; verum Iosephus, & illustris Cardinalis Baronius, cæteri que Patres, alterius opinionis sunt: aiunt quippe Herodem ob solum incestum, & scandalum, quod ex eo subditi patiebantur, à Ioanne reprehensum, atq; hoc verba illius indicant, *non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Perinde ac si dixisset, multa quidem scio licita sunt Regibus, quæ aliis negantur; at quæ ad legem diuinam spectant, multo tibi minus quam aliis inferioribus, violare licet. Scias igitur velim, fratris tibi uxorem copulando, diuinis te legibus aduersari, iustitiæ statum euertere, honorem tuum prostituere, famam offuscare, homines simul & Angelos offendere, & ea quæ tibi penitus illicita sunt, agere.

Sed, o ingratitude singulari! sancta hæc reprehensio & amica correctio infelici, pro dolo: mercede compensatur, opus sanctum sanguineo donatur præmio, ipse præco carceri includitur, in iudicium vocatur, regē aduersarium patitur, aulicis & purpuratis exosus est, & omnes eū ciues morte dignū censent. Et quamobrem dicat Marcus; *Ipse Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui.* Dux femina facti; sanctum virū in carcere coniici impia iubet mulier, mulier scelestæ, mulier

Libro de filiis oper. 6. 3

Libr. 18. an. Iud. capit. 7. Baron. tom. 2. ann. Christi 31. Matth. 14. Marc. 6.

Ingratitudo in S. Ioannem.

Marc. 6.

II. mulier, cuius incestum reprehendebat: Ecce  
Feminae fra- quænam, Deus bone, rabies est, in amicum  
extrema est. correctorem conspirare, medico mortem &  
necem moliri, omnes aduersus innocentem  
concitare, non vereri eum quem omnes vt  
Messiam suspiciunt; honoris & decori limites  
transilire, virtutem calumniari, viros sanctos  
carceri tradere, vinculis denique mancipare  
eum, quem omnes velut Deum colunt & ad-  
orant? At nemo miretur, femina est, in qua  
nimirum furor & ira extrema sunt, & omniũ  
aliorum iram superant. Vnde Ecclesiast. *Bre-  
uis omnis malitia super malitiam mulieris.* Hinc  
Dominus, cum innuere vellet, Israelis se am-  
plius misereri nolle, sed indignantis instar,  
summa in eum seueritate animaduersurum  
filiam in scenam produxit; Prophetæ quippe  
Osee præcepit, vt confestim vxorem duce-  
ret primamque quam ex ea susceperet filiam,  
*Atque misericordia, nuncuparet, quod nullam  
amplius Israeli misericordiam esset ostensu-  
rus; Voca nomen eius absque misericordia, quia  
non ad illam ultra mi erere domui Israel.* adeo vt  
nullum ad exprimentam malitiam crudeli-  
tatemque aptius reperire emblemata aut sym-  
bolum potuerit Deus, quam mulierem. Igno-  
scent hic mihi, spero, honestæ ac piæ mæres,  
nam non nisi impias & scelestas mea iam ferit  
oratio.

Zach. 6. Zacharias Propheta inter ceteras, quas ha-  
buit visiones, vidisse se ait mulierẽ in medio  
amphoræ constitutam, massam plumbeam  
ore gestantem. Cumq; anxius hæreret & du-  
bitaret, quid portentum hoc designaret, di-  
centem audiuit Angelum: *Hæc est impietas,* &  
profecto quam apposita ad propositum nostrum  
ad depingendam namq; impietate & improbi-  
tate nulla cõuenientior haberi figura potuit,  
quam fœmina. Vt & interea hic de plumbo,  
quod ore eius infertum erat, taceam, existi-  
mo per amphoram & infundibulum, cui in-  
cidet, quod vtrinq; patet, nihilq; continere  
potest, tacite femineam garrulitate designari,  
que hæc & illac perstruat, nihilq; celare possit;  
atque ideo forsitan aliam illam plumbum ore  
præferre, vt mulieri silentium custodiendum  
esse demonstraretur. Sed ad malitiam eius, cu-  
ius occasione in hanc digressionem descen-  
dit, reuertatur oratio.

Tom. I. Pars Hyemalis.

Ioann. in Apoc. mira se quædam prodigia  
vidisse ait, & imprimis nouum quoddam lo-  
custarum genus, quas equis ad bella pfectu-  
ris, similes fuisse scribit, caudas scorpionum,  
dentes leonum, & capillos mulierum habentes,  
& nocendi hominibus potestatem ade-  
ptas. Mirum profecto, Spiritum S. vt locusta-  
rum harum pestem exaggeret, omnem que in  
mundo haberi potest, crudelitatem coacer-  
uantem, vt rabiem equorum bellis assuetorũ  
virus scorpionum, dentes leonum, capiti ea-  
rum, velut malitiæ omnis & crudelitatis sum-  
mum, feminae capillos imponere voluisse: vt  
scilicet nihil in mundo virulentius ac deterius ea  
haberi posse demonstraret, ac malitia mulie-  
ris, non secus atq; aspidis veneno, virum oc-  
cumbere & labefactari.

Malitia mu-  
lieris omne  
crudelitatem  
superat.

Idem alio in loco vidisse se scribit feminam  
virulentam ac pestiferam, quæ bestia septem  
capitibus instructa, & decem minitanti cor-  
nibus infideret, & varia blasphemiarum no-  
mina contineret, purpura & coccino indu-  
tam, auro fulgentem, ac crudelem quam que  
maxime, vt pote que sanctorum ac martyrum  
Iesu Christi sanguine ebria esset, & cui nomẽ  
*Mater fornicationum & abominationum terra.* Apoc. 17.  
Morali ænigmatis huius significatione sepo-  
sita, ac literali maxime inhaerendo atque alle-  
goricam hinc inde permiscendo, veram hic  
malitiæ mulieris imaginem proponi sentio.  
Nam quod bestia septem capitibus, & decem arma-  
tæ cornibus infidere dicatur, eius hic garruli-  
tatem denotari existimo, vt pote q̄ plus quam  
alii septem loquatur, cum septem capita &  
linguas habeat: milleque artibus & rebus  
instructa sit, quarum figura decem illa cor-  
nua esse perhibentur: at hæc non nisi peruer-  
sitate illius explicant, quia nomina eius blas-  
phemiis, & maledicentia plena sunt. Purpura  
porro & auri fulgor, superbiam & fastum de-  
notant; sanguis autem quo ebria fingitur,  
crudelitatem.

Vera quin etiam hic Herodiadis nostræ  
imago representatur, & in hac meretricis,  
velut in tabula mores eius & agendi ratio ad-  
viuum depicta leguntur. Videte enim, vt ho-  
die instar bellæ truculentissimæ defæuiat,  
spumet, efferascat, mille hodie cornua assu-  
mat, mille rebus machinetur, quo de in-  
nocuo

Herodias  
per mere-  
tricem Ba-  
bylonicam  
denotatur.

D nocuo

nocuo sanctoque viro vindictā sumat. Videte quinetiam, ut turgat & superbiat, quæ & reginæ luxum ac ornatum præferat, regiaq; pellex sit. Videte quam vere fornicationum, abominationum, & incestuum omnium in Iudæa mater appelletur. Videte inquam, ut sanguine Ioannis Baptistæ ebría sit, quem in carcerem conici, vinculis constringi, & ad necem conquiri iubet. O malitiam intolerabilem & extremam! ô rabiem barbarā nimis & intolerabilem! ô affectus nimum crudelēs! Ita porro exclamare me cogit Origenes, qui in peruersas inuectus mulieres, hac eas fuligine inficit. *Mulier caput est peccati, arca diaboli, expulsio paradisi, corruptio legis antiquæ.*

3. Reg. 18. 19. Nunquam Elias Propheta impii Achab crudelitatem timuit: tamen in regno eius quadringētos pseudopphetas interfecisset: Achab Regem timuit.

conquiri cerneret, ac compertum haberet, quanta illius malicia & furor esset, vrbe deserta, solitudinem petiit, & cauernas ferarum incoluit, atq; in tantum eius potentiam veritus est, ut priusquam in manus illius incideret, mortem à Deo velut laborum suorum præmium enixissime peteret, ut scilicet ipsa ærumnarum & calamitatum filum præcideret. Audite, ut imis cauernis exclamet, *Obsecro Domine, tolle animam meam, &c.* Vnde manifestum est, nihil esse furore muliebri formidabilius, nec simile quid ei reperiri posse, præsertim cum mulier princeps furorem induit & lasciuos ac furtiuos amores consecratur.

Imago Ven-  
neris in vr-  
be Megalo-  
politana.

Historia monumentis proditum est, Megalopolitanos simulacrum quoddam Venereis erexisse, eiq; inscripsisse: *Dea ma. binatrix & artifex.* Docere scilicet volebant, nihil difficultatis esse, quod nõ Venus & amores impudici, quos hodie tamen mundus adorat, non adeant, & quiduis eadem, quo voluptatis compētes fiant machinari. Cui enim delicto ignoscunt? quam vero crudelitatem non exercent? quam impicitatem illicitis amoribus satisfacturi non ostendunt mortales? vnde Poeta,

Ouid. i. *Al-*  
*san. orph.*

*Et nil est, quod non effreno caput amore  
A sit.*

Hæc porro Venus ipsa Herodias est, quam

in magna illa & sancta Ierusalem Herodes adorat & supplex colit: ipsa pessimi consilii & damnosi artificii machinatrix, qua instigatrice Phoenix ille mundi Ioannes, gemma sanctorum, & Iudææ Propheta in carcerem detruditur.

Rex quidem fieri iubet, ast amor suggestit III. & consilium dedit, sceleratus ille cupidus Amore cæ-  
mum illius eo perpulit: ille, ille tantæ impie- des Hero-  
tatis auctor est, ille eum excæcat & fascinat, des Ioannē  
vt propter Herodiadem, delicias illas crude- in vincula  
les & amaras, virum sanctissimum in carcerē conuicit.  
compingat, cōpedibus grauet, vinculis con-  
stringat. Cæcus igitur reuera amor est, tum  
quod inter impares aliquando coalescat, tum  
vero quod mentem hominis penitus obnu-  
bilet & excæcet. Vnde Propheta, *Fornicatio* P<sup>sal.</sup> 4.  
*& Vinum, ebrietas auferunt cor:* quibus in  
verbis duo notanda occurrunt. Primum,  
quod amor & voluptas homines vsu rationis  
priuet, & in bestias quodammodo transmu-  
tet. Dauid siquidem hoc scelere inquinatus,  
cor se & mentem amisisse confitetur, & aliud  
& nouum quidem à Deo postulat: *Cor mun-* P<sup>sal.</sup> 56.  
*dum crea in me Deus.* Alteram, quod fornicationem vino comparet: nam vt ebrius iudicio & ratione destitutus est, & à bruto nihil omnino differt: ita & fornicator, illicitisque amoribus irretitus. Oculos in Herodem hunc conuicite, & videbitis eum mente orbaturum instar ebrii in peccato cespitare, nec posse consistere.

Infelix profecto peccatum & detestandū, Adulteri-  
quod Dauid non alio, quam generali iniusti- malitia.  
tiæ nomine nuncupauit: *Non domineur,* in- P<sup>sal.</sup> 118.  
quit, *mei omnis iniustitia.* & alio in loco infer-  
nale barathrum appellauit; *Confitebor tibi Do-* P<sup>sal.</sup> 138.  
*mine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo*  
*nomen tuum in æternum, quia misericordia tua,*  
*magna est super me, & eruisi animam meam ex*  
*inferno inferiori.* Perinde ac si dixisset: Quan-  
tam mihi gratiam, benignissime Domine è  
peccato me carnis educendo contulisti; si enim certissimum est, peccata infernum quendam esse; hoc profecto omainum infimus est & profundissimus, è quo non nisi difficulter quis egrediatur. In quem sensum interpreta-  
tur psalmum hunc Euthymius, & per infernum inferiorē adulteri peccatum intelligit.  
Graul.

**III.** Gravissime porro Deus in fornicatores & adulteros animadvertere solet, adeo ut cum omnes propemodum homines hoc irretitos peccato videret, gemens dixerit: *Delebo hominem quem cœcavi, a facie terra, ab homine usque*

*Gen. 6. ad animantia, a reptilibus, & ad volucres cœli, &c.* Ecquænam illa, Deus bone ira tua? nulli omnino animali parcere vis; nisi solis piscibus, qui quod non ceterorum animalium instar per copulam carnalem, sed alia quadam ratione honestiori, generent, castitatis & puritatis symbolum sunt. Hinc Dominus, eos solos excipiens, in cetera animalia animadvertere proponit. Vnde manifestum redditur, magno Deum peccatum hoc eiusque sectatores odio prosequi. Et est reuera detestandum ac fugiendum, propter varia quæ id ipsum comitari solent mala, atque ob hoc Eremitarum princeps in carcerem coniectus est.

Magna clucet iniustitia in eo qd Herodes Ioannem in vincula coniecit. Herodis scelera.

In quo magna omni ex parte elucet iniustitia. Quoad Ioannem imprimis, qui nihil unquam deliquerat, virtutum omnium speculum erat, cœlo gratus, angelorum socius, mundi fax, Messia præcursor, penitentiumque dux & coriphæus. Quid n. offenderet is, qui desertum incolerat, omnium rerum secularium inopia laborabat, nemini gravis aut iniurius, sed omnes ad penitentiam inuitas? Deinde quantum ad Herodem, vrpote quo nullus in orbe nequior aut scelestior vivebat qui templum profanauerat, sacerdotia inuaserat & indignis contulerat, imperium perfunderat, leges omnes & cultum diuinum, ac sancta ipsa conculcauerat: qui civium depulcator, nobilium prædo; bonorum flagellum, populi tyrannus, filiorum suorum tortor & carnifex, externorum vastator, patriæ pestis, regni labes & ruina erat. Et præsertim quoad Herodiadem, Aristobuli filiam, mulierem perditissimam, seortum illud publicum Herodis, pellicem Iudeæ propudium, lasciviam fomitæ, animarum firenem, Veneris mancipium. Illicium libidinis, scelerum artificem, vinculorumque Ioannis Baptistæ machinatricem. Huic nempe vni carcerem & compedes innocuus Domini pœursor acceptos referat necesse est.

Item Herodiadis.

Causa captiuitatis Ioannis.

Nulla autem carceris captiuitatisque illius alia dari potest ratio, quam quod veritatem

libere fuit confessus, regisque Herodis scelera magna libertate & confidentia corripuit. In tantum quippe tyrannus verbis viri exacerbatus est, ut ira furorq; tumens mortem illius iuraverit, qui animæ regis vitam daturus advenerat. Prohi scelus, sed Principibus & magnatibus per familiare? qui nulla ratione veritatem patiuntur, vitiaque sua coargui aegerime ferunt. Hinc bene quidam magnæ auctoritatis vir mihi visus est dixisse, dum veritatem non magis Principum aures, quam thesaurus eorum, lucrum est proprio censu pecuniaque, sænore duodeno redactum, subire assereret: è duodecim namq; verbis vix unum iis verum aliquis audeat dicere, adulatio siquidem in palatiis perpetuo dominatur, veritas autem exulat, & repulsam patitur, adeo ut ille vere audax dicendus sit, qui regibus & purpuræ veritatem loqui præsumat: hoc cum Psalmographus fecisset, magnum quid se fecisse gloriabatur, dicebatque: *Loquebar Psal. 118. de testimonio tuo in conspectu regum, & non confundebam.*

Principes veritatem exosi.

Amos Propheta cum regi Ieroboam veritatem olim diceret, atque illius idolatriam non ferret, summus eum Pontifex acriter veritate dilut loquacem & importunum, reprehendens xerit, arguere regia eiecit dicens: *Quænam illa tua temeritas est & audacia Amos? ecquæ dicendi libertas? quomodo ausus es regi veritatem in terra Bethel annuntiare? an non illius & principum omnium maiestatem veritus es? Quamobrem confestim hinc te protipe, fuge in terram Iudæ in qua quo minus libere loquaris, per nos non stabit: at hic, inter alienos, obrumesce, præsertim cum in aula verferis, & nemo regibus veritatem adaperire soleat. Vnde efficere volo, principibus & optimatibus omnem veritatem grauem & exosam esse, ac non nisi summo cum vitæ discrimine eandem in aula annuntiar.*

Deus cum Balthasaro Babylonicorum regi veritatem annuntiatam cuperet, illiusque impietatem coarguere, propheta alicuius adminiculo non est usus, sed manum quandam cœlitus demisit, quæ è regione candelabri in patietis superficie, rege inspectante, veritatem describeret, ac linguæ vice quodammodo fungeretur. *Et apparuerunt digiti, quasi*

D 2. manus

manus hominis scribentis contra eam, delabrum in superficie parietis aulae regiae. Nostra siquidem in palatio manus inueniebatur, cuius tanta audacia ac robur foret, vt veritatem describeret; cœlitus autem, quam in hanc rem descendere, ac parietis linguam, omnibus elinguis, asseruere necessum fuit. Nullus igitur veritatem eloqui, ac praesertim coram optimatibus ac regibus, audeat.

Nathan Propheta, cœlitus ad Dauidi veritatem auntiandam, virtutemque illius castiganda destinatus, priusquam ad rem descenderet, longo & altius petito exordio vsus est; nec id, cuius gratia venerat, libere, sine ambagibus, ausus fuit aperire; sed parabolam insinuito parum, vt quidem exterius apparebat conducentem, narrare coepit: fuisse nimirum eadem in ciuitate duos, quorum vnus opulentus, alter inops & pauper foret, priori multa armenta & greges; alteri nisi vnicam ouiculam fuisse, quam à teneris domialuerat suam, atque instar filiae dilexerat. Superuenisse deinde diuiti hospites, quos conuiuio excipere pararet, pauperis illius ouiculam, suis parcendo iugulasse. Qua rex iniuria ad iracundiam prouocatus, morte illam castigandam censuit omnemque se daturum operam spondit, quo in peculacum illum animaduertetur. Tum Nathan captata opportunitate, & veritatis absinthium, quod parabola hactenus melle texerat, detegens subintulit: *Tu es ille vir, qui fecisti hanc rem.* Vniuersa rei huius series, Prophetae exordium, inuentionesque & artes quibus regem aggressus est, euidenter demonstrant, quanta cum difficultate, ac discrimine principibus veritas declaratur. Exemplo sit, ne diutius euagari cogar, Ioannes Baptista, qui quod Herodi verum dixisset, in carcerem coniectus est, vitæque discrimen adiit.

*2. Reg. 12.* Haret igitur constrictus in carcere, & infatigabili alicuius aut homicidæ cœpedibus grauatus iacet. O paradoxa inandita haecenus & inuisa! Hominem sanctissimum, Deo per familiarem: pontificis Zachariae filium in carcere gemere? manum illam, quæ filium Dei demonstrauit, dum ait, *Ecce Agnus Dei,* vinculis constringi? Referre igitur huc Dauidicum illud licet, *Et nobiles eorum in manibus*

Career Ioannis & captiuitas exaggeratur.

*Ioan. 1.*

*Psal. 49.*

ferreis. Quid? linguam illam obmutescere, quæ tam præclarum de Messia diuinitate testimonium protulit? Libertatem illam in custodia constrictam teneri, quæ tam sancte in vultu vixit solitudine? illum denique, qui Iordanis prius aquis Saluatorem mundi abluerat, proprio tandem sanguine tortoris manu ablucendum? O spectaculum tragicum ac nupquam visum! Interea Ioannes in vinculis suspirat.

Et profecto cum vincula hæc considero, mille mihi conceptus animo obuersantur. Occurrunt in primis profunda illa & inscrutabilia Dei iudicia: vt nimirum iustos & innocuos, hic in mundo affligi & cruciari sinat, & hanc Ioanni Baptista infamiam, iniuriam, iniustitiamque irrogari permittat. Quod alias expedit Chryllostom. demiratus exclamat: *Ioannes magisterium vitæ sanctitatis norma, Icho: a virtute est in vinculis.* Atque hic aludens Psalmographus, & quam proxime sancti huius Episcopi verbis accedens, dicebat; *Nunquid cognoscitur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis?* Mundum hunc ecce terram obliuionis vocat; eo quod Deus bonos & malos, illos affligendo hos ex merito non castigando; oblitus videatur; & alio in loco non satis diuinam bonitatem demirari potest, quod impios diuturna gaude re vita permittat, ac rerum temporalium affluentia locupletet; vt eorum & sui quodammodo videatur oblitus, ait enim, *vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur.*

Secundo; aduerto hinc, Deo solenne esse vna cum afflictionibus & arumnis gratiam quoque elargiri, tristitiaque lætis temperare & prospera aduersis, adeo vt quamuis corpus exterius grauari & excruciaris sinat, animam tamen nunquam deserat, sed perpetuo eam custodiat ac tueatur. Hinc in libro Sapientia legitur: *Iustorum anima in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.* vel vt alia versio habet, *tormentum malitia, id est, peccati.* Vnde duo colligere licet: primum ingentem honorem & decus iustis accedere, quod in manu Dei versentur, quo ab eadem defendantur, quod etiam Angelus illa, qui Apocalyp. primo stellas manu præferbat, significat. Alterum, Deum animas quidem electorum, quo

IV. Varii de vinculis Ioannis conceptus. x.

In hoc Euang.

*Psal. 87.*

Mundus terra obliuionis.

*Psal. 93.*

2. Deus suos nunquam deserit.

*Sap. 3.*

gas

ens taceatur, manu tenere, non autē corpora; & hæc quidem affligere & torquere, illas autem ab omni discrimine præstare immunes. Quod exemplo Iob Prophetæ fati probare licebit: in cuius quidem bona & corpus Satanæ potestatem dedit, animam vero ab omni impetu & casu tutatus est, acriter quippe veterat, ne quod in illam cruciatus genus exerceeret. *animam illius serva.* Ipse quoque vni-

Iob. 1.

genitus Dei filius, tristi passionis die, Patris æterni naturam perspectam habens, quamvis corpus suum desereret, idque tormentis exponeret & quodammodo prodigeret, de sola anima fuit sollicitus, quam in manus Patris commendavit: *In manus tuas commendo Spiritum tuum.* Cuius rei figura erat lectulus Salomonis, quæ ambiebant, vt plurimum sexaginta fortissimi Israel. Thalamus hic animam iusti, in qua Deus requiescere & dormire cõsuevit; armati illi custodes, gratiarum diuinarum præsidium, quæ die nocteque circum illam excubant, eamque circumcingunt, designant.

Luc. 23.

Tertio hinc disce quam fragilis & inanis sit mundi huius gloria, fauor, quamque leui & caduco nitatur fundamento, cum nimirum ille quem omnes paulo antè, vt Prophetam suspexerat, Messiam antè crederant, ad quæ legati à rege Herode destinati erant, hodie in carceribus gemat, & compedibus constrictus iaceat, ac breui carnificis mucrone vitæ amissurus sit. Hic renouatum videtis casum illum tragicum, quo Daniel, quem hodie super omnes regni Satrapas & principes euectum summis honoribus cumulatam vidit, cras ad mortem condemnatus in lacum leonum conicitur. O rerum vices! ô honores nimium fugaces & fragiles! Paulus cū Lystris miraculose claudum ab utero matris pertransisset, pedumque vsum tribuisset, eius nouo hoc miraculo percussus, dixere ad inuicem: *Diu similes facti nobis de cõderunt ad nos:* atque idcirco Paulum Mercurii, Barnabam Iouis nomine donantur; quin & ipsi sacrificuli ne-  
tentes coronas & festa, victimasque domum illorum adducentes; iidem illas immolare vult diis voluere, sed audire, quid mox contigisse Scriptura dicat: *Super uenerunt quidam Iudæi, & persuasit turbis lapidantes Paulum, tra-*

Cant. 3.

xiunt extra ciuitatem. Ecce qui paulo antè Mercurius habebatur, cui litare victimam sacerdotes volebant, mox vt maleficus & sceleratus quidam vrbe; velut ciuium consortio indignus, eiicitur. Hæc scilicet sunt metamorphoses & mundi inconstantia.

Mundi fauor inanis est & futillis.

Quarto notandum hic occurrit, ideo Ioannem in vincula coniectum, quod veritate aperuisset; vnde manifestum redditur, concionatorem libere loqui; nemini parcere, veritatemque sine vlllo metu proloqui oportere. Ideoq; vox illius tubæ comparatur clangentis: in Isaiâ quippe legitur: *Quasi tuba exalta vocem tuam.* Vt, quemadmodum tuba in castris omnes compellat, omniumque auribus instrepat, tam ducis quam militis, tam principis quam gregarii aut lixæ, ita vocem concionatoris in Ecclesia aduersus omnes exclamare, magnos & paruos compellare, principes & plebeculam ad pœnitentiam vocare, vitisque omnium sine vlllo discrimine bellum indicere debere, manifestum fiat.

Dan. 5. 12.

Idem Isaias vidisse se refert olim homines, qui leuitate nubes superarent: quod mysterium dum percipere nequiret, petiit à Domino, *Quis sunt isti, qui vt nubes volant?* Sancti Ecclesiæ Doctores; per hos non nisi concionatores intelligunt: quos ideo nubibus comparatos aiunt, quod quemadmodum nubes in aere suspensa; spongiæ inquam illa naturales, dū aqua è terra & mari exsugunt, eandem, dum plena fuerint; hinc & illinc, sine vlllo discrimine, effundunt, nequaquam anxie vtrum in principis alicuius aut agricolæ agrum ea decidat; ita nubes illæ supernaturales Ecclesiæ, verbo Dei turgida; dum sanctum & benedictum Euangelii liquorem effundunt, promiscue illum sine vlllo respectu aut exceptione, tam in pauperis quam diuitis animam emittere; & Dei indignationem eiusque iudicia; tam coram Rege aut Principe quam coram populo & indoctioribus, referre debeant.

Pal. 14.

Cum Ieremiæ Deus rerum futurarum uentus aperiret, ait: *Mittam eos multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni coelo.* Locutus est haud dubie hic de concionatoribus, qui eorum uentum mundum missi sunt, vt animas uententur, & in Dei cautes illiciant.

Concionator veritate celare non debet. Isai. 58. Concionatores tuba appellentur.

Comparatur nubibus.

Ierem. 16. Item venatoribus.

ciant. At in omni monte & colle venetur necesse est, imo in summis montium iugis, id est, in aulis ac palatiis Principum. Et vt venatores animosi nullum laborem subrefugiunt, per rupes & saxa repunt, in præruptos scopulos ascendunt, vepreta & dumos per-rumpunt, spinas perfringunt, modo vt lepusculum, modo vulpem, alias ceruum, & alias aprum aut lupum, vel aliam feram comprehendant & constringant, nulliq; parcunt animali: ita concionatorem honoris diuini zelo accensum, & animarum salutis siti laborantem agere etiam par est, nullam difficultatem metuat, nulli labori parcat, quo sanctam hanc venationem instituat, per omnes agros & siluas volitet, per omnia discurrat loca, tam per pauperum rabernas, quam magnatum palatia, vt ipsa etiam regum non obliuiscatur limina; modo agricolam simplicem, & instar leporis meticulosum; modo caudicem, instar vulpis astutum; modo ceruos, reges inquam; modo lupos & apros, depeculatores illos prouinciarum, in caestrahatur; atque ita in omni monte & colle venetur, omniaque ferarum genera consecetur. Hac porro ratione venationem instituebat Ioannes noster, qui cum deserta, siluas, rupes, agros, Palestinae montes, omnemque Iordanis ripam percurrisset, vrbes tandem intrat, palatia regum petit, vt in iisdem Herodem in caest pertrahat suos, sed, heu! fera elapsa venator in vincula incidit. *Cum audiisset Ioannes in vinculis.*

Matth. 11.

5. Virtutesho- die constri- & vitia do- minantur.

Quinto, vt allegorice aliquid proferam, cum Ioannem in Herodis Antipæ, filii Herodis Magni, Ascalonitæ, infanticidæ, carcere iacentem intueor, malum quid animo auguror, ac triste menti omen occurrit; Ioannes namq; gratiam sonat, qui cum hodie in vinculis esse scribatur, signum est, virtutes & gratias diuinas hodie captiuas detineri, vitia autem libere per omnia dominari. Et sane ita res habet, fides in primis compedibus constricta est; & hæresis impune grassatur. *Cum venerit filius hominis putat ne inueniet fidem?* spes quoque captiua detinetur, omnesq; mendacium consecantur; *Posumus mendacium spem nostram* Charitas quoque non amplius apparet, sed bellum inualefcit. *Surget gens contra gen-*

Luc. 18.

Psal. 28.

Luc. 21.

tem, & regnum aduersus regnum. Liberalitas seruitutem seruit, & auaritia regnat; *à maiore Ier. 6. vsque ad minorem omnes auaritia student.* Castitas comprehensa est, & libido libera vagatur. *Corrupti sunt: & abominabiles facti sunt.* Ioannes *Psal. 119.* denique qui virtutis symbolum est, vinculis constrictus tenetur: & Herodes qui scelerum sceptrum tenet late dominatur.

Sexto, zelum hinc & audaciam, & infractum Nulli Hæ animi robor in sancto hoc Anachoreta notat: rodem præter est: cum enim nullus omnino in Iudæa re- ter Ioannem periretur, qui Herodis peccatum arguere in- nostri, au- cestumque illius castigare auderet, solus Iosus est ro- annes eremicola, solitudinem egressus, inui- præchædere, cti profecto animi, id aggressus est. Ægyptii cum Pharaonis peruicaciam animique in- dationem cernerent, nullus eum arguere au- sus fuit: sed tandem serui, visis tot prodigiis dixere, *vsquequo patiemur hoc scandalum?* Non *Exod. 10.* erant Principes, aut sacerdotes, non optima- tes, aut summates, sed vilia mancipia quæ re- gem reprehenderunt: nõ erat hic in vniuersa synagoga Scriba, aut Rabbi, nec in aula nobilis, nullus in concilio Senator, nec vllus in vr- be ciuis, qui eum taxare aut corrigere audeat: sed Ioannem deserto, eius coarguendi ergo, egredi necesse erat. Quam bene igitur de eodem prædixit *Psal. 118.* *Loquebar de te, simonius* *Psal. 118.* *tuis in conspectu regum, & non confundebat, & eodem in loco aliis verbis. Defectio venit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.*

Septimo, e verbis Euangelistæ, quibus ad Ioannem in carcerem Christi miracula audi- ditis Christi tu relata scribit, duo colligimus: primo, Io- miraculis annem non mediocre solatium malorumque spem con- leuamen in carcere, cum miracula Christi cipit. quæ discipuli hinc inde facta narrabant, au- dire, sensisse: *Cum audiisset Ioannes in vinculis* *Matth. 11.* *opera Christi.* Vt hinc disceremus, maximum nobis in morore & tribulatione constitutis solamen esse, sacras conciones adire, in iisq; miracula quæ de Christo narrantur, audire. *Matth. 27.* Secundo, Ioannem postquam saluatorem baptizasset, rarissime deinde cum ipso egisse, nõ quod illius familiaritate subterfugeret, quippe quod ardentissime cum illo agere, conuersari & loqui desideraret: & non mediocre gaudium sensisset, si miraculis illius interesset, conciones audire, coram eum videre, adorare quem

quem Deum nouerat, auxiliari, adesse omne- que illi obsequium deferre potuisset: sed cum summum perfectionis gradū esse sciret, Dei voci obedire, quo nimirum nihil eidem esse potest gratius: præcursoris officio fungi, pœnitentiam prænuntiare, quam cum illo agendo sibi vni prodesse & voluptatem propriam sectari maluit. Quo nos ille edocuit, non parum falli eos, qui indiscreto quodā zelo acti, ea ad quæ ex voto obligati sunt deserunt, vt alia quæ maiorem pietatem includere videntur, consecrentur, propriamque studeant consolationi. Verum ad quæ ex obligatione & voto tenemur, primo adimplenda sunt: Mose enim cum Deo agente, & ineffabili consolatione in monte Sinai perfructe, contingit populū per campos diffusum idololatriam exercere vituloque diuinos honores impertiri: quo viso, ait Dominus, *Descende cito, quia peccauit populus tuus*: quasi dixisset, Meditationem hanc cœlestē deserere, contēplationis solaminade-relinque, operi potius incūbe, & populo vt à peccato desistat, suggerere. Docemur hinc ea quæ voti & officii sunt, operibus voluntariis præferenda esse. Ipse quoque Dominus ac Redemptor noster pridie quam pateretur, in maxima licet angustia constitutus, & angelico colloquio perfruens, sepius orationem interrupit, vt videret quid rerum Apostoli agerēt, eorumque inertiam & somnolentiam reprehenderet, & ad orandum ac vigilandum eos excitaret. Docere nos ex proposito voluit, ea quæ ex obligatione facienda incumbunt, ante orationem sensualem & contēplationis dulcedinem esse præmittenda. Quod egregio è veteri Testamento conceptu confirmabo.

1. Leuit. 11.

Scriptum in Leuitico legitur, nō prius pacifica, id est hostiam voluntariam, vel ad beneficium aliquod à Deo obtinendum destinata offerri potuisse, quam legalia quæ in lege præcepta erant, oblata essent: adeo vt pacifica sacrificiis legis quodammodo inhærent. Quo disceremus, prius ea ad quæ nos lex, vota & officii obligant, faciēda, ac deinde opera supererogationis, ad quæ propria voluntate impellimur. Ionathas cum feruore pugnandi teneretur, & viribus & animo fidēs inimicos adortus esset, ac paulum mellis à summitate virgæ præter Saulis voluntatem

gustasset: quod in maiorem potius gloriam, & merito quidem, cedere debuisset, quod oculi eius illuminati essent, quod inimicos Domini profligasset, victoriamque amplissimam retulisset, à patre tamen Saule ad mortem condemnatus est, eo quod voluntate regia contempta voluntati propriæ & affectui priuato obsecutus esset, quamuis multo maior inde vtilitas secuta esset. Profecto quāuis intentio nostra interdum, vt & Ionathæ, optima sit, & maiorē Dei gloriā animarumque salutē respiciat, zelo proprio ducta: regulæque nostræ ac tutorum obliti mirabilia sæpe operemur, austeritates & pœnitentias exerceamus, & victorias maximas de inimicis referamus: Deo tamen displicent hæc omnia, qui sæpenumero nos victoriis onustos ad inferos detrudit: Sed ad carcerem nostrum redeamus, videamusque quid ibidem captius Ioannes agat. Euangelista illum ait duos ex discipulis suis ad Christum misisse, vt ex ore illius scirent, num ipse verus Messias esset.

Torquent hic se mirum in modum S. Patres, vt Ioannis mittentis honorem tueantur. Variæ opiniones de hinc enim manifeste se colligere putant, Ioanni certo nondum constituisse, vtum hac discipulo Christus verus Messias esset, nec ne: alii velorū ad ro, dubitasse eum tradunt, nō an Messias esset Christum sed, an pro mundi salute mortem subiturus. Sed optime omnium mihi dixisse visus est Gregorius, dum ait, legationem hanc non alio respexisse, quam vt Ioannes certior fieret, num Christus ad limbū, Patres inde educturus, in propria psona descenderet: vel ut quidem sentit Chrysost. hanc legationem adornauit non quod sciret quod scire se velle demonstrabat, sed vt alii id scirent, discipulosque suos id ipsum edoceret. Equidem sanctorum patrum expositioni, quo ad sensum quidem literalem, inhærendo, quoad mysticum, multas ob rationes, easque egregias discipulos eum suos ad Christum destinasse dico, quarum hæc prima est.

Declarare se voluit, defunctorum sese rationem habere, & tam de mortuorum quam viuentium salute sollicitū & anxium esse: dum de mortuis ad Messiam legationem mittit, quascire laborabat, num ad limbum descensurus esset, vt inde patres educeret, & studium etiam suum

erga

V.

Homil. 6. in Euangel.

3.

S. Ioannes sollicitus e-



erga mortuos demonstrat. Simul nos edoce-  
re, non solum viuorum, sed & mortuorū cu-  
ram & rationem habendam. Hoc siquidem  
Christiani hominis officiū exigit: atq; ideo  
Noemi coram nuru sua aliquando Booz lau-  
dans ait, *Benedictus sit à Domino, quoniam ean-  
dem gratiam quam prabuérat uiuis, seruauit &  
mortuis, &c.*

Ostendit se Deinde ideo discipulos ad Christum legat,  
discipulorū vt ab eo discerent, quod verus Messias esset:  
curā habe- simulq; vt hinc disceremus, quantam seruo-  
re quo pfi- rum & domesticorum curam habere nos o-  
ciscerēt? porteat: ipsa quippe nature ratio, cōscientia-  
que, æque omnia iura ciuilia & diuina à no-  
bis exigunt, vt de iis non secus ac de nobis  
ipsis solliciti simus. Audiamus igitur, quid in

1. Tim. 5.

hanc rem Apostolus monuerit, *Si quis a suo  
rum & maxime domesticorum curam non habet,  
fidem nō gaudit, & est infideli deterior.* Atque id-  
circo Iacob Patriarcha, cum in Bethel sece-  
deret Deo victimas oblaturus, illud ante om-  
nia curauit, vt serui & domestici Dei cultū  
abiectis idolis, ediscerēt, ideoq; hac eos ora-  
tione compellauit. *Abiicite Deos alienos qui in  
medio vestri sunt & mundamini, ac mundate ve-  
stimenta vestra, &c.* Vt scilicet ad oculum demon-  
straret, quantum pater familias de domesticis  
& famulis esse debeat sollicitus, monendo il-  
los nimirum, vt peccati idolum comminuat,  
vestimenta que prauarum consuetudinum  
exuant.

3.

Zelus Ioan-  
nis erga sa-  
lutem ani-  
marum.

Vt etiam zelum quem habebat erga salu-  
tem animarum, & curam eorum quæ gloriā  
Dei spectaret, significaret, simulq; nobis pu-  
dorem incuteret: cum ipse, quamuis carcere  
conclusus teneretur, vinculis cōstrictus esset  
& ærumnas varias perferret, de honore tamē  
diuino sollicitus sit, de que animarum salute  
laboret: Nos vero ad minimam aduersitatem  
qua premimur, minimum quo affigimur ca-  
sum ad primum cōflictū statim cedamus,  
animum despondeamus, virtuti terga obuer-  
tamus, & à beneficiendi studio auocemur.  
Imitantes videlicet inertes ac meticulosos  
illos Hebræos, qui dum de gigantibus, ac co-  
lossæ itature viris, quos exploratores in ter-  
ra Chanaan vidisse se asserabant, inaudissent,  
animo conciderunt, omnemq; eius acquirē-  
dæ spem abiicere, & in Ægyptum ad ollas

carneas reuerti voluere.

Generosior ac cordator erat ille qui dice-  
bat: *Anima mea in manibus meis semper, & le-  
tuam non sum oblitus:* quo enim amplius de-  
primebatur, quo & animum altius ad Deum  
sustollebat, inq; eius cultu reddebatur con-  
stantior. Anima autem in manibus esse ali-  
cui apud Hebræos dicitur, quando in extre-  
mo discrimine & vitæ periculo versatur. Atq;  
hunc in modum locutus est patri suo Iona-  
thas, cum Davidis causam ageret: *Posuit ani-  
mam suam in manu sua,* id est, tui seruandi er-  
go extremo se discrimini ac mortis periculo  
exposuit, quo fidelitatem & obsequiū erga te  
suum restaretur. Atq; ideo sensus Prophetæ  
verborum hic est: *Quamuis quotidie in vitæ  
verser discrimine, inimicis me circumqua-  
q; circumcingentibus, capitique minitantibus;  
legem tamen tuam non obliuiscor, & in mā-  
datis tuis viuūt anima mea. Ita quoque capti-  
uus noster, quo maiori in periculo versatur,  
eo se erga Dei obsequium feruentiorem de-  
monstrat, ideoque legationem discipulorum  
ad Messiam instituit. Legata interea eloquū-  
tur, audiamus quid sibi velint: *Tu es qui ven-  
turus es, an alium expecte- mus?**

Quis sublimiorem & profundiorē que-  
stionem audiuit vnquam? quæstio est de di-  
uinitate filii Dei, de veritate Messia; de re-  
demptione orbis, ac prophetiarum omnium  
consummatione. *Tu es qui venturus es, &c.* Per-  
inde ac si dixissent: *Tu es ille quem Prophe-  
tæ præsignificauerunt & designauerunt, quem Si-  
byllæ annuntiarunt, quem omnes maiores  
nostri desiderauerunt? an tu es qui venturus es,  
ad iratuū Deum placandum, homines redimendos,  
peccatores saluandos, debita nostra dissoluē-  
da, cœli tanuas aperendas, Angelorum rui-  
nas supplendas, demones compescendos, in-  
feros constringendos, pacemque mundo in-  
ferendam?*

*Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Messia; ad-  
uētus figu-  
ris declara-  
tur.  
*Isai. 53.*  
*Gen. 14.*  
Ille inquam Melchisedech, qui post regum  
poten-

Psal. 118.

Matth. 11.

Isai. 53.

Gen. 14.

potentissimum excidium, post carnis mudi & diaboli destructionem, magno illi Abraham Patri inquam coelesti, sacrificium panis & vini, in sacramento Eucharistici institutione, offeres?

Tunc ille Isaac, domus tuae decus & fulcrum, sed non sine miraculo editus, qui ad mortem, patri tuo obediendo, destinatus, montem Calvariae ascendere, humerisque tuis ligna, quibus cremaris, gestare debes?

Gen. 22.

Gen. 7. 8.

Tunc ille Noe, qui arcam humanitatis tuae ingressus, omnesque nos diluuium damnationis eripiens, tandem aliquando amore & tolerantia ebrius, nuditatem, & paupertatem, simulque miseras nostras in cruce ostensus es, & a filiis tuis, id est Iudaeis, explorandus?

Gen. 27. 32.

Tunc ille Iacob, qui vestimentis Esau, id est peccatoris circumdatus, passionis tuae nocte, cum angelo illo mortis luctaturus, victoriamque in humanitatis tuae tamen femore lauciatus, relaturus es?

Gen. 37. 40.

41.

Tunc ille Ioseph, cuius a fratribus scilicet Iudaeis, vediti, & in alienigenarum, Pilati nimirum & Herodis manus traditi, tunicam effuso sanguine cruentabunt maligni, id est, cuius humanitatem cruci affigent & occident?

Tunc ille idem Ioseph, qui deinde a perfida synagoga inique accusatus, & in carcere propter fas coeetus, gloriosus tandem egredi, & regis indumentis circumdatus coram regum rege sisti, caeliq; & terrae vicarius generalis constitui, & egregio Saluatoris mundi nomine insigniri debes?

Exod. 2. 3.

Gen.

Num. 35.

Tunc ille Moses, qui iam inde ab incunabulis ab Herode, qui Pharaonem crudelitate superabat, ad necem quaesitus, populum Dei conducere, legem ei dare, miracula ac prodigia patrare, Aegyptiaca cum mundi huius captiuitate, per rubrum passionis tuae pelagus, ad regnum caelorum quae vere terra promissionis est, traducere debebis?

Num. 35.

Tunc ille sacerdos summus, de quo in Numeris habetur mentio, post cuius mortem, oes extorres & exules patria eieci, qui peccatores denotant, praeteritorum criminum veniam consecuti, in natale solum reuerti, & in patriam, caelestem intelligo, quae vere patria, postliminio redire poterunt?

Jud. 14. 15.

16.

Tunc ille generosus & strenuus Samson, Tom. 1. Pars Hyemalis.

Philistaeorum terror, qui naturae humanae, pellicis illius fascino amore captus, & cum ea in sepulcro congressus, vndique obsessus & circumvallatus custodias eludes, saxa & moles effringes, sigillaque illis perumpes? tunc ille, qui deinde hostium ludibrio & improprio expositus, moriens, eosque simul morti inuolucens tuae magnae mundi huius aulae bases & eardines concuties, & ad inuicem collides?

Tunc ille pastor Dauid, qui sola humanitatis nostrae funda, & arumnarum nostrarum lapidibus instructus, furentem illum Goliadam, Satanam dico, qui a tot annorum millibus omni nobilitati & generositati mundi huius exprobrauit, prosternes, crucis baculo ad terram desicies, superbiam illi & fastum

retundes, denique vitam illi eripies? *Matth. 11. tu es, an alium expectamus?* Ambrosius haec Ambrosij accuratius disquirens ait, interrogationem opinio hanc non dubitantis, sed admirantis fuisse. quantum Perinde ac si dixisset, fieri ne potest, summe ad interrogandum Deum, te, qui summa eum maiestate in caelis habitas, in terram descendere voluisse, ut humanam naturam assumeres, miserisque & arumnis, quibus eadem obnoxia est te subiiceres? Huic quae proxime accedens Rupertus, Item Rupertus ait, Ioannes non potuisse dubitare quin Christus verus Messias esset. varijs enim miraculis editis iam id confirmatum erat: sciebat quippe in Cana Galilaeae aquam in vinum conuersam, audierat Patris caelitus loquentis testimonium, & Spiritum S. incolumbae specie descendentem viderat, dum eum in Iordane ablueret.

Verum id ipsum manifestare non audebat, ne forte Iudaei inuidiae stimulis concitati in eum impetum facerent ac neci traderent. Verum cum hodie venisse tempus sciret, quo omnia abscondita reuelanda essent, discipulos id ipsum diligentius inquisituros ad Christum mittit, inquisituros inquam, num ipse esset salutare Dei, de quo Gen. 49. num magnus ille Propheta de quo Deut. 18. num ille qui Israellem esset redempturus, vt Psal. 117. promittitur? *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* *Matth. 11.*

Quid? Ioannes legationem adornat, non Missio haec strum quoque est aliam adornare, de fide discipulorum licet, bonis operibus, de religione, ne fortasse moraliter decipiamur, & erroribus inuoluamur: lege exponitur.

E mus

mus ad Deum sensus, voluntates, & intentiones nostras, inquiramus; nū viæ nostræ illi gratae sint. Discipulos adhuc nostros, ô didascalii: seruos, ô heri: subditos nostros, ô patresfamilias, mittamus ad templa, cœciones, sacrasq; lectiones, vt cœlestem aliquam doctrinā percipiant, & ad virtutum studium excitentur. Dirigamus ad Christum omnes, vt inquirant, num ipse sit qui in Ven. Eucharistiæ Sacramento latet vel alius expectandus sit, impanatus, figuratus, & signatus? Num alium cum Iudæis Messiam expectare oporteat, aliū Christum, alium in ærumnis consolatorē, alium Saluatorem, aliud Euangelium, aliam deniq; Ecclesiam. O inanis ac nugæ meracissimas! sed his relictis cœpta profequamur.

VI.  
Matth. 11.  
Christus  
opere, non  
verbo, re-  
spondet.  
Ioan. 58.

Legationem igitur suam discipuli cum Christo aperuissent, hoc eis modo respōdit, *Itē, renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis, cæci vident surdi audiunt, claudi ambulat, pauperes euangelizantur.* Rebus ipsis, non verbis, Dominus ecce responderet: & sane prudenter admodum: si enim verbo dixisset, Messiam se expectatum esse: Iudæi eū sine dubio reprehendissent, vtī alias illos fecisse manifestum est cum hæc illi obijcerent, *Tu de te ipso testimonium perhibes.* Ideoque alio in loco iisdem dixit, *Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me.* Perinde ac si dixisset: *Quis nā sū, verbis indicare nolo, & tamen si dicerem, mētrī me ac suū obtrudere velle putaretis: fatius idcirco est, opera mea loqui de que me testimonium perhibere.* Missionem siquidem meam medijs quibusdam præter ordinem, & miraculis ac prodigijs probō: quæ cum quotidie oculis vestris videatis, certissime credere debetis, verum me Messiam esse in Legge & Prophetis promissum. Ideoque *Itē, renuntiate, &c.*

Matth. 11.  
Miracula  
Christi de  
eo testa-  
bantur.

Et profecto, miracula hæc operaque prodigiola, q̄ Redemptor indies edebat, abunde testabantur, Iudæosq; conuincebant, illum esse, qui Patrib. eorum promissus erat Messiam. Nam tamen prophetæ veteres miracula patrarint, summa tamen difficultate, & magno eum sudore eadem facta sunt: Christus autem plurima, idq; facillime, sine vllō labore ac difficultate, edidit. Vnde manife-

sto apparet, omnibus eum priorib. dignitate & meritis eminentiorem fuisse: quod Iudæi ipsi in Euangelio testantur dicentes, *Nunquā apparuit sic in Israhel.* Ipse quoque Dominus de seipso testimonium ferens, ait, *Sed opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.*

Matth. 9.

Ioan. 15.

Secundo, Elias quidem mortuum ad vitam reuocauit, Elifæus Naamam à lepra mūdauit, sed vterq; Domini prius auxilium implorauit. Christus vero hæc aliaq; longe maiora, sua auctoritate, absolute, ex sola voluntate propria nullisq; precibus vsus, præstitit.

Psalm. 145.

Tertio, prædicta eadem miracula in Sacris litteris erāt: nam nonne in Psalmis legitur:

3.

*Dominus soluit cœcos; editos, Dominus illuminat cæcos. Dominus erigit elifos:* quæ cū re ipsa ederet, re ipsa etiā se Deū esse declarauit.

4.

Quarto, ipsa prophetarum oracula Messiam hæc & similia edidit vt prædixerat vt in primis Isaias: *Deus ipse veniet & saluabit nos, tunc aperiuntur oculi cæcorū.* Dominus igitur innuere volens se ipsum esse quem Prophetæ præfigurarant, opera sua & miracula in scenā producit, legatisque ad se missis respondet, *Cæci vident, claudi ambulat, surdi audiunt.*

Isai. 35.

Matth. 11.

Cæcorum autem illuminationem Dominus ante cætera miracula quasi trophæorum illius primū ac summū, & è qua infinita illius potētia in primis elucet, produxit: primo, vt veteris testamēti verbis quib. Messia miracula præfigurantur, vsquequaq; respondeat: nam in Isaiæ Prophetijs cæcorū illuminatione prima omnium recensetur. Secundo, quod discipuli hi suis cum hæc edentem miracula oculis cōspexissent: non vero alia que sequuntur, & de quib. fortasse ne fando quidem inaudierant. Tertio quod plures cæcos Christus illuminasset, quæ alias perfanasset, vt è verbis Lucæ manifeste colligi potest, dicentis: *In ipsa autem hora multos curauit à languis & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multos donauit visum, &c.* Itē igitur, inquit, & renuntiate, cæci vident.

Cur Domi-

nus cæco-

rum illu-

minatio-

nem cæte-

ris miracu-

lis antepo-

nitio prima

recensetur.

Luc. 7.

Luc. 7.

Luc. 7.

Varia hic recenset miracula, operaq; bona plura in vnū coaceruat, vt hinc euident fiat, Deo hanc pluralitatem gratissimam existere: Sunt enim nonnulli, qui dum vnū virtutis actum exercuerint, sufficere ad salutem putant.

Operum

piorum

muleirado

Deo grata

putant.

putant, vltiusque progredi detrectant. sed errat: Deus enim varios actus requirit, multiplicationeque imprimis delectatur. Nam statim vt terram creauerat, ait, *Germinat terra herbam viuentem, & faciente semen & lignum pomiferum facies fructu iuxta genus suum*, quibus verbis allegorice innuere eum voluisse puto, scilicet dum terram quodammodo intumescere & vteru ferre vult, que deinde omne herbarum, arborum, fructuum, bestiarumque genus effunderet ac velut pareret? multo magis desiderare, vt anima varios virtutum bonorumque operum fructus ac manipulos proferat. In horto sponsa omnigenos fructus, tan nouos qua veteres reperire erat. *In hortu nostris omnia: oia noua & vetera.* Poma autem tantundem hic valet ac fructus, ita namque Hebraice p omni fructus genere accipitur. Porro anima nostra horti sunt & pomaria, imo paradisi, in quibus Christus earum spiritus obambulare cupit: quo autem maiorem voluptatem inde percipiat, fructus in iis bonorum operum, noui & veteres sunt oportet, si enim olim, heri, & audius tertius, imo & hodie aliquod opus bonum fecimus, hoc iam verus est & exoleuit quodammodo: sed cras, & perendie, & in posterum semper noua alia producenda sunt. Audite longam illam Messia operum seriem, ac varia illius miracula: *Caci videt, surdi audiunt, claudi ambulat, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.*

**Humilitas & modestia** Hic, obsecro, anima mea, Saluatoris tui ait quasi de se operibusque presumens, Ego caecis visum, surdis auditum reddo, claudis pedum usum restituo, leproso mundo, mortuos ad vitam reuoco: sed magna cum animi demissione & humilitate, & seipsum non nominando, *Caci vident, surdi audiunt, mortui resurgunt.* Docemur hic, eum qui vere humilis est, omnibus in rebus humilem esse debere, tam interius qua exterius, tam animo qua verbis. Aegypti rex Pharaon cum Iacob Patriarcham grandaevum iam & senio vidisset, ab eo mox petiit, *Quot sunt dies annorum vita tua?* cui sanctus ille senecio placide respondit, *Dies peregrinationis vita mea centum triginta annorum sunt, parui & mali.* Notate quaso Patriarchae humilitatem, vt tempus omne, quod

iam inde ab adolescentia Deo impenderat, non enumeret, into vt hoc ipsum nihil propemodum aut exigui esse meriti censeat. Tu tamen interea mundane, si bis terue ieiunies, in tantu te effers: si triennio aut quadriennio Deo in poenitentiae Monasterijs seruias, credis cu infinitis tibi nominibus deuinctum debita exfoluere non posse.

Porro mundum similem esse censo super-  
 bo illi Pharisaeo, cuius in Euangelio fit mentio, qui cum bis in sabbatho ieiunaret, tantu Pharisaeo sese extulit, vt in medio templi constitutus, Euangelium & factu plenus, de quo hoc ipso super co-  
 biens dixerit, *ieiuno bis in sabbatho.* Vel filij p-  
 digi fratri, qui aegritime ferens tantum fratri suo afoto honorem exhiberi, obsequiaque parenti exhibita recensens, magna cum superbia ait, *Ecco tot annis seruis tibi:* quasi an-  
 norum numerum non posset subducere. Vel Iacob Patriarchae, qui cum viginti ipsis annis socero suo Laban seruisset, tandem officia exhibita ipsi exprobrauit, dicens, *Per viginti*  
*annos se iuisi tibi.* Non est, mihi credite Christiani, dies, menses, aut annos, quos diuino obsequio impendit, enumerare, aut accuratius subducere: nam quauis omnia vita momenta in solius Dei cultu expendisset, aliud profecto dicere non posset, quam q in Euangelio dicitur: *Discite, seruis inutilis sumus, quod debuiimus facere, fecimus.* Praesumptio siquid & superbia magnu anime periculu creare solent: e contra vero humilitas non mediocre emolumentum: humilitas in qua qd e verbis his redemptoris eruim, *Caci videt, surdi audiunt, &c.*

Hic etiam notes velim, o anima, quemadmodu Ioannes in vinculis pusillanimitate non deiecit, aut aduersus Deum commouetur indignando: ita nec Christum ob miracula edita in solefcere. Non enim ait, edo opera admirabilia, naturae vires eludo, caecis visum restituo, paralyticis membrorum usum reddo, mortuos ad vitam reuoco, sed insolita loquedi ratione vsus, *Caci vident, claudi ambulat, mortui ad vitam resurgunt.* Vt discamus bona quidē quae edim? opera, non nobis ipsis, sed soli Deo mala aut non Deo, at nobis esse ascribenda. Haec lectione cum didicisset Ioseph Patriarcha, & fratrib, felicitatem suam referret, non sibi sed Deo eandem velut auctori attribuit:

Gen. 1.

Gen. 7.

Luc. 7.

Humilitas & modestia Saluatoris.

Luc. 7.

Gen. 47.

Mundus similis est Pharisaeo, cuius in Euangelio fit mentio, qui cum bis in sabbatho ieiunaret, tantu Pharisaeo sese extulit, vt in medio templi constitutus, Euangelium & factu plenus, de quo hoc ipso super co-  
 biens dixerit, *ieiuno bis in sabbatho.* Vel filij p-  
 digi fratri, qui aegritime ferens tantum fratri suo afoto honorem exhiberi, obsequiaque parenti exhibita recensens, magna cum superbia ait, *Ecco tot annis seruis tibi:* quasi an-  
 norum numerum non posset subducere. Vel Iacob Patriarchae, qui cum viginti ipsis annis socero suo Laban seruisset, tandem officia exhibita ipsi exprobrauit, dicens, *Per viginti*  
*annos se iuisi tibi.* Non est, mihi credite Christiani, dies, menses, aut annos, quos diuino obsequio impendit, enumerare, aut accuratius subducere: nam quauis omnia vita momenta in solius Dei cultu expendisset, aliud profecto dicere non posset, quam q in Euangelio dicitur: *Discite, seruis inutilis sumus, quod debuiimus facere, fecimus.* Praesumptio siquid & superbia magnu anime periculu creare solent: e contra vero humilitas non mediocre emolumentum: humilitas in qua qd e verbis his redemptoris eruim, *Caci videt, surdi audiunt, &c.*

Luc. 18.

Gen. 31.

Matth. 11. Quidquid hic boni operamur, Deo, & non nobis ipsis adscribendum.

Matth. 11.

Luc. 2.

Gen. 45.

Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum qui feci iniquum patrem & carnalis, & Dominum uniuersae domus eius, ac principem in omni terra Aegypti. Tantum vero abest, ut mundanus Deo omnia ascripisset, ut e contra potius fortunam omnium datricem agniturus dixisset: Ad hos honores laeto fortuna blandiens vultu me subuexit: industria & opera mea ad tantam dignitatem ascendi: fors adfuit, & clientem suum respicere dignata est. At Ioseph, qui diuino in ludo eruditus erat, datori omnium Deo singula & uniuersa adscribit, ac solum eum negotiorum suorum directorem promotoremque agnoscit. Quem imitantur, doctrinam Christi quam proxime insistendo, qui quidquid in anima virtutum possident, Aeterno attribuunt, & de seipsis ne hilum praesumunt. Considerate igitur haec verba, eorumque sensum dispicite, *Cæci vident, surdi audiunt.*

VII. *Matt. 21.* Veri concionatoris indicia.

Vetæ enim ac legitimæ Messiae notæ & signa sunt, cæcis oculorum, surdis aurium vultum reddere mortuosque ad vitam reuocare. ut & veri concionatoris, qui nimirum Christi loco docet & prædicat, indicia characteresque dici queunt, si qui antea cæcutiebant, vultum recuperant, si surdis ad Dei verbum auditus redditur, si gratia mortui, & in peccatis sepulti, ad vitam gratia redeunt: denique si paupertas & Christi crux euangelizatur. Ad concionatorem namque Euangelicum spectat, huiusmodi edere miracula, omnigenos peccatores perferare, mortuos resuscitare, maculas & nauos auferre, Messiaeque opera quam proxime imitari: quæ allegorice iam exponam.

*Cæci delignant scelerate s. Sop. 1.*

*Cæci vident* Per hos non nisi peccatores intelligendi sunt; quando n. quis cespitando modo ad terram prolabitur, modo in parietem impingit, modo in præceps ruit, an non etiam cæcutire dicemus; ita quicumque modo in auaritiam, modo in libidinem, modo in ambitionem impingit, an non talpa cæcior est, de quo Sophomas loquitur dicens, *Ambrosia u. cæci. uia Domini peccauerunt* Solus autem Christus eisdem oculos restituere potest, & omnem cæcitate auferre, idque in Pœnitentia: Sacramento atque hæc prima Christi opera

sunt, qui solus huiusmodi morbos perferare potest.

*Surdi audiunt* Atque hoc secundum, quo peccatores dignosci queunt, indicium est: hinc mihi aliquem qui nec maximarum campanarum sonitum, nec bellicorum tormentorum boarum, nec tubarum clangorem audire queat, an non ille litore surdior dicendus est? Hoc ipsum de peccatore quoque sentiendum, cuius tanta surditas & aurium stupor est, ut nec terribiles extremi iudicii tubas, nec maximarum cœli campanarum strepitum, misericordia inquam & iustitiæ, omnibus horis auribus nostris insonantium, imo nec diuinarum quidem comminationum tonitrua audire queat: adeo ut peccator ad Dominum iam conuersus illud Prophetæ merito usurpare queat, *Ego tanquam surdus non audisbam.* *Psal. 17.* Ad solum autem Christum, Dei filium spectat, huiusmodi opera edere, leprosos quidem etiam mundare.

*Leprosi mundantur.* Omnes in genere peccatores sub lepræ nomine intelligamus. Nam ut lepra corpus inflat, ita peccatoris superbia: ut sitim & ariditatem extremam causatur, ita & auaritia: ut contagio suo inficit, ita & luxuria: ut humorem radicalem vitiat, ita quoque animam inuidia: & halitum pestilentem ac tetrum reddidit, ita & gula & ingluuies raucecedinē causatur, ita & ira quæ sæpe etiam loquelam eripit: denique ut illa membra omnia debilitat & inuadit, ita corpus animumque accidia & inertia. Bene igitur Naamano Syro leproso ait Helisæus Prophetes, *Vade & laua te in Iordani.* ut hinc peccatores septemPLICEM peccatorum mortalium lepram confiteri discant. Si quis in mundo tantæ virtutis efficaciamque fons haberetur, qui omnes omnino infirmitates perferaret: quantus ad eum quotidie ex omnibus mundi partibus concursus fieret! quot ad eum agri sanitatis recuperandæ ergo confluerent! At huiusmodi virtute præditum est confessio nis Sacramentum. Quid igitur eam negligentis peccatores, quin ad eam acceditis: cur illius laticæ maculas & lepram animæ non eluitis, aut saltem abluitis sed ad allegorias meas iam reuertor.

*Mor. in r. surgent.* Ipsi peccatores an non

VERA

Peccato-  
res vera  
mortis ima-  
go sunt.

vera mortis imago sunt, cadauera examina-  
ta, motu, sensu vitæq; carentia? Qui virus aut  
cicuram hausit, an nō mortem ipsius præcor-  
dijs continet? id ipsum de odio laborantibus  
invidia & liuore tabentibus; ira estuantibus,  
quæ omnia quædam animæ venena & con-  
tagia sunt, esto iudicium. Cui conceptui ad-  
stipulatus Ioannes Apostolus dicens: *Qui nō  
diligit proximum, manet in morte.* At, cheulci  
cuta sola necat corpora, peccatum vero ipsas  
interimit animas. Quam præsens venenum  
fit oportet, quod ijs quæ mori nesciunt, mori  
infert: *contrariorum enim, iuxta Philosophos,  
contraria sunt consequentia:* nam quemadmo-  
dum gratia perpetuam vitam tribuit ijs, quæ  
ex seipsis mortalia sunt & caduca, ita pecca-  
tum mortem adfert ijs quæ essentia & natu-  
ra sua immortalia sunt, sed in miraculis no-  
stris progrediamur ulterius.

Error eorū  
qui paupe-  
ribus præ-  
dicare de-  
trectant.

*Pauperes euangelizantur.* Inter cætera ad-  
uentus sui signa hoc imprimis ponendū cen-  
sui Redemptor, quod pauperes euangelizæ-  
tur. Et profecto nō mediocre miraculum est  
ac prodigij loco habendum, si concionator  
aliquis pauperibus verbū salutis annuntiet, si  
in carceratis concionetur, si inclusis Religio-  
sis & Monialibus, & rusticis prædicet, sed om-  
nes iam, proh dolor! verbes confectantur  
primarias, omnes primas metropolitanas ca-  
thedras affectat, omnes in mercedem oculos  
coniciunt, & solis diuitibus concionari ge-  
stiunt; sed considerent obsecro, arborem illā  
umbrosam quam Nabuchodonosor vidit,  
cuius è fructibus omnia animalium genera  
gustabant: considerent inquam, & huic se af-  
similare conentur; cum enim spiritualibus  
scientiæ, virtutum, diuinorumq; charismatū  
fructibus grauari sint, eos idiotis, pauperibus,  
& simplicibus, qui mundi huius quodāno-  
do animalia sunt, proponat oportet.

Conciona-  
tores per-  
uersi com-  
parantur  
diuiti epu-  
loni.  
Luc. 16.

Diues ille epulo graue supplicium apud  
inferos subit, quod cum opulentus esset, &  
quotidie varios parasitos & affectas aleret;  
pauperes tamen a mensa excluderet sua: quod  
ditiores & magnates quotidie ad mensam ad-  
hiberet, Lazarum autem nec aspectu nec al-  
loquio dignaretur, *et nemo illi verba.* Huic  
similes dixero cōcionatores nonnullos, qui,  
cum omni scientiæ doctrinaq; genere abū-

dent, & concionatores dici velint, solis prin-  
cipibus & aula clientibus sese offerunt &  
vendunt, populo & plebeis à mensa illorum  
exclusis, dum oēs eorum epulæ, id est, con-  
ciones, non nisi Rhetoricam, veneres Tullia-  
nas, & flosculos scholasticos vt adulationem  
& ineptias affectatas prætereant, spirant, &  
idiotis, pauperioribus, & rudioribus, ne mi-  
nimus bolus offeratur, & nihil quod gloriam Pauli pau-  
perum do-  
ctores.  
scit. Videant igitur & caueant, ne cum diuite  
hoc apud inferos puniantur. Verum vt hanc  
aliquorum deprauatam consuetudinē dam-  
naret, ipse Dei filius pauperum doctorem se  
confiteri non erubuit. At hodie plurimos re-  
gum & principū concionatores reperire est,  
sed pauperum nullos, aut certe paucos ad-  
modum: adeo vt non amplius mihi mirum  
videatur, si hoc inter miracula sua recenseat  
Redemptor.

Equidem non tam inter miracula numerā  
dum puto, pauperes euangelizari, quam col-  
dem euangelizare. Est n. mirabile, omniaque  
miracula excedens, Christum, aduentū, di-  
uinitatē, omniaq; Euangelij mysteria à sim-  
plicibus & indoctis piscatorib. prædicari vo-  
luisse: non selegisse sibi duodecim Platones  
aut Arist. non duodecim Demosthenes aut  
Cicerones, aut selectissimos quoq; ex omni-  
b. orbis academijs viros, at duodecim pisca-  
tores retibus & scaphæ assuetos, indoctos &  
rudiores. Hinc, vt illorum scientiam eloquē-  
tiamq; audiuere in Actis Pōtiffices Sacerdo-  
tes & Scribæ, & scirent eos ante imperitos, &  
ne à limine quidem literas atigisse; nō parū  
obstupere: quorum admirationi inhærens  
August. atq; hoc miraculum exaggeras, ait, *Lib. de ver-  
bis Domini.*  
Dominum nō per Oratores & Philosophos  
eduertisse peccatores; sed per piscatores Phi-  
losophos & Oratores. Quod historia quædā  
è libris Regū deprompta manifestū reddet,  
Dauid cū Amalecitas bello fusos profugosq;  
persequeretur, reperit in via miserū quēdam  
militem jacētē semianimem; fame & labo-  
rib. exhaustum, morbo afflictū, & ab omni-  
bus derelictum: à quo cum petiisset, *Cuius es? Reg. 3.  
tu? vel quis tu? Et unde? mox subintulit, puer  
E. spiritus ego sum, seruus tui Amalecita, Dere-  
liquit autē me dominus meus, quia agrotare cepi.*  
E. 3. Et.

Miraculum  
pauperes  
euangeli-  
zare.

Act. 4.

Lib. de ver-  
bis Domini.

Reg. 3.

Et dixitq; ei Dauid, vt se ad castra inimicorum deduceret, quo cū peruenisset, reperit eos genio indulgentes & festum diē agentes, quos incautos ac nihil minus quam de hoste cogitantes inuasit, & ad internecionem deleuit, paucis, dū camelos cōscendunt, fuga sibi consulentibus. Allegorice hæc omnia exponēs in Euangelio cōtineri hoc mysteriū existimo. Christus n. cū mūdanos persecuturus in mundū venisset, incidit in aliquos qui velut defatigati & exhausti, diuitias & pompas mūdi huius, idq; propter inopiam & egestatem assequi nequibant, in illos nimirū, quos mundus derelinquit & deserit. At Christus hos ab omnib. derelictos, velut duces expeditionū, & consiliorum suorum cōductores euangelique præcones assumpsit, eorumq; opera in mundi conuersione vsus est: quem cum vitiis indulgentē & voluptatib. immersum quodāmodo cerneret, ita eundē aggressus est, vt victoria penes se steterit. Dicite igitur, nū miraculū sit, pauperes euangelizari & euāgelizare, mundoq; Euāgelii præcones existere? Audiuistis iā miracula Redemptoris; quomodo discipulis à Ioanne missis responderit: videamus iā, quib. Ioannem encomiis ornarit, & quæ in eum acroamata, & e-logia effuderit. At enim Euangelista, Dominū, dimissis legatis, in præcursoris sui laudes & encomia hæc verbis prorupisse: *Quid exi-  
tu in desertum videre; arundinem sento agitā,  
hominem in molib. vestitum?* Quam fidus in amicitia fouenda est Deus! quā tenere, quos semel complexus est, diligit! non enim in aduersitatibus deserit suos, vt facere consuevit mundus, qui ad minimum qui ingruit casum eos nudos destituit. *Quam multos Aman Perfarum ille purpuratus, amicos habuit, quam diu læto fortuna agridebat vultu, & in-  
ter Assueri intimos numerabatur: Sed mox vt eius indignationem incurrit, eumque offendit, omnes aduersus eum insurrexerē; dice-  
bantq; publice, in lignū quod parauerat Mar-  
doche stat in domo Aman* Perinde ac si dixissent, in crucem agatur, quam domi alteri parauit. Videre quæsto mundi ingratitude & perfidiam, qui dum felices sumus, & secundis ventis vtimur, amicitiam simulat; at, dum fortuna auersa nos deserit, nos etiam mutato

affectu deserit. At non ita cœlum, nō ita Deus, sed quos maioribus homo premitur afflictionibus, quo & maiora elargiatur solatia, maioremque affectum demonstrat. Quod aperte in Ioanne nostro Redemptor Christus ostendit, quem cum in carcerem coniectum, ad mortem questum, omniumq; odia incurrisse cerneret, singulari amore persecutus est, amplissimis laudibus exornauit, ac coram omnibus luculentum de illius sanctitate testimonium dedit.

Atque hoc imprimis, quod vitam duceret Rationes angelicā, virtutemq; coleret quam qui macur Chixime. Vt discamus non nisi probos & honestos Ioannos præconiis afficiendos, ac virtutem solā, nem laudet nō vero vitia, amplissimas laudes promereri. Sāctos enim & iustos dum laudamus, laudamus simul & Deum; ideoq; Regius Propheta, dum omnes ad laudandum Creatorem creaturas excitasset, vt in sanctis potissimum laudetur elaborat; *Laudate*, inquit, *Dominum in sanctis eius.* Secundo, ne magna illa sanctitatis opinio, quæ in plurimorum animis de illo infederat, periret, aut saltem periclitaretur, cum viderent eum, quem ad Messiam habebant, instar malefici & impii in carcerem coniectum. Docemur hic, vt quando proximi famam discrimen subire, nomenq; eius infamiae maculis aspergi videmus, tunc eius virtutes publice manifestemus, eiusque merita tantum, quantum maledici & detractores vitia, extollamus.

Ira Dominus Mosem laudauit, dum Maria & Aaron frater ei detraherēt, & apud populum nomen illius traducerent. Hoc scilicet filiorum Dei proprium est, innocentium tutelam suscipere, & maledicæ linguæ virulentiam compescere. Detrahentibus autem aures præbentes similes esse dixerim opilionibus & rusticis, qui dum transeuntes à canibus suis allatrari, morderi, ac tantum non interfici vidēt; tantum abest, vt eos vel clamore aut ictu lapidum compescant, vt eosdem etiam magis extiment, & manuum cōplosione & poppysmis ad mordendum incitent. Egregios autem è laudibus his conceptus elicio, quorum hic primus est.

Redemptor laudauit Ioannem in discipulorum absentia. *Illis autē absentib.* vt ita euidenter

Insignis allegoria.

VIII.  
Laudes  
quas Ioan-  
ni Christus  
dedit.  
Deus fidus  
amicus est.

Mundus  
suos in ad-  
uersitatibus  
deserit.

Esth. 7.

Num. 12.

dentur

Laudes ab amore, non aut assentatione originem trahunt.

denter demonstrare, encomia hæc non ab assentatione aut palpo, sed sincero minimeque fucato affectu, proficisci, ac simul fas esse, veras amico laudes tribuere, non aut eidem impudenter adulari: vera namq; laus à Deo, assentatio autè à diabolo proficiscitur. Hoc nempe consilio vsi sunt Philisthai, vt Samsonem perderent; suggererunt siquidem Dalila, vt marito adularetur, quo ab eo ænigmati solutione, à quo omnis eius ruina perniciesq; dependebat; disceret. Vnde mihi Diogenes ille Canis non aberrasse à scopo visus est, dū adultores coruis esse dixit deteriores pestilentioresq; cū hi nō nisi mortuos lædāt, illi vero in viuos et grassentur. Ecce alterum.

Proximus absens laudandus est. Psal. 10. Exod. 1.

Ioannem absentem Dominus celebrat, vt doceat nos semper de proximo bene loqui; ac præsertim dū abest. Obseruabat hoc præceptum Psalmographus, cum diceret, detractores secretos se cane peius & angue odisse, detractorem secreti, id est in absentia, proximo suo prosequatur. Inter alias Ægyptiorum plagas fuere & ranæ: quæ cum non nisi in cæno & luto viuāt, de die taceant, noctu vero coarcent, detractorum symbolum sunt: qui vere immundi & sordidi, & non nisi in alienorum cæno victitant, proximo interea dum abest, semper detrabunt, eiusque vitam viuendiq; ratione reprehendunt: malum profecto quo nullum hodie deterius aut calamitosius in mundo haberi potest. En tertium.

Fides amicis vbique præstanda.

Laudat Ioannem, interea dum carcere conclusus gemit: quo doceret nos, fidem & amicitiam semel in vitam, semper conseruandam, ac nunquam, quacunque etiam calamitate ingruente, deponendam. Sunt enim plurimi, qui in prosperis amico assentantur, in aduersis & tristibus terga obuertunt, hirundinibus perfimiles, quæ dum æstatis vernat gratia, & tempus ridet, nunquā nos deserunt, circumque laquearia assiduo cantillāt, instante vero hyeme abeunt, & mitius eorum sequuntur. Similes his fuere Apostoli, Dominum nō deseruere, quamdiu ab omnibus eum coli, miracula facientē, & pro Messia habitū, viderunt: at mox vt à Iudæis & militibus comprehensum, ad mortem condemnatum, à Pontificibus in crucem actum conspexerunt; omnes relicto eo fugerūt, adeo vt & ipsum negarint,

imo se ne nosse quidem confessi sunt. O perfidos & periuros, & in amicitia colēda nimis instabiles! At non ita Christus, ille in amore fidelis est, diligit vsq; ad extremum, imo nec in aduersis suos deserit. Videte igitur amorē, quo miserum hunc captiuum prosequitur, dum omni eum laudum genere cumulat.

In primis deprædicat illius constantiam, Laudatur dum à Iudæis petit, *Quid existis in desertū videre, arundinem venientis agitatam?* Arundo quippe de inconstantia ac leuitatis symbolum est. Innuere seil. volebat nullum Ioanne in cultu diuino esse vel constantiorem vel infractiorem. Adeo vt de ipso illud Ieremias vsurpare liceat, *Ego dedi te hodie in columnam ferream.* Ierem. 2. nam sicut columnam constantiæ symbolum est, ita Ioannes columnæ instar vsq; ad mortem fortis & infractus perstitit, columnæ inquam ferreæ, quæ lapideas duritie superat. Si enim ceteri sanctorū lapideæ columnæ fuerunt: Ioannes profecto ferrea, arca, & adamantina fuit, in omnibus mundi tribulationibus immobilis & infractus.

Ioannes à constantia.

Constantiæ emblema.

Virtutem quidam olim ita expressit, faciem quandam inuersam depinxerat, quæ maiores sese cōsumendo flammam eiciebat, maioremque lucem inuersa circumquaque eiacularatur, hæc adita epigraphæ, *Vires inclinata resistit.* Quod de omni illa virtute, nō singillatim de vna constantia, ac præsertim de Ioan. Baptiste vsurpare quid vetat? de quo nempe in Euangelio legitur: *Erat lucerna ardens & lucens.* Hanc cum impius Herodes totis viribus extinguere niteretur, & terram versus flecteret, in terram illum coniciendo carcerem; lucere cepit magis, luculentioresq; flammam eiaculari, maiores animos manifestare, viresq; duplices exerere, è quibus omnibus de illius constantia conicere licet; conicere inquam, eum arundinis leuitatem non imitari.

Ioan. 5.

Quid? anne arundinis est, iam à quinto ætatis anno mundo derelicto in desertis & solitudine commemoratum esse, speluncas incoluisse? viginti quinq; annorum spatio penitentia durissima corpus emacerasse, virtutis stadium tam constantem decurrisse, inedia & austeritate membra afflixisse, vota tā sancte religiosq; obseruasse, solis herbarum radicibus

annis constantia.

Matth. 26.



cibus & melle siluestri; tanto tempore victitasse? anne arundini est. in desertis semper rupibus exclamasse, in solitudine populum docuisse, in antris. mundi delicta acerbissimis lacrimis eluisse, omnesq; ad penitentiam vocasse, reges coarguisse; Herodis incestum reprehendisse, pellices taxasse? denique anne arundinem imitari est, carcerem sustinere; coepedes, vincula perferre, iudicibus sese sistere, coram carnifice non expalescere, demum supplicia non formidare. Hæc aliaque agentem patientemque arundinem vento agitatam appellandum censebitis?

Ioannes non erat arundo. Arundo impiorum nota.

Non erat, mihi credite, Ioannes arundo sterilis & infæcunda; sed arbor fructum copiosissimum profereus. Arundo multas ob rationes, impiorum symbolum est: primo quod inconstantiam denotet: secundo quod non in terra solida, sed vliginosa, palustri, cœnosaq; semper excreseat; quam peccator, animam rebus terrenis & caducis affigendo, imitatur. Tertio quod exterius quidem aliquam pulchritudinis habere speciem videatur, eo quod teres oblonga, glabra sit & viridis; sed emedullata sit. Peccator ad hunc modum extrinsecus aliquam quidem elegantiam morum, corporisque cultum præfert; sed anima virtutum medulla caret, meritaque nulla continet. At huiusmodi non erat Ioannes: anima enim illius redundabat virtutibus, gratiisq; locuples erat, & corpus vitæ austeritate, gratum Deo sacrificium offerre satagebat. Hinc Christus, in laudibus eius pergens, ait: *Hominem mollibus vestitum*. Vidistisne, inquit, Ioannem in deserto videndo, purpuratum alique auro & gemmis coopertum, bysso & cocco rutilantem? nequaquam. nam in palatijs & laquearibus aureis hæc merces reperuntur, desertum huiusmodi ineptias inaniaq; non educat; & schemata hæc non eremicolas, sed aulae mancipia decent.

*Non est conueniens lucibus ille color.*

Dum vero Ioannem à vestium asperitate & habitus vilitate prædicat, aliorum, eadem opera, luxum superbiamque castigat. Dedit olim vestes Adamo Deus, non ad ornatum, splendorem, aut luxum, sed necessitatem, ut nuditatem suam velaret. Stultum igitur est in eo superbire, quod pudorem potius verecū-

diamque ob protoplastæ præuarcationem Munda- incutere deberet. An non enim ille stolidus ac fatuus dicendus foret, qui ad mortem iam cō- demnatus, in aureo suspēdi vellet patibulo, & byssino gemmatoq; laqueo constringi, & non nisi laute & pretiose mori? Maior etiam mundanorum dementia est, qui ob peccata sua morti inuitabili adiudicati, omnes hæce inanias confectantur, vestem sc. auream & coccineam, quæ patibuli fortasse vices supplebit, & in qua emorientur, collare quoque aureum, torques & monilia, quæ laquei forsitan futura sunt, quibus strangulabuntur.

Sapiens mortalium luxum coarguens, eodem officij sui commonefacit dicens: *In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris*. Nam ut stultum est, domum putridam & fatiscentem, iam iamq; ruituram auro depingere; ita non minus stolidus ille dicendus qui corpus hoc, quod post triduum aut quadriduum in terram descendet, atq; in cineres redigetur, superbis & preciosis vestibus exornat. Hinc apud Dominum in corde gloriatur formosa illa Esther. *Tu scis Domine quod non omniuer signis superbi. Et gloria mea quod est super caput meum in diebus ostentationis meae, et detestor illud quasi pannum menstruat.* Nos vero inde gloriam quarimus, vnde potius confundi deberemus; vestis enim peccatum inuenit: quem obrem qui ob eandem vult insollescere, maleficos imitari videtur, è stigmatibus & cauterio, quod maleficiis sibi suis acquisiuerat, laudem & adorem quærentes, fanatici sunt igitur, & à mente alieni, qui è vestibus gloriam venantur, eque schemate confusionis laudum sibi manipulos colligunt.

Nouerat hoc Ioannes Baptista, nouerat, Ioannes inquam, quantum vestium luxus damnum animæ accerferet; idcirco è cameli pilis contextam zonam induit, vestes penitentiae notas & symbola, assumpsit, atq; ideo à Christo laudari meruit. Propheta etiam, imo plusquam propheta, ab eodem nominatus fuit, quia & verbis & rebus prophetauit, quia ab Angelo prænuntiatus est, quia ab vtero matris prophetare cœpit, qui à prophetis originem ducebat, quia Prophetarum regem ac Dominum in Iordane baptizauerat; tum deniq; quod

Laudatur Ioannes ob vestium duritiam.

Eccl. 11.

Esth. 14.

plusquam Propheta.

quod suis ipse oculis vidisset, quæ alij nõ nisi in spiritu præviderunt. Atque in hoc laudum præconiorumque eius finem faciemus, & simul hanc æquo prolixiorẽ concionem terminabimus.

Peroratio.

Soluimus igitur iam difficilem hanc ac sublimem quæstionem, Auditores, ostendimus, Christum verum Messiam esse, Dei filium, ac mundi redemptorem: curnam igitur hæreticatum opinionum turbine quatimur, cur instar arundinis agitatur, denique cur in fide vacillamus? Cur SS. Trinitati, Iesu Christo Ioanni Baptistæ ac cæteris Prophetis non credimus? aut si credimus, cur quæ facienda præceperunt non facimus? quid ita torpescimus, desides & inertes sumus? quid tepescimus? quid ita in horas mutamur? Verum si Deum vestrum hoc Natali proximo recipere cupiatis, constantes estote, nolite instar arundinis ad omnem ventum moueri; pretiosis vestibus nolite insollescere; delicias & voluptates spernite. Vobis ipsis propheta estote, animæque vestræ aduentum Domini ad iudicium denuntiate.

Mittite, inquam, si peccati vinculis grannati estis, ad Christum duos discipulos, intellectum & voluntatem, & orate, vt surditatem, cæcitate, aliosq; defectus, quos peccatum inuexit, auferat, & omnes mortales euangelizetur. Sensus, inquam, vestros, cogitationes, voluntates, & opera, è mundo hoc ex inuia hac solitudine, ad Regem gloria, regem inuisibilem & immortalem destinate; & è mundi huius cavernis, & vitæ carceribus ad cælum, vbi Christus est in gloria Dei patris, in quo omnes spes nostra terminatur, desideria legate.

Quamobrem miserere nostri mundi Redemptor Christe, Messia ab omnibus expectate, misericordiæ fons & origo, afflictorum solamen, reorum asylum, miserorum refugium, nosque in gremium benignitatis tuæ excipe. Mundus hic, cheu tyrannorum more in nos sæuit, & Herodes est nobis; caro autem, noua quædam Herodias: ambo nos persequuntur, captiuos detinent, instar mancipiorum nos habent, salutis nos nostræ amittendæ periculum adire cogunt.

*Tom. I. Pars Hyemalis.*

Tu autem defende nos Domine, rerum nostratum patrociniũ suscipe; tu inquam qui tot edis miracula, cæcis visum, surdis auditum, paralyticis membrorum usum, mortuis vitam restituis. Dona, inquam, vitam tot miseris peccatoribus, lumen mentis tot rudibus & in ignorantie tenebris veſantibus, auditum tot peruiacacibus & surdis, qui nullum cõsultorem admonitorẽ que cupiunt admittere, tot etiã per errorum denia vagantes in rectam semitam reduci, eque siluescente hæreseon via, ad veritatis tramitem compelle. Hæc scilicet Messia venturi signa sunt & characteres, ac certissima vitæ æternæ obtinendæ media, ad quam perducere nos dignetur mirabiliũ horum opifex Deus, Amen.

DOMINICA TERTIA  
ADVENTVS.

Partes.

1. *Cognitionem sui esse quam maxime necessariam.*
2. *De legatorum & mittentium ignorantia affectata.*
3. *De ignorantia Magistratus noxia Reipubl. ac de vitis mundi.*
4. *De voce clamantis.*
5. *De modestia Baptistæ.*
6. *De amore solitudinis, & carnis mortificatione.*

*Miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Lenitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? &c. Ioan. I.*

FIGURA.

DE vs, cum, immorigero Saule reiecto, <sup>1 Reg. 16.</sup> nouum Israhel regem dare constituisset, Dauidemque pastorem ad id selegisset, Samuelem in Bethleem ad Isai legauit, vt ex filiis eius vnum in regem vngeret. Prophe-ta igitur cum in Bethleem venisset, & Eliab filiorum natu maximum, proceræ stature virum, generosum, cordatum, regnoque digna præditum forma vidisset, hunc a Domi-

F 40 sec.

no sceptro destinatum putabat, ac parum abfuit, quin eum in regem Israel vgeret. Sed diuinitus mox inspiratus, longe alium à Domino prædestinatum cognouit, Dauidem scilicet, qui patris sui gregem in agris custodiebat. Simile quid in hodierno Evangelio aduertere videor: idem enim Deus, regno Israel iam extincto, cum nouum in Iudæam regem mittere, in Messia habitu, decreuisset, quod ab omni æternitate in Iesum Christum filium destinaret, synagogæ, prophetarum, matri illius denominationem commisit; quæ hodie Zachariæ domum vel Iudaici populi, si vultis ingressâ, è qua Messiam hunc & regem nasciturum sciebat, in Ioannem Baptistam oculos coniecit, omnium sanctorum natu primum, prophetarum maximum, virum etiam angelicæ puritatis, cœlitus eruditum, zelo verbi Dei accensum, virtutibus decoratū, vitæq; admirabili: quin & legatos eius cognoscendi ergo destinauit. Putat enim hunc, & non alium, Messiam in lege promissam esse, & hoc eum nomine suspicit & veneratur: sed Deus errare eam demonstrat, cum nō Ioanni, sed Christo, Dei filio, qualitates has attribui debere, atque hunc, & non Ioannem, ut regem colendum & Messiam adorandum esse ostendit. Præfenti hoc latius concione deducendum est, dum Spiritum nobis paraclitū auxilio, Dei param sua apud filium intercessione ad futuram confido: quam ideo omnes angelica salutatione affabimur: *Aue Maria.*

I.  
*Phil. in a-  
popheteg.*

Lacedæmoniorum rex Paulanias, cum Simonidem philosophum rogasset, ut sibi dignum aliquod dogma, quod semper præ oculis haberet, traderet, ait vir sapiens: Hominem te esse memento, Domine rex. Innuere volebat nullum esse dogma subtilius, nullumq; sublimius, aut homini ad salutem magis necessarium, quàm exactam sui ipsius cognitionem. Hoc cum probe perspectum haberet Hippus Macedo, sciretq; quatum assidua huius rei recordatio utilitatis, ac præsertim Principibus & regibus afferret; quotidie sibi ab aliquo mortis memoriâ reficari volebat, & miseræ conditionis sui admoneri. Mane siquidem thalamum puer ingressus dicebat: Mortem ob oculos habet, rex amplissime,

fragilitatis & originalis vilitatis tuæ noli obliuisci, & imprimis memento hominem & mortalem te esse. Eliphaz quoque Themanites, vnus ex amicis Iob, cum aliquod aduersus grauisimum hominum morbum, id est, peccatum, antidotum quaereret, tandem ait: *Visitans speciem tuam non peccabis.* Significare volens, sui ipsius cognitionem, & diligentem naturæ propriæ discussionem, præsentissimum aduersus omnia peccatorum genera antipharicum esse, nihilq; homini vtilius, quam si interdum esse suum examinet, naturam & originem ad trutinam vocet, dari posse. Quod ethnici ipsi etiam non ignorarunt, cum tanti semper Chilonis hanc gnominam fecerint, quam & oraculi loco duxere: *Nosce te ipsum.* & Poeta quidem paraphrasticè exposuit dicens:

*Noscere se Chilon Spartanus quemq; iubebat.*

Apud ipsos etiam barbaros, imo & Turcas, sui ipsius cognitio magni fieri consuevit. Solenne quippe est Torlacis, qui instar Religiosorum apud eos habentur, quotiescunq; per plateas incedunt, ingentia speculamanibus gestare, & obuios quosq; hortari, se ut in ipsis intueantur, ut visa in speculo, fragili corporis imagine, fragilis & vilis conditionis suæ recordentur. Plurimi quoq; eam fecit Religiosus Bern. ut diceret: *Præstat scire in meditatione ipsum, quam si te neglecto, siderum cursus, vim herbarum, & omnium cœlestium & terrenorum naturas tenueris.* Estque profecto non exiguum stultitiæ humanæ argumentum, cœlestes influxus, & terræ naturam intelligere, seipsum vero ignorare.

Ante Bernardum Clemens Alexand. sui ipsius cognitio nescientiarum omnium magistram, omniumq; disciplinarum esse pulcherrimam ac præcipuam dicere non erubuit. Et bene quidem: nam si iuxta Aristotelem, scientiæ dignitas petatur ab obiecto; adeo ut si ipsum nobile vel ignobile sit, ipsa quoq; sublimis vel mechanica sit: homo profecto cum omnium subiectorum primum ac præcipuum sit, imo totus regius, ipsa quæ sui habet cognitionem, omnium cognitionum prima est, & principè inter omnes locum obtinet. Hinc non errasse mihi visi sunt veteres, cum sui ipsius exprimere volentes quantum sui ipsius cognitio

Turca seip-  
stos studet  
noscere.

*In medita-  
tionib.*

*Lib. 3. pag.  
dag.*

tia noxia est.

tio emolumentis, & ignorantia e contra detrimenti afferret, sphragis eam specie depinxere; qua nullum tetrius ac monstrosius monstrum natura protulit; quippe quod iuxta Aufonium

*Volucris p. nris. pedibus fera. fronte puella.*  
quam picturam Alciatus egregio emblemate complexus est:

Embl. 187.

*Quod monstrum id? sphynx est, cur candida Virginis ora.*

*Et volucrum pennas, crura leonis habet?*

*Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda voluptas,*

*Sunt ES quos faciunt corda superbarudes.*  
quod ipsum hoc tandem concludit epiphonemate:

*Primaq; prudentia laurea, nosse virum:*  
Cordati scilicet atque generosi viri esse se ipsum cognoscere.

Cant. 1.

Suggestit hoc ipsum sponsa sua dilectus ille in Canticis, vtque se agnosceret auctor fuit: *Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres; egredere, & abi.* quod duplici modo intelligi potest: primo in bonam partem, perinde ac si dixisset: Pulchra es amica mea, atque omnium mulierum decus & ornamentum, verum ad perfectionem & decoris tui complementum, voluptatisque meae absolutionem, velim te, visus auditusq; dotibus tuis, non offerri, aut factum aliquem induere, sed humili tui ipsius cognitione profundam humilitatem praeter te ferre; quam si nodum consecuta es, mundo paulisper egredere, hominum confortia evita, ac procul a te, imo iuxta te, sublimem hanc Philosophiam inquire. Secundo, in partem deteriorem, quasi contemnentis reiticiensq; sit oratio; perinde ac si dixisset: Etiam si Helenam ac nymphas pulchritudine antecederes, te ipsam tamen nequeas agnoscere, amare te, aut singulari affectu prosequi haud possum; quamobrem protripe te procul hinc & abi, indigna quae a me ameris. Atque hinc vobiscum dispicite quam animae noxia sit sui ipsius ignorantia.

Isai. 3.

Inter cetera quae in Ierosolymorum excidio ablatum se comminatur apud Prophetam Dominus, erant & specula: *In die illa; inquit, auferet Dominus ornamentum calcamentorum, & lunulas, & torques, & moni-*

*lia, & armillas, & annulos, & gemmas in fronte pendentes, & specula, & sindones, &c.* Speculum porro cognitionis sui insigne est; quod dum se Dominus ablatum comminatur, quid intendit aliud, quam grauissima se in peccatores castigatione animaduersurum, ablatum scilicet media quibus seipsum agnoscant, atq; ita ferarum ritu eosdem victuros?

E contra inter cetera Tabernaculi ornamenta, voluit Deus labrum & anteriore altaris parre e speculis mulierum concinnari. Quod profecto mysterio non vacat, vt scilicet sacerdotes cum ad immolandum accederent in speculis seipsum intuentes, intrinsecum quoque animae statum considerarent, itaque sui ipsorum notitiae assuescerent.

Et quoniam speculorum mentionem fecimus, cur putatis Sapientiam aeternam, speculo porissimum comparari voluisse: *Candor est enim lucis aeterna, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius.* Vt nos nimirum edoceret, vnam & veram sapientiam esse sui ipsius cognitionem, & ex Euangelio hodierno asseri potest, in quo legim<sup>9</sup> a synagoga ad Ioannem legatos missos, qui interrogarent eum, *Tu quis es?* Quod hodie expositurus, primo legationem describam, ac deinde quid Ioannes responderit, aperiam.

Principio igitur eam oculos in hanc legationem conijcio, firmiter mecum statuo, nullam me vnquam vidisse vel audiuisse, q cum haec excutione dignitate vel auctoritate comparari queat. Primo enim, qui legati sunt, sacerdotes sunt & Levitae, cultui diuino mancipati quos omnis Iudaea reueretur & colebat. Locus e quo legantur, ipsa Ierosolyma est, totius Iudaeae caput & princeps, in qua & summi Pontifices sedem, & reges solium fixerant, in qua templum & locus sacrificij, in qua denique Conciliu septuaginta Iudicum, q Sanedrin appellabant, statilium erat: Legantes ipsi Iudaei sunt, a tribu Iuda originem & nomen ducentes: quin & Iudaeorum principes, ad quos praecipue huiusce rei disquisitio spectabat, eo quod ex stirpe Iuda Messias nasciturus esset. Legationis causa & caput hoc est, scire volebant, num Ioannes Messias esset, filius Dei, deniq; mundi redemptor.

Cur sacer-  
dotes missi  
sint, & non  
scribae, &  
legis Do-  
ctores?

Gen. 49.  
Dan. 9.

Ioan. 1.

Cur Iudaei  
crediderunt  
Ioannem  
Christum  
esse & Mes-  
siam.

1.

2.

3.

Luce. 1.

3.

Matth. 11.

4.

Miserunt itaque sacerdotes & Levitas, non autem Scribas & Rabinos, eo quod Ioannes scederet, filius scilicet summi sacerdotis Zachariae. Ideo sacerdotes mittant, veluti sanguine & cognatione coniunctos; Religiosos & sacrificios, quia legatio haec religionem & sacrificia respiciebat, ut quae de promissorum diuinorum adimplerone, de oraculorum veritate, ac de summi illius sacerdotis in mundum aduentu ageret. Ierosolymis quoque venerunt, quod in illa ciuitate & lex & religionis cultus potissimum vigeret, Messias quoque expectaretur, & tempus aduentus eius iam instare certum esset: defecerat siquidem iam sceptrum de Iuda, ut Genesi praedicitur, & dux de femore eius: hebdomades quoque Danielis iam completae erant; omnia denique oracula, mysterium hoc inuentia, iam finem acceperant. Audiamus quid dicant: *Tu quis es: E. ius es? propheta es tu?*

Non deerant autem rationes, eaque praegnant, quibus Iudaei impulsu, crederent Ioannem Messiam esse. Ipsi imprimis natiuitas, quae variis insignita fuerat miraculis: ut esse & Messiam, qui e matre sterili & decrepita, & patre senile nulloque liberos expectate natus esset; cuius in conceptione pater murus effectus, in circumcissione loquelam recuperauit: quae omnia praeter communem nascendi consuetudinem acciderunt. Deinde nomen, quod gerebat, ne nunc penitus, & quale nemo in cognatione eius haecenus gesserat. Denique omnia in eo ita eminebant & singularia erant, ut omnes, visis tot prodigijs admirantes, ac velut horoscopus illius intui dicerent: *Quis putas puer iste erit?*

Tertio, vitae illius ratio: nam ab ipsis enabulis, & iam inde a quinto aetatis anno vitam plane duxerat admirabilem, tanta in deserto austeritate viuens, quanta ante eum nemo, ac nouo habitus genere vestitus. Esca eius erat locusta & mel siluestre: vestis ex uide ac pellis cameli: lectus, antra & caeuina: cuiusque deliciae, singultus & lachryma: ut de ipso scriptum sit: *neque manducans, neque bibens.* Quarto, ipsius baptizandi ratio: ad ripas enim Iordanis obuios baptizabat, quod nullus ante eum Prophetarum, ac ne Moses

quidem facere ausus fuerat. Quin & e sacra Scriptura, Prophetarumque oraculis discere poterant, Messiae tempore Baptismum aquae in usu futurum: dixerat siquidem Ezechiel: *Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.*

Quin & a parte Christi multa reperire erat, quibus Iudaei induci possent, quo minus eum ut Messiam suscipere, & Ioanni potius tantam dignitatem attribuerent. Primo, putabant eum Galilaeum, & in Nazareth natum: nam nesciebant eum in Bethleem Iudaeum esse. Quin & dum ad mortem condemnarent, Nazarethum putauerunt: in titulo namque cruci superposito scriptum erat: *Iesus Nazarenus.* Ipse quoque doctor legis Nathanael, cum eum Messiam esse cognouisset, statim subinulit admirandus: *A Nazareth aliquid boni esse potest? quin & Ioannis septimo dixisse scribuntur Iudaei: Scribare scripturas, & vido quia a Galilaea Propheta non surrit.* Secundo, omnes eum ut indoctum, rudem, mechanicum, abiectumque habebant, ideoque ad inuicem dixere: *Nomine hic est factus filius? Ioannem vero Baptistam honesto loco natum, sacerdotali stirpe progenitum sciebant.* Tertio, Christi agendi ratio a ceterorum hominum ratione non differbat, qui nimirum cum peccatoribus & biberet & manducaret, & familiariter se omnibus exhiberet, quippe qui nullum adhuc apud homines nomen acquisierat, neue ulla miracula ediderat. Quarto, ipsius conceptio & natiuitas a ceterorum natiuitate & ortu nihil omnino differre videbantur, nullaque continere singularia, nec Messiae dignitati respondere. Videte igitur, quantum in iudicando mendus fallatur, quantum in iudicijs caecitiat, aut potius quanta illius peruersitas sit: sed ad lineam: *Tu quis es?*

O stupor & crassa ignorantia! quis legit usquam aut vnquam, Messiam Ioannis nomine appellandum, an non in Isaia legimus: *Nomen eiusmanuel.* Vbi nam didicistis, matrem eius fore vetulam ac decrepitam? nonne apud eundem Prophetam legere est: *Ecco virgo concipiet & pariet filium.* Vndenam colligunt, Ierosolymis eum nasci debere? an non in Michaa proditum est: *Et in Bethle-*

non  
Ezech. 36.  
Cur Iudaei  
Christum  
negant  
Messiam  
esse.  
1.  
Matth. 27.  
Ioan. 1.  
Ioan. 7.  
2.  
Matth. 13.  
3.  
Ioan. 1.  
Ingens Iu-  
daeorum  
stupiditas.  
Isai. 7. Ibid.  
Mich. 5.  
hem

hem non es minima in principibus Iuda. Quis docuit eos, e sacerdotali cum stemmate descendere debere? nulquam hoc credo reperient: at potius pluribus e locis: & praesertim quadragesimo nono Geneleos capite, manifestum fieri potest, e tribu Iuda eu nasciturum, Ioannes deniq; nulla edidit miracula, Messia vero plurima patratum Scripturae loquuntur: *unc aperientur oculi caecorum.* &c. Magnus igitur horu stupor fuit & hebetudo.

Isai. 35.

III. Ignorantia in admini- stratoribus. Sap. 6.

Hic colligere vos velim, qui ad Reipublicae gubernacula se detis, & penes quos est regimen prouinciarum, quam noxia sit & damnosa ignorantia du in vobis reperitur, qui aliorum debetis saluti inuigilare, qualis in doctoribus & legisperitis ciuitatis Ierosolymitanae apparuit, dum populo persuadere conantur, Ioannem Messiam esse. quod tamen impium est, & multos secum trahens errores; hinc in Sacris literis Spiritus sanctus loquitur: *Dilige lumen sapientiae omnes qui praesitis populis.* Innuere volens, cum, qui aliis praest, & Reipub. curam habet, scientia & doctrina excellere praeter ceteris oportere.

Platolib. de rep.

Ideirco Princeps ingenii ac doctrinae Platonum demum beatas fore respiciebat, dum qui eas regerent Philosophiae incumbere, aut qui eidem incumbunt, earum gubernaculo admouerentur. Et profecto vt summa rerum publicarum felicitas ac beatitudo est, dum a viris sapientibus & rerum cognitione pollentibus reguntur: ita summa earum pernicietas & exitium, dum imperiti, stupidi & bardi ad earum sedent gubernacula: Rectorum quippe ignorantia vniuersi regni statum euertere, & penitus perturbare potest: quod Psalmographus inuit, dicens: *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terra.* Hyperbolica haec, fateor, locutio est sed quae aperte significet ignorantiam & stuporem rerum publicarum gubernacula tenentium, omnia commouere, ipsa quin etiam terrae fundamenta concutere.

Psal. 81.

Veni mihi hic in mentem praecleari resiossi Diogenis Cynici: hunc cum, Laetio teste, in mortis articulo versaretur, & ad vitae extremae peruenisset, amicus quidam solaturus, obsequiaq; sua oblaturus, inuifit. Persecta

animi beneuolentia Diogenes, rogauit, vt eo quo viuum dilexerat, & mortuum affectu prosequeretur, cadauer scilicet terrae mandaret, suiq; vita functi curam gereret, & imprimis, vt contra communem sepeliendi ritum, primum sepeliret. Quod cum amicus ille admiraretur, Diogenemque insanire putaret, rationem cur secus ac ceteri mortales sepeliri vellet petijt: cum alii supini facie ad caelos conuersa sepeliantur, oculis nimirum eo post mortem directis, quo viuentes spem animumq; direxerant. Diogenes constare sibi sensus & ingenium demonstrans, ait insanire putas solennia me teras: nam maturo adhuc iudicio & sensibus sibi constantibus tecum ago. Hoc autem modo sepeliri cupio, quod sciam miseram Athenensium temp. atq; adeo vniuersam Graeciam, a bardi & stupidis, suoq; indignis officio, administrari: vnde futurum auguror orania propediem pessum itura, rerumque publicatarum sursum, deorsum euerendum. Atq; vt nauis dum naufragium patitur, inuertitur, fundusq; & carina sursum caelum respiciunt, malo & velis mari immerfis: ita quoq; dum misera haec patriae nostrae euersio contingeret, miserum hocce corpulculum tumulo inclusum, sursum deorsum verteretur, ac tunc oculi, quos penes modo sepeliri volo, supini erunt, & facie superos versus conuersa, euidenter apparebit, ceterorum me hominum more sepultum fuisse. Dignum Diogene factum, ac Scripturae sacrae vique quaq; respondens: *Mouebuntur fundamenta a terra: quin & egregium documentum, quo manifestum fiat, quantum ignorantia mali soleat afferre.*

Psal. 81.

Populum suum castigare volens Deus, caecos se Prophetas & Principes missurum ait: *Quoniam nesciuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, propterea prin ipes vestros, qui vident visiones, operiet.* Caecitate autem, oculisq; destitutum esse, an non euidentis ignorantiae symbolum est: cum vero Dominus Prophetis se & Principibus oculos clausurum cominatur, insinuat ciuitatibus & regnis, se rectores, qui eorum oculi & lumina sunt, ignorantes, qui que nulla rerum cognitione praediti sunt daturum, quo nihil orbi euenire potest funestus ac calamitosus.

Isai. 29.

Exod. 10.

Vna ē præcipuis Ægypti plagis fuit caligo, & tenebrarum illa densitas, qua fiebat, vt vnus alterum cognoscere non posset. Tenebræ autem, ignorantia hieroglyphicum sunt; nulla autem maior aut deterior regno calamitas potest accidere, quam cæcutientes, inq; tenebris. quoad rerum cognitionem palpantes reges & præfectos nancisci: præsertim cum tantus illorum stupor est, vt nec seipfos nec alios ad reip. statum regendum, regnumq; administrandum queant cognoscere. In hac ignorantia versati sunt Iudæorum principes & magistratus, dum populo suadere conantur, creaturam, creatoris: præcursores, Messia functionem & nomen accepisse: atque ideo Sacerdotes ad eum hodie delegant qui petant: *Tu quis es?*

Ioan. 1.

Omnes cupiunt alios non vero seipfos cognoscere.

Graphice hic impiorum ac scelestorum ingenium descriptum video, qui seipfos conditionemque suam obliti, nunquam dicunt: *Quis sum ego?* sed aliorum vitam curiosius indagantes, interrogant, quotidie, *Tu quis es?* Deplorandum præfecto, tantam hominum animis cæcitatem insidere, vt, dum aliorum vitia tam acute peruideant, in propriis defectibus perspicendis talpa cæciores sint: vt in vicini vitam curiosius inquirant, propriam vero penitus negligant. Et vt oculus, nature ille explorator, omnem in partem circumspiciens, omniaq; explorans, seipsum intueri & explorare non potest: ita impij omnia speculantes rimantesque omnia quidem proximorum acta inquirunt & discutiunt, quid vero in domo propria agatur, cernere nequeunt aut nolunt.

Insignis cōparatio.

Et vt qui amplam ac bene instructā, optimoq; sitam loco domum habet, raro in publicum aut foras prodit, quod quidquid alibi videret, domi habeat suæ: qui vero deformes aut angustas ædes incolit, sæpius in forum & compita egreditur, alienasq; ædes audit, quod domi suæ nihil ad gustum sit, omniaq; tædium ac nauseam pariant. Ad eundem modum quicumque conscientiam, domus instar bene ornata & varia virtutum suppellectile instructam habet, in eadem requiem inueniet, raro egreditur, aliorum vitam discussurus: at impius & peccator, cui conscientia loco carceris & eculei est, au-

gustias has pertæsus, foras prorumpit, proximorumque perhabacula officiaque obambulare gestit.

Esse tradit Plutarch. Lamias, quæ domi suæ nihil omnino videre queant, & sua habitacula ingredientibus oculos seponant, resistentes dum in publicum prodeunt. Hoc quidem fabulosum est: hinc tamen moralè hinc elicere sensum possumus: reperiri nimirum homines, qui seipfos inspecturi, oculos quodammodo exuant, inque anima propria nihil omnino cernunt: sed foras prodeuntes, eosdem resumant, inque aliorum vitijs conspiciendis acutus videant, quam aut aquila aut serpens Epidaurius. Exemplo sunt Iudæi, qui in propriis rebus cæcutientes, mores, agendi rationem, vitamq; alterius inquirere gestiunt, dicentes: *Tu quis es?*

Ioan. 1.

Superba præfecto & peregrina interrogandi ratio: sed mundo tamen familiaris: qui nimirum in nomina potius, titulos & qualitates, quam virtutes meritaque inquirat: potius, maiorum imagines & stemmata, auorumque facinora heroica, quam virtutum bonorumque operum testimonia examinet. Peruersam hanc consuetudinem perspectam habebat Moses, cum à Deo ad populi liberationem missus, statim ait: *Si dixero mihi, quod est nomen eius? quid dicam eis?*

Mundus, in

titulos po-

tius quam

merita in-

quirit.

Nomen solum interrogat Moses, virtutes potentiaq; opera ne nominat quidem: sciebat enim Iſtaëlitas nomen, quam virtutum studiosiores esse.

Exod. 3.

Hinc etiam optimates Saul, vanitati huic assueti, cum Dauidis adolescentis animositate ac robur vidissent, dixere: *De qua stirpe est hic adolescens?* anne nobili natus familia? An non nisi inuidia stimulis concitati hoc petebant: omnibus quippe jam notus erat Dauid, vt pote qui in Saulis palatio multo iam tempore egerat: at magis eum virtus ac fortitudo: præsertim Goliathæ cædes, leonis & vrsi prostratio, quam domestica nobilitas, imaginesque maiorum commendabat. Pluris tamen hæc quam illa aulici faciebant.

1. Reg. 12.

Hinc etiam factum est, vt Pharaon non mediocriter, viso patre & fratribus Iosephi, gauisus fuerit. Ægyptii enim, teste Lirano, non æquo

æquo animo Iosephum ferebant, quippe quem ã seruitute & carceribus ad regiam propemodum dignitatem euectum cernebant: ideoq; imperio illius parere, iussiq; obsequi detrectabant, hominis nimirum noui, peregrini & obscuro loco nati. At mox vt patrem illius ac fratres in Ægypto videre, vnde eum ã magnis Patriarchis, Principibus terræ Chanaan originem ducere conuiciebant, libentissime ei obsecuti sunt: ipse quoque Pharaon ingentem animo lætitiã concepit. Eadem hodie inuidia flagrant Iudæi: Christi enim paupertatem humilitatemque perspicientes, Messia cum nomine indignũ putant, Ioanni prodromo id ipsum potius attribuentes, quem illustri familia prognatum, nobilibusq; ortum parentibus notant: ideoq; petunt: *Tu quis es?*

Perinde ac si dicere voluissent: Quis es tu, qui à tanto iam tempore penitentiam in deserto agis? qui super nuda, fessa & exhausta membra reclinas? qui non nisi suspirando loqueris? qui non nisi cum bestiis agis, & herbis siluestribus victitas? supra communem rerum ordinem oportet, nec vox solum hominem sonat: quam obrem necesse est, te vel Christum, vel Eliam, aut vnum ã veteribus Prophetis esse. Israëlitæ cum manna coelos emisisse cernebant, admirantes dixerunt: *Manna? quid hoc est?* quis simile vidit vnumquam? Idem omnino Iudæi, viso Ioanne in deserto Palaestina, dicere satagunt: *Tu quis es?* Monstrum ac portentum es sanctitatis, Iudææ nostræ gloria, hominum stupor, ac totius mundi miraculum, adeo vt Messia nomine dignus censereas: *Tu quis es?*

**Ioan. 1.**  
**Iudæi Ioannis sanctitatem admirantur.**  
**Exod. 16.**  
**Ioan. 1.**  
**Adulatio & detractio male bellæ**  
Interrogatus olim Diogenes, quamnam inter omnes belluas viderentur esse crudelissimæ: respondit, adultores & detractores: hos ipsos autem hodie ad Prophetam nostrum video accedere, cumque inuadere, adulatio quippe Messia dignitatem illi offert, cum omnibus qui eandem sequebantur titulis: quam cum ille totis à se viribus repulisset, alia longe ferocior & crudelior eundem aggreditur, Pharisaorum scilicet murmuratio & maledicentia, dicentium: *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neq; Propheta?* Nouus profecto Daniel

Ioanes est in mediũ ferarũ & animalium coiectus, audite vt rugiat, & fremat? *Tu quis es?*

Notate hic imposturam & fucum Rabinorum ac synagogæ principum, qui Dei filii ac Messia honorem fingunt, in Zachariæ filium congerunt. Ad imitationem seil. mundi huius, qui multa quidẽ promittit (quamuis à parte rei nihil subsit,) nihil autem largiri potest, quod non aliis prius eripiat, ac vi quodammodo per nefas extorqueat: in quo Samsonem imitatur, qui triginta sociis vestes pollicitus, easque exsoluere non valens, hoc artificio & technis vsus est, triginta nimirum Philisthæos obruncans, eos vestibus spoliavit, quas deinde sociis ænigma soluentibus, tradidit: ita & mundus: hos enim denudat, vt illos vestiat, diuites exspolians, pauperes sublimat & locupletat, honoremque aliis eripiens, aliis plena manu offert. In hunc modum Pharisaei honorem Christo debitum Ioanni deferunt, & aiunt: *Tu quis es?*

Mundus fallax est.

Iud. 14.

Ampla mysteriorum his in verbis seges delitescit. Apparet namq; in primis pontificum & sacerdotum inuidia, dum ægre ferunt Ioanni Christum prelatum, maioreque honore affici. Secundo ipsa ambitio & honorum sitis, qua Iudæi grauer laborantes, indignum existimant, Christum, exterius vilem & abiectum, Messia honore & dignitate ab omnibus coli, & vt Deum suspici. Tertio, populi huius infania, qui non nisi nouitates consecetur, omnemque varietatem ac mutationem diligit: nolunt Christum vt Messiam agnoscere, quod in verbis blandus & benignus esset, inq; vitæ ratione temperatus: at Ioannem vt talem agnoscerent, qui in desertis clamabat, vitamque rigidam ducebat. Vulgus igitur inconstans ac mobile est, omniq; vento circummagatur.

Ioan. 1.

Infinita hic mysteria latent.

1.

2.

3.

*Tu quis es?* Hic cursum siltite q rebus spiritalibus incumbitis: hæc quaeso, contemplando accuratius disquirite: dispicite, inquam, quanti Ioannem Christus fecerit, cum tam validis eum tentationũ ictibus exponat, dum vt Messias à Iudæis haberetur, quæ etiam Deum esse oportebat. Notate quin etiam versutiam Satanæ & astum, vt nimirum personas digniores semper aggrediatur & oppugnet.

Ioan. 1.

Ioan. 1.  
Dan. 14.  
Ioan. 1.



Gen. 3.  
Matth. 4.  
Ioan. 5.

pugnet. An non Adamum quoad diuinitatem tentauit, dicens: *Eritis sicut dii*? Christo omnia mundi regna in deserto monstrauit? & hodie Ioannes Messia dignitate, vt superbiat, efficere conatur: *Tu quis es?*

Cum Israelitæ à Propheta Samuele regem postulassent, qui eos in pace regeret, ac bellum multibus tueretur, & qui pugnantem duceret ac præcederet: tandem voluntati eorum morem gerens, Saulem capite & teruicibus altis inter omnes prominētem, eis in regem vnxit, qui licet forma digna imperio esset & cōspiciuus, fuere tamen filij Belial, detractores & maledici qui conspiratione inira inter se dixerunt: *Nū saluare nos p. teru ipe?* & despexere eum velut vnum de tritiuo, ac regia dignitate indignum, atq; alium, si quidem potuissent, in regem adoprassent. Id ipsum hodie in Euangelio nostro contingere video. Is ipse namq; populus sapius a Deo, (cuius Samuel figura erat) regē postulauit, & per Prophetas enixissime regem illum desideratum cunctis gētibus, Christum, inquam, ac Messiam exoptauit: quem temporaliter regnum adire, ac populo præesse, eumq; ab omnibus gentibus defendere debere sperabant, quod tamen spiritualiter abunde præstitit. Plures siquidem Prophetæ hunc à Deo regem contenderunt, vt in primis Moses, *Domine, mitte quem missurus es*: & post illum Iliias: *Mitte agnum Domine Dominatorem terra*: & Dauid quoque non minus, *Domine inclina caelos & descende*: aliique innumeri auctoritate & sanctitate conspicui. Quorum omnium precibus ac votis Deus annuens, regem quem tantopere desiderabant, illis destinauit Iesum Christum: qui in mundi huius medio constitutus, non secus ac Saul, eminebat, caput super omnes omnino homines effrens, atq; vniuersos dignitate transcendens. Nam et si in quantum homo, à cæteris mortalium non differret (licet à peccato penitus liber foret & immunis) tamen in quantum Deus, omnes superabat, & cæteris eminebat sublimior. Quo alludeas in epistola Apost. ait: *aput autem Christi Deus*. Quod autem Sauli in regem electo accidit, id ipsum & Christo contingere hodie videmus: filij enim Belial, impij ac maleuoli eum despici-

1. Reg. 10.

Exod. 10.  
Isai. 1.  
Psal. 143.

1. Cor. II.

unt ac vilipendunt, fabri filium nuncupantes, qui in principe dæmoniorum eiciat dæmonia, quique eos regere ac defendere à periculis nequeat. Ideo eum vt caput & principem agnoscere nolentes, Ioannem Baptistam ad eum, eumq; vtrum regnum capessere velit interrogant, illiusque sententiam emungere conati sunt, *Tu quis es?* Hæc scilicet summa ac medulla legationis huius est: jam vero videndum restat, quid legatis Ioannis responderit.

Cum sacerdotes hi ac Leuitæ, à synagoga principibus destinati, legationem ac cætera quæ in mandatis habebant exposuissent: his Ioannes verbis respondit: *Quisnam ipse sim neminem vestrum latere exitimo: qua domo natus, qua stirpe progenitus omnes nouistis: Zacharias mihi pater est, mater autem Elisabeth, qui in medio vestrum in montanis Iudææ commemorantur, & inter cognationis meæ primos numerantur. Scitis adhuc quo tempore vrbe egressus sim, mundo valedicens, quo in desertum hoc quietis & contemplationis ergo secederem, corpusq; hoc affligerem. atque si hanc me vitæ rationem hæctenus seruasse vidistis, in rupibus concionando, viam cælum versus demonstrando, ac populi delicta corripiendo, Neminem etiam fugit, de tribu Leui me esse, & de progenie Aaron, ad quam summum Pontificium diuino iure spectat; Cur autem hodie me adieritis petiturum, quisnam sim, penitus ignoro: tamen vt libere respondeam, vosque suspensos ab omni dubitatione liberem, dico me nec Messiam, nec Mosem, nec Eliam, nec aliquem è Prophetis esse; at ego vox clamantis in deserto. Perinde ac si dicere voluisset: Scire à me vultis, vtrum ille Elias sim, de quo in antiquis Regum annalibus: aut magnus ille Prophetes, cuius meminit liber Deuteron. sapius quippe in sacris literis, vtrumq; hunc ante finem sæculorum in mundum venturum legistis. at non cogitatis, alium adhuc in iisdem literis promitti, idque circa tempora aduentus Messia: de hoc locutus est Iliias, cum ait: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini*: de me autem ibi Prophetæ, & non de alio, locutus est.*

Est forsitan vox illa, cuius Psaltes memin-

IV.

Ioan. 1.

Ioannis

responsum

Ioan. 1.

3. Reg. 17.

18. 19.

Deut. 18.

Isai. 40.

nit,

*Psalms. 28.* nit, *Vox Domini super aquas multas*: eo quod Ioannes nō procul à Iordanis ripa concionaretur, magna que flumina eius prædicationibus affluerent, *Vox illa in virtute & magnificentia*, quæ per desertum roborat, milites sono suo percellit, & Herodi metum incutit: *Vox preparans coruos*, peccatores ad vitam melioris semitam reuocat: *Et reuelat eum cordensa*, qui nimirum filium Dei, sub humanitatis nostræ tegmine latitantem, digito monstrauit suo dicens: *Ecce agnus Dei.*

*Ioann. 1.*  
*Aristot. lib. de interpret.*

Ad hanc vocem sistite cursum Philosophi, vestraq; huc proferte axiomata, & videte, num iuxta scriptum vestrum, *Voces sunt signa conceptuum*, Christus cum verbum sit, ac Patris æterni imago & conceptus, Ioannes vere se vocem appellare queat, cum signum sit missus, vt Christum mundo annuntiatet ac designaret. At signum est, quod non nisi vox est, & vox quæ non nisi signum: significans namq; loquitur, & loquens significat, vt que significet & loquatur, exclamat: atq; vt vox conceptuum interpres est, voluntatis index, intentionisque nostræ designatrix, ita Ioannes omnium diuinorum conceptuum voluntatumq; interpres erat, atque hoc vt demonstraret aperte testatur: *Ego vox clamantis in deserto.*

*Vox mentis interpret.*

*Ioann. 1.*

*Matth. 16.*

*Matth. 26.*  
*Ioannis*  
*vox nunq̄*  
*passa rau-*  
*cedinem.*

*Ego vox clamantis in deserto.*  
Vox penitus admirabilis, & cui similis nulla vnquam exstitit: nam si illa Petri vox diuina & instar oraculi habita fuit, dum ait: *Tu es Christus filius Dei viui*: præ raucedine tamen defecit, quando Dominum suum in amara passionis nocte ter negauit: *Non noui hominem.* At Ioannes semper vox est, nec vnquam clamare desit, aut raucedinem passus est: quam & Herodes, licet gladio resectam, audire sibi tamen visus est, dum ait: *Quem ego decollavi Ioannem, ipse surrexit à mortuis, & virtutes operantur in eo.* Vox, inquam, quæ vitæ per omnia respondebat, si enim vox in deserto clamabat, vita quoq; in deserto erat, inque deserto penitentiam agebat: & vtrumque verbis illis continetur: *Vox clamantis in deserto.*

*Marc. 6.*

*Isai. 40.*

*Isai. 56.*

Vox quæ præ metu non conticescit, quæ minas non metuit, supplicii non tenetur: inquam, de qua nunquam dici poterit, quod de peruersis rectoribus ait Isaias: *Cantus minus*

*Tom. 1. Pars Hyemalis.*

*ti, non salentes latrare* Væ autem vobis canes perfidi, imo canum nomine indigni, qui ob frustum panis, furi aditum datis, omniaque diripi sinitis. Væ tibi infelix Concionator, qui sub specie boni, & spe lucelli alicuius temporalis, obmutescis, peccantibusq; conuiues, quos castigare è contra deberes & corripere. At horum de numero non est Ioannes, semper vox est, & nunquam clamare desinit, Messia dignitas cum ei offertur, vox est, & clamat: *Non sum ego Christus* Quando in solitudine commoratur, audiamus vt exclamet: *sa ite fructus dignos penitentia.* Cum in carcerem conijcitur, coram regibus clamat: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* O vocem admirabilem & constantem!

*Egyptij, vt sapientem aliquem & cordatum virum exprimerent, hominem manus hieroglyphicis admouentem pingebant: veræ sapientia signum esse doceat, ore proloqui, & manibus operari. verum hoc si quis aostro vnquam Ioanne sapientior exstitit, cuius manus nunquam cessarunt, semper aliquid ad Dei laudem & gloriam operata sunt, vox quoque nunquam clamare desijt: Parate via Domini, penitentiam agite, rectas facite semitas Dei nostri, hodie quoq; in solitudine vociferantem audio: Ego vox clamantis in deserto.*

In Canticis legi: *Collum tuum sicut turris eburnea*, quod Ioani nostro optime quadrat. Colli autem proprium est, verba transmittere, vt vox eadem efferat, capitiq; membra turri eburnea inferiora coniungere. Ioannes autem vere neq; collum fuit, qui verbum æternum & collum mundus. do reuelauit, quique homines, qui membra sunt Ecclesie, Christo qui caput est coniungere studuit. Et quoniam tentationes dæmoniæ collum hoc sibi impetere hodie debebant, permisit Deus, vt ipsum instar turris aduersus omnes inferorum machinas inexpugnabile & inuincibile foret: & quoniam eum Messia honorem sitire in primis oportebat, sponsiq; Ecclesie gloriam promouere, turri eburneæ comparatur, idq; non sine mysterio. Eburnim elephantis dens est, qui inter omnia animalia maximus honoris vindex habetur, adeo vt nulla patiatur adulteria, an non hoc est figuræ adaptare? ecce vero & alias.

Ose. 4.

Tria olim per Prophetam mundo deesse conquestus est Deus, veritatem scilicet misericordiam ac cognitionem Dei; verba autem hæc sunt: *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra.* Tria autem hæc

Ioan. 1.

vox illa sancta in desertis exclamans edocet, idque ratione quadam admirabili, & prope modum diuina. Veritatem quidem, dum dicitur: *confessus est, & non negauit, quia non sum ego Christus.* Cognitionem vero Dei, dum Messiam demonstrat, & Verbum Dei apud nos habitans, dicendo: *Medius vestrum stetit, quem vos nescitis.* Denique misericordiam, quando benignitate spirans & compassione motus, de animarum perdendarum salute sollicitus, poenitentiam prædicat, atque in hanc rem aperte profiterur: *Ego vox clamantis in deserto.* Id est, Christi Iesu, qui etiam con-

Ioan. 1.

tionando docendoque exclamauit, ut ait Lucas: *Hæc dicens clamabat, significare autem voluisse Ioannes videtur, Christus & ego idem docemus, vox eius & mea vnum sunt.* Vnde boni doctoris prædicatorisque officium esse apparet eundem quem Christus finem respicere, eadem loqui voce, & eandem vitam ducere. Ideo Cyrillus, ut è Græcorum Patrum catena manifestum redditur, quæstionem instituit, cur Deus, cum septuaginta seniores Mosis successores institueret, dixerit: *Auferam de spiritu tuo, & tradam illis?* & respondet, non nisi summa id prudentia factum, & Deum consulto spiritum Mosis septuaginta illis senioribus distribuisse, ut hinc populo euidens fieret, idem omnino cum Mose eosdem proloqui, & ab eodem omnes spiritu impelli ac dirigi: simulque vnumquemque nostrum admoneret, à spiritu singulari ne se duci sineret, quo nihil Ecclesiæ nostræ accidere potest calamitosius.

Luc. 8.

Omnia illa animalia, de quib. initio Ezechielis legitur, leo, vitulus, aquila, & homo, variæque rotæ inter se connexæ ab eodem spiritu mouebantur: *Quocumque ibas spiritus, illuc euntes spiritus & rota pariter eleuabantur figurantes eum, &c.* Ut hinc scilicet manifestum fieret, in Ecclesiæ corpore, sub quo totamque varia nominum genera continentur, quorum alij instar auium subtiles, alij instar vitulorum & iumentorum stupidi ac bardi,

Cyrrill. in Græca.

Ezech. 1.

Ezech. 1.

alij instar leonum feroces & truculenti, alij denique instar hominum benigni & affabiles sunt: ad hæc ubi tot rotæ & orbitæ, tot repugnantes voluntates, tam variæ intentiones; tam discrepantes humores; omnia tamen hæc ad spiritus vnius motum, iuxta vnius fidei directionem, vniuersumque religionis præscriptum impelli & dirigi. Ad hoc Philippens. hortabatur Paulus ad vniuersum scilicet spiritum, ad voluntatum conspirationem: *si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, impleat gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem fidem habentes, vniuersum id ipsum sapientes, &c.* Hoc autem spiritu impellebatur Ioannes Boster, cum nullam in animo imaginationem, cogitationem, voluntatemque, nullam in ore verbum haberet, quam quod Deus & cogitaret, & vellet, & loqueretur. Vnde de locutus ait: *Ego vox clamantis*

Philipp. 2.

Charitatis

Vnio fidelium

bus necessaria.

Ioan. 1.

Hebraicam hic phrasim notate, ac modum loquendi Rabinis vsitatum: *Ego vox clamantis, id est, ego vox clamans, qualis est, terra promissionis, pro, promissa.* Locutionis autem sensus hic est: *Quid agitis Iudæi: quid hac oratione compellatis? cur hæc mihi in conuicia desertis? Videtis me in deserto, in solitudine, in loco horrido & iuamæno prædicantem, & ecce ad delicias me renocate, atque ad vitam molliorem traducere me saragitis: purpura, coccinum, trabea, ipsos honores comitari solent, & ipsi velut indiuiduus comes adherescere; me tamè dura cameli pelle, velut siluestrem & eremicolam amictum aut potius coopertum cernitis. Solent principes & reges longo seruorum & domesticorum agmine itari; equidem instar anachoretæ, solitudinis amans, nullos præter cautes, petras & feras socios habeo. Palatia regum musica & symphonia perstreperunt, pretiosis ferculis mensarum instructæ sunt; ipse vero antra & speluncas ferarum incolens, noctes & dies in oratione transiens, & assidue lugens ac gemens, locustis & radicibus herbarum victito, ac frigida mihi potus est. Quid igitur hanc mihi dignitatè offertis, cur regè me declaratis, qui omnes honores odi & detestor: quique iam de ab adolescentia inedia corpus macerare, eaque deliciarum loco habere didici. Quare obrem hinc vos prapite, domum reuertimini, nihil*

nihil

Joan. i.  
Veri concionatoris munus.

nihil n. sum aliud q̄ vox clamantis in deserto.

Duobus verbis duos quoq; includit sensus; primo ait sese vocē esse, sed vocem clamantem: deinde non in suggestu aliquo aut cathedra, sed in deserto, vt veri concionatoris in magna aliqua ciuitate concionantis munus & partes designaret. Hoc porro ei consilium suggerit Ilaia: *Super montem*, inquit, *excelsum ascende, tu qui Euangelizas Sion, & exalta in fortitudine vocem tuam qui Euangelizas Ierusalem.* Dicere Propheta voluit: Tu qui Ierosolymis euangelizas, noli cogitare in Berthania, vel Emaus aut alius oppidulis te versari, sed in vasta te quadam ciuitate, virtus & abominacionibus refertissima agere. Ideoque locum capacem & spatiosum tibi deligendum, & loco cathedrę petram aliquam aut montem conscendendum, & inde magna voce clamandum, vt omnes te peccatores scelerum lethargo oppressi exaudire queant. Ait, *clama*, id est, vociferare, insurge, peccata audacter coargue, delinquentes libere castiga; noli blandiri: noli auribus eorum benedicendo, & eloquentia pomposa fucataq; inseruire.

Isai. 40.

Fab. Pausan. in Heb. lib. 1. ca. 3.

Ilocrati viro disertissimo monumentum veteres posuere, cui sirenem arietem insidentem, & lyram manu tenentem imposuere. Innuere volebant, aut potius tacite etiā sugillare, eloquentiam illius, quę per arietem designatur, eneruatam ac fœmineam fuisse, nihilq; vile aut masculinum cōtinuisse. Et quoniam arietis ipsum signum Oratorum & Poetarum voci salutare dicebatur & propitiū, hinc Mercurio eloquentiæ præsidii facer erat: sirenes autem, monstra illa marina, quę forma & venustate conspicuę erant, & lyras manu gestabant, homines in animalia transformabant, & pellaci suo cantu eosdem in breuia & vada, in quibus naufragium patiebantur, impellebāt. Cum autem hoc ei post obitum monumentum ponerent, designabant, dicendi illū arte & numerosa eloquentia, in bruta homines conuertisse: cum boni ē contra oratoris sit, ferinos hominum mores in humanos & ciuiles traducere: & miferos in lyrtas & voragines abripuisse, quum alias scopulis illisos, & mari vitiorū immersos educere oportuisset. Caueat igitur sibi

Christianus Ecclesiastes, ne fœmineū hunc oratorem imitetur, sed stentorea voce exclamet, animalia; peccatores inquam, in veros homines conuertat, vt ad rationis præscriptum vitam instituant, ne muscos morderetur numeros, auditores compēula, vector Chri-nustaq; oratione, verbis fucatis & pigmentis, coloribusq; ascititiis delectando, sed nitentiam in sacratissimo Aduentus tempore non nisi suadeat. de lachrymis, ieiuniis, eleemosynis, precibus loquatur, pœnitentiamq; singulis periodis commendat, ad imitationem scilicet Ioannis in deserto clamantis.

Clamate vos etiā Ecclesiastę, & ab omni Adulari- assentatione abstinete: quam in Demosthene, oratorum sui temporis principe, reprehendit olim momus ille Cynicus, hic cum in caupona cōnaret, Demosthenem forte prætereuntem vidit, quem cum ad cœnulam inuississet, & ille exulare cœpisset, ait Diogenes! Putasne hoc tibi dedecori fore, si cauponam mecum subeas; cum nulla prætereat dies, quin dominus tuus eandem non ingrediatur? per dominum autem Athenienses denotabat, quorum auribus inferuire, quorum voluntati morem gerere Demosthenes, cum ad eos verba faceret, adulando, assentando, & nō secus ac feruus domino, ad illius nutum directionemq; verba factaque componendo soleret. Hoc perpendant oratores Euangelici, & cogitent se dū veritatem non sincere denuntiant, aduersus peccatores non inclamant, auditoribus placere gestiunt, omnibusq; satisfacere conuiuendo adulandoq; conantur, populi se feruos & mancipia efficere, ac veros poplicolas posse nominari. At non erat horum numero Ioannes noster, qui aduersus peccatores clamare non cessabat: *Ego vox clamantis.* Ioann. 1.

Bene, *lamenta*: clamandū siquidem est, Ad annūdū pœnitentia annuntiat, atq; instar buccinę & tubę vox exaltanda; hinc in Isaiā lepœnitengimus: *Quasi tuba exalta vocem tuam.* Nam tiam clauit tuba militū animos in plium accendere, mandum & sanguinis fundendi orexin excitare con- fuenit, ita & cōcionator aduersus delinquē- Isai. 58. tes & impios debet insurgere, eosdē adhortari, vt aduersus mundū arma induant: sanguinis etiā sitim in eorū animis excitare, vt

carne[m] expugnent, iugulent; diabolos de-  
nique superent & enervent. ita autem facie-  
bant Apostoli, qui in prædicationibus in tā-  
tum vocem sustollebant, ut omnes eos, ut e-  
brios & multo madentes inruerentur, ita  
quippe in Actis eorum scriptura legitur:  
Quin & Christum omnium concionato-  
rum principem Evangelista in tantum cla-  
masse ait, ut sui eum insanum & mento ca-  
peum putarent: Et cum audissent sui, exierunt  
tenere eum, dicebant enim: Quoniam in furorē  
versus est. Et profecto mundus eos concio-  
natores fatuos & amentes putat, qui aduer-  
sus peccata insurgunt: coniuventes autem  
& palpones suspicit & demiratur.

Act. 2.

Marc. 3.

Exod. 29.

2. Tim. 4.

Cum Angelus ille à Deo missus in monte  
Sinai cum Mose ageret, fulminaq; & frago-  
res circumsecus streperent, populus palpi-  
tans & tremens audire vocem eius noluit,  
sed ait: Loquere tu nobis Moyses, non! quatur  
nobis Dominus, ne forte moriamur. Hodierna  
die idipsum per familiare est, nemo enim  
concionatores honoris diuini zelo accen-  
sos, angelos illos Dei altissimi, si fulminent  
& tonent in delinquentes, & peccantes co-  
arguant, audire sustinet; adularores vero,  
blandientes, in vitia coniuventes, seipso  
venditates iactantesque, suspiciunt omnes  
& admirantur atq; hæc sunt tempora, de qui-  
bus Apostolus agit ad Timotheum, scribens:  
Erit enim tempus cum sanam doctrinam non su-  
sinebunt, sed ad sua desideria concorabunt sibi  
magistros prurientes auribus, & à veritate qui-  
dem auditum auertent, ad fabulas autem son-  
uerentur. O mundum insensatum ac stolidū:  
ō nuguetulos & agyrtas, si que vendito-  
res! quin Ioannem imitamini, vocem illam  
clamantem in deserto?

Ioannes  
non nisi ne-  
gando re-  
sponder.

Noui iterum hic conceptus exserunt. nō-  
nisi vocem se esse Ioannes dicit, quæ nihil  
præter merum est accidens, incorporea, ut  
quæ prolata statim euanescat, ac non nisi ne-  
gando responder; ut hinc discamus, & glo-  
riam mundi huius contemnere; & omnes di-  
gnitates etiam oblatas repudiare, ne hilum  
facere. Atque hoc viri perfecti est, & homi-  
nis vere Christiani; quod qui fecerit, mira-  
bilis ac propemodum diuinus dicendus est.  
Quamuis hoc nec angeli facere, nec Adam

intelligere potuerit. In quem sensum scribit  
Augustinus, multos quidem Philosophos  
veteres, virtutis amore incensos fuisse, eam-  
que sectatos, sed autam popularem sectan-  
do hoc vnum spectasse, ut ab alijs velut di-  
uini & absoluti suspicerentur. Atq; ideo pi-  
ctor quidem optime mores eorum visus est  
expressisse, quando honorem virgineo sche-  
mate depinxit, ad cuius pedes virtutes om-  
nes velut captivæ iacebant honori velut  
Dominæ obsequentes, vanaq; gloria man-  
cipia. Innuere scilicet voluit, stolidos illos  
philosophos virtutem quidem dilexisse, sed  
honoris & gloriæ studio inductos. Hinc  
etiam Alciasus, virtutem lacrymabundam  
ac passis capillis deformem Aiæ sepulchro  
inhærentem depinxit, quod Vlysses clypeum  
& arma Achillis, Aiæ ob virtutem debita,  
dolo sepulchro abstulisset, & ita lugubrem  
næniam orditur:

Tom. 1. ad  
Marcelli-  
num.

Virtutis  
emblem.

Alciasus  
emblem.

*Aiæc tumulum lacrymis ego proluo virtus.*  
Ut lacrymas hæc & expostulationē vir-  
tutis proposito adaptem meo, ait virtutes  
clypeos & arma Dei esse, quibus nos tuetur,  
iustos efficit, & conseruat; qui non parum  
commouetur, si tu, ô superbe, velut alter V-  
lysses debitū illi honorē & gloriam eripias,  
tibiq; velut propria ascribas, & ita armis te  
Aiæc velut tuis ostentes, atq; hoc est, quod  
virtus deplorat, hoc est quod deflet, ob hoc  
Deus irascitur quod cum Ioannes explora-  
tum haberet, se demittit & humiliat, & ho-  
norem exosus mundi; vanitatē pertraxit,  
de seipso testatur: *Ego v. x. clamantis in deserto.*

Ioann. 1.  
Ioannis hu-  
militas.

O humilitas admirabilis & maxime su-  
picenda! Quem cœli & terra stupēt, quem  
orbis vniuersi machina demiratur, nihili se-  
se facit, suaq; merita despicit, aut tãti quan-  
ti fortasse deberet; non facit. Quem Augusti-  
nus omnium hominum sanctissimum, An-  
gelorum socium, tubam cœlestem, Iesu  
Christi prodromum, saluatoris signiferum,  
filij Dei nuntium, peccatorum remissionem,  
Iudæorum flagellum, parentum gaudium,  
stirpis suæ decus, mundi speculum, mortis  
aculeum, vitæ ianuam, amicum sponsi, om-  
nipotentis affinem nuncupat; sese demit-  
tit ac deiecit, nudamque se vocem esse de-  
nuntiat; *Ego vox clamantis in deserto.*

Ioann. 1.  
O para-

O paradoxa! o miracula! quem Andreas Ierosolymitanus deserti ciuem, vniuersi generis humani actorem, sponsi paranymphum, matrimonij celestis paratium, magni regis praecone, veritatis praecursores, primum caeli administratorem, legis silentium, gratiae interpretem, prophetiarum colophonem, oraculorum finem, poenitentiae ianuam, virginitatis auctorem dicit; seipsum humiliat; honoresque suos imminuens aliud se esse negat quam vocem clamantis in deserto.

Quem Petrus Chrysologus magnis laudibus effert, quem scholam virtutis, magistrum vitae, sanctitatis normam, iustitiae regulam, virginitatis speculum, disciplinam fidei, castitatis exemplum, viam poenitentiae, atque hominem Phoenicem appellat; imo quem Eusebius Emislenus, Iob, Elia, Moysi parem facit, ille humilitatis iter consecretas, omnes honores subterfugit, ac non nisi vocem se esse profiteretur.

Duo in Veteri Testamento de Ioanne Baptista oracula data erant; Malachias siquidem Angelum illum appellauerat; *Ece ego mitto an. elum meum, & prae parabit viam ante faciem meam, &c.* Isaias autem vocem, *Ego vox clamantis.* Vox igitur & Angelus cum esset, & vtrumque iure titulum assumere posset; tanta illius humilitas atque animi demissio fuit, vt interrogatus quisnam esset, praestantiori titulo relicto, viliorem assumpsit; quique merito dicere de se potuisset, ego sum angelus Domini, legatus celestis, filij Dei nuntius, Verbi aeterni interpres, Messiae praecursor, ait: *Ego vox clamantis in deserto.*

Ioseph quoque Patriarcha, totius Aegypti nomen & Setautor, fratres Aegyptum ingressos praemonuit, quomodo regi interroganti responderent; sublimes scilicet titulos & antiquum stemma voluit eos reticere, & humilitatem potius prode conditionis, vt nimirum se ouium pastores dicerent. O rem miram! Ecce qui libere dicere poterant, sumus de progenie Abraham, Patriarcharum posterum, de domo Israel, haeredes Iacob fratres vindicis & vicarij totius Aegypti, ac magni Lothi nepotes, qui solus ab excidio Sodomitico immunis existit; a fratre

praemonentur, vt praeteritis honorum titulis, ouium se pastores dicerent. Discamus hinc honores contemnere, titulis non insolecere, & humilitatem omnibus in rebus ostendere, ad summam licet dignitate euecti, ac nunquam fortis nostrae limites excedere.

Iacob cum in Esau fratrem, quadringentis equitibus stipatum incidisset, & ille diceret: *Gradiamur simul:* respondit Iacob: *Nostis dominum mi, quod paruulos habeam teneros, & oues & boues factas mecum, praecedas dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim Vestigia eius:* pastor scilicet militis vestigia sequi non volebat. Denotat autem mysterium, cum qui mediocri fortis & tenuis obditionis est, magnis se nequaquam conferre, at intra fortis se limites continere debere. Apertum in Ioanne Baptista exemplum habemus, qui Messiae collatus, & eidem, cui ille, bilanci impositus, intra humilitatis se stadium continet, stemmatum auitorum ambages non ingreditur, sed forte contentus sua non nisi vocem se esse in deserto clamantem profiteretur.

Hic erubescere superbe & gloriose, hic humilitatem discere, qui te ipsum iactas & ostentas, quiq; ab omnibus adorari vis & coli, Angelus ille, qui Ioanni in Apocal. apparebat, humilitatem docuit, quando Ioanne ad pedes eius procidente ait: *vide ne feceris, conuersus tuus sum.* Deo non secus ac tu subditus & obediens. Angeli ecce, spiritus illi aetherei, substantia illa corporis expertes, intelligentiae caelestes, creaturae a peccato immunes, honores subterfugunt, seruos se profitentur, hominibus se conferunt, humilitatem consecretantur, & homo qui merum nihil est, mortis praeda, miseriarum theatrum, putredinis faecus, fortuna ludibrium, calamitatum scopus, vitiorum congeries, vermium expectatio, ac totius vniuersi propadium & reiectio insolecit; typho superbia inflatur, & turget, & quia opulentus & potens est, adorari vult, & ab omnibus coli.

Apostolorum princeps Petrus, ac totius S. Petrus Ecclesiae caput, cum Cornelium centurionem in genua coram se prouolutum cerneret, adorari, eum tibi diuinum exhibere volentem, ait: *Surge, & ego ipse homo sum,* soli autem Deo is

G 3 honor

Antib. 3.

sai 40.

Ioan. 1.

Gen. 46.

Gen. 33. Fortunae suae & fortis limites egredi non oportet.

Apoc. 19. An illi humilitatem consecretantur, & homines superbiam.

honor & adoratio debetur. Insigne profecto humilitatis exemplum, ac principe Apostolorum dignissimum; a quo dicemur, debere nos cum honoribus afficimur, & mundus vanitates suas offert, cum Apostolo docere: *Apaga munde, soli Deo honor & gloria, e- quidem non nisi homo sum, similis aliis.*

Cum Paulus & Barnabas Lystris in Lycaonia, Timothei Episcopi patria, plurima edidissent miracula, quae magnam illis apud omnes gloriam pepererant, ciues Lytrenses gentiles & barbari, diuinis eos honoribus afficere voluerunt, ac velut semideos adorare: Quo viso, Apostoli mox se in coaetantam multitudinem dedere, tam piam impietatem impedire conati, clamantes: *Viri, quid haec factu, & nos mortali sumus, similes vobis homines.* Imitentur hoc Christiani, seseque à mundo propripiant, quando honores ubi offert, & clamat: *Quid agis munde, adorare nos gestis vt deos, qui non nisi homines sumus, fragiles, fugaces, vmbraque & fumo inaniotes? At non ita Ioannes noster, qui se non nisi vocem clamantis esse ait, dum Messiae dignitate eum Iudaei honorare conantur. Haec igitur pra oculis habetote inani typho tumentes, ac nunquam animo deponite.*

Pfalmographus, cum fluxum & refluxum maris olim attentius consideraret, admirans exclamat: *Mira ille elationes maris!* perinde ac si dixisset: *Mirandum profecto est, aquam elementum adeo graue tantillo turbine in altum librari, & centrum deserere suum: at multo mirabilius est, hominem, qui non nisi è terra compositus, quae infinitis partibus est grauior, exiguo honoris & gloriae ventulo ad nubes usque sustolli.*

Saul, interea dum Deo gratus adhuc existit, & inter omnes Israëlitae esset optimissimus & qui, dum à Samuele ad regnum assumeretur, humillime desensentiens respondit: *Nunquid non filius tenuis ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Benjamin? quare ergo locutus est mihi sermone istum?* Videte obsecro animi demissionem, videre vt se indignum existimet, quoque Deus eum eleuare conatur altius, quo seipsum depri-

mere gestit profundius. Regium siquidem est honores oblatos respuere, & gloriam vltro aduenientem repudiare: ambitio autem & honorum sitis, quae laborant hodie plerique, omnia perturbat, pessundat, Ecclesiaeque damnum & scandalum infert.

Rebecca dum vterum ferret, magnis exagitabatur molestis, ac tormenta grauissima perferere, quando nimirum gemini vterro conclusi inter se decertarent, vter eorum primus egrederetur, & in lucem prodiret; praeualuit tandem Esau, & Iacobum in nascendo praeruit. Allegoriam hanc proposito adaptans dico, Christianorum contentionibus & ambitione, Ecclesiam magnopere perturbari, exagitarique, ac sepe numero sceleratos, aut saltem minus dignos, viris optimis & innocentissimis praeferti, & meritis immerentibus postponi. Quodque modo in vsu est, tempore quoque Salomonis inualuit, qui scribit alibi: *Est malum quod videt sub sole, videt seruos in equis, & principes ambulantes super terram quasi seruos.* Quorum verborum moralis sensus hic est: Peccatores, scelerum, inquam, illa mancipia, ad honores sublimari, iustos autem, sui ipsorum dominos, instar pedissequorum humiles & obscuros viuere, fortunaeque iniuriam expertos inglorios mori. Sed ad propositum redeamus, & Ioannis nostri demissionem dispiciamus, qui se vocem in deserto clamantem vocat.

Aegyptij, teste Pierio Valeriano, humilitatem designare cum vellent, hominem pingebant in genua prouolutum, brachia extendentem, oculosque caelum versus attollentem, singuli porro gestus mysterium in se continent; genuflexio in primis denotat, cum qui vere humilis audire & dici vult, seipsum deicere, superbum vero & iactabundum cornua & critas erigere, suaque opera efferre: brachiorum extensio omne suum è caelo bonum & felicitatem expectare: oculi vero in caelum elati, testes sunt, infinitam in caelo virtutem potentiamque contineri, ad quam brachia extendat, oculos sustollat, cuiusque auxilium & opem genibus in terram prostratis efflagitet. Hieroglyphicum hoc reuera expressum videre qui voluerit, desertum mecum addeat, & in eo Ioannem verum humi-

Act. 14.

Psal. 92.

1. Reg. 9.

Gen. 25.

Ecc. 10.

fol. 208.

humilitatis imaginem contempletur: videbit namque cum inter rupes in genua prouolutum brachijs extēsis, oculis in cælum sublatis, magnaue omnes voce ad lachrymas, suspiria, ieiunia, pœnitentiamq; adhortantem: *Ego inquit, vox clamantis in deserto.*

Ioan. 1.  
VI.

Vbinam potro vox hæc detonat? in deserto & inuio. Eliamigitur nouum hic videbimus, qui vrbes deferendo, hominumq; confortia deuotando in deserto Cameli, solis animalibus sociatus, commorabatur. Videbimus duem eorum, qui teste Apostolo, *in solitudinibus errabunt, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ.* Videbimus virum, qualem videre desiderabat Apostolus, dum scribit: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Annon strenuus ille miles sit oportet, qui reges potentissimos expugnare, pellices pellacissimas, aulæque pestes exagitare debebat? ideo aulam deserit, vrbes & negotia relinquit, inq; deserto ab hominum strepitu segregatus pœnitentiam agit.

3. Reg. 17.  
18. 19.  
Heb. 11.  
1. Tim. 2.

Nemo inter impios viuere potest.

Noua sese hic iterum miracula ostendunt. Primum, Zachariæ summi apud Iudæos sacerdotis filium principem iuuentutis Hierosolymitanæ, sanctissimum vitæque purissimæ; temporibus exulceratissimis & contaminatissimis, inter tot sceleratos & improbos, Herodem nempetyrannum, Annam & Caipham auro ad pontificiam dignitatem euectos, sacerdotes & Leuitas officium deserentes solum, in summa sanctitate vitam in deserto ducere. Docemur hic improbotum consortio, si modo velint, nihilo probos deteriores reddi posse, aut callem impiorum nulla nobis ratione officere, quo minus in diuinæ iustitiæ semita alacriter pergamus: vnde bene Petrus Apostolus scribit: *Quis est qui vobis noceat, si boni amulatores fueritis?* Adco vt quamuis omnium vita corrupta foret, & nõ esset qui bonum faceret vsque ad vnũ, quem imitari posses, cum Propheta tamen dicere queas: *Introsibo in potentias Domini, Domine memorabor iustitiæ tuæ & iussu.* Potentiæ autẽ Domini vocantur hic Angeli, eo qd potentiæ eius administri sunt; dicere vero Propheta voluit, si nulũ in mundo reperire queam, a quo virtutẽ discã; cuiusq; vitam sequar ad angelos me conuertã, in quibus sanctitatẽ

1. Pet. 3.

Psal. 70.

& iustitiam tuam velut in speculo intuebor. Secundum, Hominem sanctissimum, in gratia stabilitum, qui mortifero nequaquam poterat animam delicto commaculare, tanta pœnitentiã membra atterere, in deserto commorari, & corpus extremo rigore affligere. Docere vos voluit, mundani, corpus vestrũ castigare, eius audaciam, tyrannidẽ & furorẽ coércere, & cupiditatibus resistere. Quoniam enim modo peccata is deuiret, qui voluptates consecatur? ipsæ namque omnium malorum fontes & origines sunt, & ab iis omnis in mundum calamitas inuehitur. Hinc, vt Bernard. refert, tria persecutionum genera Antichristi aduentum sunt præcellura, vnum tyranni, alterum hæretici, tertium voluptates inferent; quarum vltimam omnium putat grauissimam & deterrimam esse, omniumque maxime ab Ecclesia deplorari, & cui etiã hanc Prophete querelam applicant: *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* grauissima namq; quam Ecclesia sustinet persecutio a voluptatibus originem sumit: nam vt bene ait Chrysost. *Tormenta Martyres, blandimenta vero faciunt Epicureos.* Cui malo, vt Ioannes occurreret, in desertum secedit.

Isai. 38.

Incutiat pudorem nobis, Auditores, viuẽdi illius ratio; erubescamus dũ virum nobili loco natum, & ab vtero materno sanctificatum, in tanta austeritate viuentem, corpus tam rigide castigantem, pœnitentiæque sese emacerantẽ cernimus: nobis plebeis & gregariis eandem remis velisque fugientib. corporisq; delicias omnibus in rebus consecrantibus. In Numeris lego Hebræos, cũ ad torrentes Arnon in confiniis Moabitum, speluncis & cauernis infames, in quibus armati insidiatores delitescabant, peruenissent, perterritos, ducum suorum verbis animatos vltèrius perrexille; clamabant quippe: *Sicut fecit in mari rubro, sic facit in torrentibus Arnon;* quod & reuera accidit. diuino namq; permisso omnibus, quotquot in speluncis habitabant, subita ruina oppressis, Hebræi facile sine vllò negotio coeptum iter perfecere. Eia agite effœminati & inertes, agite segnes & meticulosi, qui austeritatem in tantũ perhorrescitis, sumite animos, ac cogitate eã vobis non secus atq; aliis dulcem tandem & iucundam

Deliciarum  
damna.

Numer. 21.



dam fore. Nam sicut fecit in mari rubro, sic facit in torrentibus Arnon. Ut Ioannes Baptista, Apostoli, omnes sancti Anachoretæ, pœnitentiam dilexere, & deliciarum instar amplexi sunt; ita vobis eadem iucunda & suavis tandem videbitur. Eia igitur timorem exuite, leporinam deponite & leoninam induite.

Deut. 30.

Huc optime quadrare videtur lex illa quæ in Deuteronomio de præliis incundis Dominus tulit: *Duces per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis est homo qui edificavit domum nouam, & non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius dedicit eam. Quis est homo, qui plantauit vineam, & nec dum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis est homo qui despondit uxorem, & non accepit eam, vadat, & reuertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, & alius homo accipiat eam. Quis est homo formidolosus & corde pauidus? vadat, & reuertatur in domum suam, &c.* Quatuor hæc hominum

Quatuor  
hominum  
genera ad  
pœnitentiã  
inepta.

genera ad bellum inepta, ad pœnitentiam quoque inepta sunt, per ædificantes hos, superbos & gloriabundos denotari puto, qui amplam domum & instructam familiam quarunt: per viticolas, auaros, qui terram semper effodiunt, & in terra omnem spem collocant: per tertios, carnis voluptatibus indulgentes meticulosos, segnes & inertes. Sed ingens horum omnium stoliditas & fatuitas est. Cui enim rei vitam potius velitis impendere, cui potius consecrare, quam vultui & obsequio eius qui eam elargitus est? Febribus illam, morbis, ægritudinibusque potius quam pœnitentiã atteri patiemiini? Quamobrem timorem & metum hunc abijcite, difficultates superare, austeritatem diligite, in desertum secedite, Ioannem Baptistam imitami, qui hodie solus gemens & suspirans in deserto clamat.

Deserti &  
solitudi-  
nis enco-  
mium.  
i. Reg. 5.

O beata solitudo, sanctorum virorum palatium, dulce spiritualium refugium & quies, delicia & paradus piorum! Noluit olim Dominus Arcam testamenti in templo Dagon commorari: nec virum piũ ac sapien-

tem in mundo, qui idolorum omnium fauor est, commorari patitur, sed in solitudine eum & in eremo vult viuere: hic nempe cœlestes ei reuelationes, locutiones interinas, secretaque diuina communicat. Vnde per Prophetam suum locutus est: *Ducam eum in solitudinem, & loquar ad cor eius.* In ea Ioannem orantem videmus, gementem, clamantemque audimus, & hac ipsa equidem iam egrediar, vt dicendi finem faciam, vosque in huius viri vitã imitandã adhorter.

Quamobrem, Auditores, legationis huius a Iudæis adornata recordamini, simul etiam interrogationis, qua Ioannem aggressi sunt: *Tu quis es? vos ipsos cognoscite, nihilum vestrum est quo compositi estis despiciate, paupertatem primam & naturalem, ac fragilitatem humanam considerate, cogitate vos mortales, fragiles, & caducos esse, & iam inde à cunabulis ad cineres & putredinem condemnatos. Nolite etiam obliuisci responsi, quod Ioannes legæis dedit: eius in omnibus humilitatem sequimini: videte etiam vt à natiuitate inter natos mulierum sanctimoniam eminebat, summus æterni Patris sacerdos erat, Messiam lymphã tingere meruit, quem tota Iudæa stupebat, quem omnes adorare volebant: adeo se demittat, vt non nisi vocem in deserto clamantem sese nuncupet. Videte, inquam, vt mundum fugiat, vt honores declinet, vt malit in deserto pauper, quam in mundo opulentus viuere; has virtutes imitemini, vitæ eius vestigiis insistite, atque ad eius imitationem omnes terrenas voluptates & mundi ineptias fugite.*

Tu autem Ioannes gloriosissime, totius vniversi miraculum, Eremitolarum primas, deserti decus & columen, Religiosorum coriphææ, pœnitentiæ speculum, cum non nisi vox sis, pro nobis corã tribunali diuino clamare & intercedere ne cessas, ora pro iis qui tuo se nomini deuouerunt, tuoque se cultui manciparunt, humilitatem, vanitatum mundanarum contemptum, omniumque rerum temporalium odium & fugam impetra, vt nos ipsos cognoscentes, humiliter tibi etiam subiiciamus, & quã profundissime submitamus, denique nõ nisi gloriã Altissimi, à quo summam nostram felicitatem expectamus,

spire.

Peroratio  
& cõclusio  
Ioan. I.

Spiremus : cuius nos participes efficiat , qui eandem dare potest , Pater & Filius & Spiritus Sanctus . Amen .

DOMINICA QVARTA ADVENTVS .

Partes .

1. Quod predicanda poenitentia .
2. De regnorum diuisione .
3. De mundi inconstantia .
4. Diuisionem regni esse praesagium excidij .
5. De Ioannis solitudine .
6. De eius ad homines egressu .
7. De voce eius ad parandam viam Deo .

Anno quingentesimo Imperij Tiberij Caesaris . Luc . 3 .

FIGVRA .

Num . 10 .

IVSSIT olim Dominus tubas duas argenteas confari , quarum vna quidem populus ad epulum , altera vero ad praelium inuitaretur . Denotare voluit , se in lege Euangelica , post caeremonias Moesicas sepultas , duas alias tubas praeparaturum , Iesum Christum scilicet , qui vniuersum orbem ad praeliandum accenderet , quippe qui postea in mundum se , non vt pacem , sed arma & gladium afferret , venisse testatus sit : aliam vero quae omnes ad caeleste aeternae beatitudinis epulum inuitaret . Ioannem videlicet Baptistam , tubam illam regiam , quae hodie in deserto clangit , omnesq; ad vias Messiae praeparandas & digna poenitentiae opera facienda adhortatur . hanc in hodierno Euangelio strepitem audire videor , & auribus meis insonantem : cuius clangorem vt & vos intelligatis , Spiritus sancti opem , gloriosissimae Virginis Mariae , pauperum patronae suffragio concitatum imploremus : ideoq; omnes in genua prouoluti *Aue Maria* recitemus .

Ezech . 2 .

Summus ille Deus cum vnum e Prophetis suis , vt praenem ad Israelitas mitteret , qui vias suas & praecpta denuntiaret : manum illi monstrauit quae librum teneret , interius & etiam exterius exaratum , lamentationibus , & carminibus , ac tribulationibus ple-

Tom . 1 . Pars Hyemalis .

num . Attentius aenigma hoc consideranti in mentem venit , volumen hoc sacrae Scripturae imaginem & symbolum esse , quae & lamenta & praenones , id est , maledictiones & benedictiones , minas & munera , flagella & praemia contineat : & hanc omnem praenonem Euangelicum euoluere , auditoribusq; explanare debere , Mysterium porro denotat , ei qui a Deo se missum existimat , in praemis curae esse debere , lamentationes , lacrymas , & poenitentiam praedicare .

Id iam olim praedixerat Psalmista cum diceret , *Euntes ibant & flebant , mittentes semina sua* . Id est , praedicatores Ecclesiae sementem suam , Euangelium , inquam , Dei , non nisi flendo tradebant : hoc est , nihil nisi poenitentiam & lacrymas docebant . Cui adiungatur egregia illa Hieronymi in hunc locum scribentis sententia : *Ille doctor Ecclesiasticus est , qui lacrymas non risum mouet . & illa ad Nepotianum , Docente in Ecclesia non clamor populi sed gemitus suscitentur . Lacryma auditorum , laudes tuae sint* .

Psalm . 125 .  
Lacrymas doctor Ecclesiasticus praedicat .

Egregium huius rei in Apocal . emblemata legitur . Vidit Ioannes septem olim Angelos , niuis uestibus , & lineis stolis subtilissimis indutos , auroque cinctos , qui phialas aureas ira Dei plenas manibus gestabant , quas in terram effunderet . Rupertus , Beda , Haymo alijq; doctrina & sanctitate illustres , mysticos Angelos hanc visionem exponentes , per Angelos hos , praedicatoros & doctores Ecclesiasticos intelligunt , quos Angelorum nuntiorumque coelestium instar , irae diuinae phialas in manus sumere oportet , minasq; intentando , & supplicii peccantibus destinatis terrendo , delinquentes in viam iustitiae reducere , & ad lacrymas salutare poenitentiamq; a semine vitiorum traducere . Phialas autem aureas hic adhibeant necesse est , quia non nisi caritate , amore , & honoris diuini zelo accensos ad docendum par est accedere .

Apoc . 15 .

Concionatores Angelos comparantur .

Mare quoddam aeneum in sacra Scriptura detego , quod duodecim bobus innitebatur . Maris huius abyssum fundumq; rimatus & perscrutatus : reperio per boues hos , Patres bobus mamones & Interpretes , Concionatores Ecclesiae intellexisse , qui suis vniuersam Ecclesiam sustinenti molem , & malorum , aenigmi dinumque iu-

Exod . 30 .

Reg . 7 .

Comparati re aeneum iuibus .

Et dicij

dicij inquam extremi, suppliciorum, minarum, poenitentia: que Oceanum, humeris debent sustinere. Conceptum hunc hoc modo intellexit Apostolus ad Corinthios scribens, *Non alligabis os boni trituranti*, id est, praedicatori: quod & calculo suo confirmat Gregorius Pontifex.

1. Cor. 9.  
Lib. 2. cur-  
pass. 6. 3.

Hinc quoque est quod Ecclesiastae & Doctores in sacris literis, tubis clangentibus comparantur, ut Isaias c. 58. *Clama, ne cesses. quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia, opus meo scelerum, es domui iacob peccata eo. u.* Ut autem tuba belli signum est, magnumque audientibus terrorem & horrorem incutit, milites quoque ad praehandum accendit; ita concionatorem, velut buccinam agminum Dei nihil quam terrorem, iudicia divina, poenas tartareas, mortis horrorem, daemonum furorem & tyrannidem docere oportet, omnes denique mortales ad bellum demonibus inferendum animare.

Rom. 7. in  
Iosue.

Iussit olim Dominus, teste Origene, duas tubas argenteas fieri, sed malleo adaptatas & coccinatas; ductiles sed non fusiles, eo quod concionatores e sacris Scripturis diversos sensus & argumenta depromere debent, quibus bellum peccatoribus denuntiant: ita scilicet id exponit ex Moralibus Gregorius. Sed tubae hae argenteae sunt oportet, malleo concinnatae, & in incude coartatae, quod nihil in Ecclesia producere & denuntiare eos oportet, quod non poenitentiam & veritatem spirat. Horum de numero Ecclesiastarum erat David vates cum diceret, *Ecclesia mea non prohibebo, Domine tu es sibi*: perinde ac si diceret, nosti Domine, nunquam veritatem me reticuisse, imo vero nullae me minae, nullusque poenarum merus a poenitentia peccatoribus denuntianda deterrebunt.

Isai. 30. c. 7.

Psalm. 39.

Prima concio S. Ioan. Chryso. cum ad Episc. promotus esset.

Inter hos quoque censeri debet Ioannes Chrysostramus, qui, eo ipso quo in cathedra Constantinopolitanam sublimatus est die, coram Imp. Arcadio atque vniuersa nobilitate, magnaque Episcoporum multitudine ita concionem exorsus est: *Nos qui ineffabilibus Donationibus ideo ad vos venimus, ut voluntate eius iustificemur, hoc primum verbum a Christo & diuino eius praecursore accipientes vobis annuntiamus, Poenitentiam agite, et propin-*

*quas enim verum celorum. Hic autem vobis assidue in memoria reuocare non grauabor, nulla difficultate impediar, quae non eam vobis perisuo inculcem* Hi scilicet erant Ecclesiastae, quales scriptura sacra exegit, non vero palpones & adulatores.

Prohibuit olim Deus, ne quis mel aut fermentum in sacrificium offerret, sed saltem quantum vellet. Verba legis haec sunt, *Nec quicquam fermenti ac in illis adhibetur in sacrificio Domini* Quoddam sacrificij genus est praedicatorio, sed nihil in eam fermenti passionum aut prauorum affectuum, nihil mellis adulationis aut assentationis inferendum sed tantum minarum, poenitentiae terrorisque quantum quisque voluerit. Haec fortasse est ratio, cur tam exiguus aut vix vllus conciones nostras sequatur fructus, eo quod ad poenitentiam auditores non adhortemur: peccatores non corripiamus, ut veteres illi a Deo missi Prophetae, Isaias, Ieremias, Ezechiel, Osee, Amos, Ioch, Ionas, atque alij innumeri facere, quorum singulae periodi poenitentiam suadent, & peccatoribus minas intentant.

Quinto regni Roboam anno, Sefac Aegypti rex in Iudaeam ascendens, Ierusalem ingressus, templum augustissimum despoliauit, & parati clypeum & scuta aurea, quae Salomon rex parauerat, diripuit. Horum deinde loco Roboam rex Roboam area constituit, tradiditque eadem in manus scutatorum. Allegoriam hanc proposito adaptando, dico primitiuae & nascentis Ecclesiae praedicatorum scutorum aureorum instar extitisse, inimicis se obicere & opponere non verentes, zelo & caritate accensos: at modo lucidum illud & rutilans aurum in aes commutatum, esse concionatores se iam a neos factos. Auditorum gratiam captantes, eorumque auribus inservientes, ac nudum iis sonum, amisso maiore tinnitibus superesse, eum vitia coarguere non audeant, veritatem dicere subterfugiat, imo, quod deterius & deplorandum maxime cum ipsam poenitentiam vitaeque emendationem suadere praepudore detrectent. Ipsa vero Cantorum sponsa vocem concionatoris querula & gemebunda turturis voci visa est comparasse, *Vox turturis audita est in terra vocis Cant.*

ATA.

*Matth. 3.* *fra.* Theodoretus verba hæc exponens sensum nostrum quam proxime secutus ait: *Turturum nominat aduentus sui Prophetam & praeclariorum, cuius vox est poenitentiae prædicationis, Scilicet Bene quidem Theodoretus; nam videte, ut hodie in deserto instar turturis gemat, ac nonnisi poenitentia suos edoceat, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.*

*Luc. 3.* & tempore quidem peropportuno: cum videlicet per vniuersam terræ superficiem peccata dominarentur, impiique per omnia inualefcerent, Tiberius Romanum imperium regeret, Iudæam Pilatus, Synagogam Annas & Caiphas moderarentur. Ita quippe in Euangelio legimus, *Anno quinquagesimo imperij Liberij Caesaris procurante Pontio Pilato Iudæam.* Hæc expositurus, Primo Principes & rectores hos, ac tempus quo Ioannes docere coepit exponam, deinde concionem admonitionemq; ipsius latius deducam.

**II.** Principio refert Euangelista, Ioanne redemptionem humani generis annuntiante, Messiaque aduentum prædicante, Iudææ regnum in quatuor præfecturas seu tetrarchias fuisse distinctum, quibus pagani & idololatricæ præerant, à Romanis Imperatoribus stauilici. Horum autem Principum præfectorumque mentionem Spiritus S. facere voluit, ut hinc manifestum fieret, prophetarum oracula, quæ hæc omnia, cum Dei filius cælo descendens humanam carnem indueret, euentura prædixerant, esse adimpleta. ac præsertim illud Iacobi morituri: *Non auferetur sceptrum de Iudæa, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, ipse erit e peccatio gentium* Hebraice autem loco verborum, *qui mittendus est*, legitur *Schilo*: quod nusquam alibi in vniuerso scripturæ campo inuenitur; ac diuersimode exponi potest: nam interpretres Chaldaeorum pro *Messia* accepit. Genuine autem denotat eum, qui omnibus in rebus diues & felix est, cuiq; omnia ad votum fluunt: omnia igitur quæ verbo huic quadrat, nulli nisi Christo Iesu, qui verus Messias est, & a Patre aeterno vnctus, conuenire queunt.

*Gen. 49.* Ita namque in Psalmis prædictum erat: *Propterea vnctus te Deus, Deus tuus, oleo latitiae praesortibus tuis.* Cæterum hoc Iacobi vaticinium diffi-

*Psalms. 44.*

cultate non caret: promittit siquidem Messia aduentum, quamprimum ut sceptrum & imperium à Iudæis defecissent, *Donc auferatur sceptrum de Iudæa.* At Christo nato Herodes Idumæus, qui primus externorum regnum adiit, è regum tamen Iudæa sanguine non oriundus, XXXII. Iudææ iam annis principatum obtinuerat: is inquam Herodes, qui ad Magorum aduentum turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Cur igitur in tricesimum secundum eius regni annum aduentum suum distulit Christus?

Difficultatē hanc dissoluit Hieronymus, obiectioniq; respondēs ait, vltimū de stirpe & tribu Iudæa regem fuisse Hyrcanum, cuius filiam Mariam nomine duxerit Herodes. Hyrcano autem à Parthis quibuscūq; bellum gerebat, in captiuitatē ducto, Herodem generum quamprimum Romam regni ad eundem causā se contulisse, & ab Augusto & senatu, regni Iudæici administrationē adeptum esse: quā triginta & vno annis obtinuit, quāuis propter læuitiam crudelitatemque apud suos exosus: quippe qui eius imperium graue ducerent, ægre ferentes alienigenam, nec de domo Israel ad regnum euectum. Sed primum & trigesimū demum post anam ut regem eum agnouerunt, receperunt ac debitum fidelitatis, obedientiaq; sacramentū ei præstiterunt. ac tū Christus cælo descendit, & humana carne induta in hunc mundum natus est, tunc namq; primum sceptrum de domo Iudæa penitus defecit: eo quod Herodes pacifice nec dum regnum obtinuerat, & idcirco nondum coronaludæica concidisset. Sed Herode mortuo, regnum mox in tetrarchiam aut quatuor dominia distinctum fuit, atque huc tendunt verba Euangelij, *Anno quinquagesimo imperij Tiberij Caesaris, &c.*

At quoniam Euangelista regnorum hodie & præsertim Imperij Romanorum meminit, Historicum hic agere volui, Imperiorumq; quæ in mundo vnquam exstiterunt catalogum texere. Sciendum est igitur quatuor monarchias in mundo exstitisse, & quatuor eius angulos occupasse, easq; in sacris voluminibus exstare descriptas. Prima fuit Chaldaeorū & Babyloniorum, cuius Genesis

*Gen. 46. Matth. 2.*

*Luc. 3.*

*Quatuor Monarch.*

*Gen. 10.*

Dan. 5.

ille Nemrod existit, pater Assur, qui vastam illam Niniem construxit. Secunda Persarum & Medorum, quam Daniel propheta descripsit: quæ sub Cyro & Dario, post mortem Baltazaris regis Babylioniorum, cuius regnum & potentia in Persas & Medos translata fuit, cepit. Tertia Græcorum, cuius princeps & caput Alexander Magnus, Philippi Macedonis filius post Darij ad Arbelas cladem, existit: hæc auctor libri Machabæorum obiter descripsit. Quarta & postrema, Romanorum, quam Romulus, Numa, Regulus, alijque fundarunt, & Imperatores post subsecuti mirum in modum auxere: de qua Euangelium hodiernum loquitur, *Anno decimo quinto, &c.* Porro quatuor harum Monarchiarum variæ in sacra Scriptura reperiuntur figuræ.

Luc. 3.

Zach. 6.

Vidit olim Zacharias in obscura noctis caligine quadrigas quatuor egredientes è medio duorum montium æreorum, sed quadrigas inter se distinctas, primarum equi erant rufi, secundarum ferruginei & nigri: tertiæ albicantes, quartarum diversicolors: Dixere nonnulli per hoc equorum diversimem quatuor Euangelistarum triumphum denotari: Rupertus autem per ipsum quatuor sanctorum in Ecclesia honoratorum ordines demonstrari, putat, per equos nempe rubros, Apostolos & Martyres: nam rubedo sanguinis effusionem denotat: per nigros, Confessores: qui se vitæ austeritate & pœnitentia emacerarunt: per candorem illum, Virgines: per colores illos mistos, Doctores & pastores, idque propter virtutum doctrinæque varietatem. Sed Lyranus litteræ quam proxime insitens, veritatibus scopum feriens, quatuor Monarchias mundi ad oculum hic ostendi censet: quarum prima sit Chaldæorum, per equos rubros designata, eo quod sæviit, & hominum sanguine profundendo crudeliter grassata est. alter Persarum & Medorum, & quidem furva & nigricans, quod in terra ignorantia caligine & tenebris obscurissimis viuerent: tertia Græcorum, candida & niuea, quod sub Alexandro primo monarcha elucere cœperit: elementia: postrema Romanorum, cuius figuræ colorum illa varietas: Romani enim alia

rum gentium mores didicerant, ac proinde inter Imp. eorum interdum sæuities, interdum clementia viuebat vigeabatque. Ecce & aliam figuram:

Dan. 7.

Quam Danielis prophetia nobis suggerit. Vidisse se propheta scribit quatuor monstra & bestias teterrimas, quæ mari egressæ inter se digladiabantur. prima similis erat leonæ, & alias habebat aquilinas: altera visum referebat, tres dentium ordines exsertentem: tertia pardo par erat: postrema, bestia vere admirabilis & incognita, ferreos dentes habens, & magnos quidem. Liranus mysterium hoc enucleans per quatuor has belluas, de principatu ac dominio maris inter se concertantes, denotari vult quatuor Monarchias, quæ Christi aduentum præcesserunt. Tertiam hanc habetote.

Dan. 2.

Statua illa, quam idem Daniel vidit è varia constatum materia, Monarchiarum nostrarum typus etiam statui potest. Aureum quippe caput, Babylioniorum denotat Imperium: pectus & brachia argentea, Persarum ac Medorum: venter æneus, Græcorum: femur ferreum & pedes lutei Romanorum: idque propter varios motus, inquit Rupertus, & continuas seditiones commotionesque: quas eadem resp. passa est, modo enim bellum Civile inter Cæsarem & Pompeium, modo occultæ coniurationes Mariæ ac Sullæ; deinde triumvirales Octauij, Lepidi & Antonij contentiones, & aliæ innumera eam lancinarunt ac pessum dederunt. His itaque temporibus statua pedes dominarentur, Ioan. Baptista prædicare cœpit pœnitentiam, *Anno, &c.*

Luc. 3.

III.

Hic obsecro notate, mundani, idoli vestri mundi inquam, inconstantiam; nã vr alia gentium regna prætereamus, considerate regnum Iudæorum, quod in Saul Benjamin ita sumpsit exordium, & tot præclaros totque generosos reges habuit, considerate inquam, vt ipsum iam cœciderit, in quatuor membra diuisum alienigenisque & idololatriæ in prædam datum sit: Herodes hic, illic dominetur Lysanias, Iudææ præsit Pontius Pilatus, à Romanis Præses constitutus. Quam bene & apposite igitur scripsit Apostolus, *veteris figura huius mundi.* Omnia namque regna, imperia,

Mundi inconstantia.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

p̄ria, scepra, coronæ, honoresque aliud profecto non sunt, quam spectacula quædam & personæ scenicæ in mundi huius theatro exhibitæ, figuræ mathematicæ, imaginariæ, vmbaticæ & fuites, quæ in momento transeunt, & in eodem non permanent statu. Psaltes quoq; in hanc rem ait, *Vniuersa sanitas, omnis homo viuens, verumtamen in imagine pertransit homo.* Duo imaginum genera sunt, alia perpetua, quales eæ quæ in tabula depictæ sunt, alia autem apparentes, quales eæ quas speculum representat: per imagines autem apparentes breuiq; transeuntes denotari vult honores, dignitates, mundi; huius regna quæ in specie quidem aliquid videntur esse, re autem vera nihil, adeo vt magnates, reges, omnes quoque homines in momento pertranseant. in mundo quippe nihil solidum, constans, aut firmum haberi potest.

Psal. 38.

Pierius in Hieroglyph. fol. 21.

lib. 3. de Oratore.

Qui creaturis confidit, Deo diffidit.

Psal. 17.

Spei simulacrum.

Ægyptii porro eum qui rebus vitæ huius confideret, spemque in re fragili collocaret, anguillam manu tenere sungebant. Denotabant scilicet, inferiora hæc & mundana, instar anguillarum manibus elabi. nam vt anguillam nemo stringere & arte comprehendere potest, ita nemo res has mundanas fragiles & fugaces: omnia nempe inconstantia areuæ inædificata sunt. Quam inconstantiam rerumq; vicissitudinem cognitam & perspectam habens Cicero exclamat, *O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & inanes nostras contentiones, quæ in medio spacio saepe franguntur, & ante in ipso portu obruantur, quam portum conspicerent potuerint.*

Post Oratorem hunc prodeat in scenam magnus ille Doctor Augustinus, qui desperationis quoddam genus esse ait, spem ponere in creaturis, & Deo eum diffidere qui in hominem confidit. Hinc sapienter meo quidem iudicio Dauid propheta suasit hominibus mundi vanitatibus immergis, *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.* alibi quoque satius esse ait, *Spesare in Domino, quam sperare in principibus.*

Et quoniam spei mentio incidit, historiarum monumentis proditum est, Romanos ei vt Diuæ cuidam diuinos honores tribuisse, templum & statuam posuisse, atq; huac in mo-

dum illam expressisse: Virginem pingebant viridi indutam toga, vna manu flagellum, altera corniculam gestantem: itaque illius mutationem, inconstantiam, varietatemque demonstrabant: modo namq; cantu, quem cornix signabat, suo nobis blanditur: modo flagris nos cædit, dirissimeq; corripit. Stolidus igitur ac demens, qui in rebus his inferioribus spem figit: constantiamq; in iisdem sperat.

Moses ductor & doctor Hebræorum, vt hanc rerum inconstantiam varietatemq; significaret, populumq; ad pœnitentiam, idololatria cõmissa, traduceret, vitulum aureum, quem conflauerat, comminuit, in cineres redegit, quos aqua mistos populo bibendos dedit, quo facta stoliditatem ac vesaniam illorum coarguere voluit, qui rei tam vili, quâuis ex auro confatæ diuinos honores tribuerent: simul etiam mundi vanitatem edocere, dum eum, quem paulo ante vt Deum adorauerant, in cineres iam reductum, imo ab hominibus deuoratum & cõsumptum cernerent.

Exod. 32.

Dan. 2.

Eandem etiam instituit viam Deus, vt Nabuchodonosoris insolentiam cõpesceret, cuiusque fastuosos conceptus retunderet. Vidit namq; statuam admirabilem, à variis metallis conflata ad scelerati laterculi contactum deiici & in puluerem resolui. An non hic demonstrauit, honores omnes, dignitatesque, quas homines tantopere ambiunt, ipsa quin etiam Imperia & Monarchias, quas colofus hic denotabat, non nisi puluerem, cinerem, ac fumum esse? Hanc ob causam Euangelista nobis regnum Iudaicum collapsum representat, ac sceptrum Iuda, externis regnum inuadentibus, diuidentibus, ac dissipantibus collisum & fractum: *Anno quinto decimo.*

Luc. 3.

O tempora deploranda! regna misera & infelicia, dum à tyrannis & sacerdotibus simonia intrusis diriguntur & administrantur! sexcenta nobis hic impiorum principatus mysteria depromit. Euidens namque in primis diuinæ indignationis argumentum est, quando impii multis annis ad rerum publicarum sedent gubernacula, & felicitate temporaligaudent, quali Tiberius, qui in summa nequitia crudelitateque quindecim jam annos regnauerat. Secundo flagellum

Euang. hoc plura continet mysteria.

2

Dei est & ira coelestis iudicium, dum morati & pij viri à reipubl. clavo repelluntur, impijque & scelesti eidem admoventur, omnemque potestatem, reiectis bene merentibus occupant. Hinc Plato tum demum beatas fore resp dicebat, cum à sapientibus & philosophis eadem regerentur, & ipse, vice versa, tum demum infelices eas, regnaque evertenda existimo, cum ab impijs, scelestis, vitæque contaminatissimæ viris administrantur.

Regnorum calamitas si impios reges nanciscantur: *Iud. 9.*

Arbores cum olim in comitijs generalibus regem sibi quærerent, à quo defenderetur, & rhamnium delegissent exitu sibi causa fuere, suoque se gladio iugularunt. Nam cum omnes umbram illius sectarentur, ac sub eadem velut sub tutela delitescerent, igne spineto egrediēte, rex & omnes quotquot ei adhererant deflagrarunt: Hæc quidem quavis parabola sit, aut potius apologus, significare tamen voluit, impijs, quorum figura rhamnium in præfectos rerumpublicarum & reges selectis, subditos magno discrimini exponi, regnaque breui pessum itura, atque ita Sichiinitis, eo quod crudelem Abimelech in regem elegerent, euenisse certum est.

Dei punizio est, externos ad regnum conuolare.

Tertio externorum & alienigenarum hæc principum successio denotat, principum & regum peccata in causa ut plurimum esse, cur nobiles profapia deficiant & pessum eant, regnorum priuilegia statutaque; conculcentur & euertantur, alienigenarumque in regnum & solium, reiectis legitimis, admittantur, e quo singularem Dei indagacionem, colligere licet: Quam perspectam habens Dauid, & calamitatem ex ipsa promanantem aduertens, cum lacrymis dicebat, *R. Inquit a ienis diuitias suas*, id est: Diuites & reges exæcati, & à prauis affectibus, velut tyranno quodam, oppressi, magno sudore laboreque opes cogerunt, ac non nisi summa cum difficultate, fortunæ stabilem statum effingere satagunt, sed iustus scelerum vindex Deus tandem in peccatorum poenam, legitimo hærede qui in regnum & opes succedat, excluso, in alienos & extraneos coacervatas opes egeret & transferet.

*Gen. 15.*

Atque hoc est quod tantopere Abraham Patriarcha, à Deo in peregrinum se solum coactus conferre, metuebat dicebatque gemens, *Domine Deus ego & non habeo liberos & si-*

*li. procuratoris domus meæ esse Damascus Eliezer. Nihil autem non dedisti semen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit? Patriarchæ huius gemitus lamæque satis innunt, quam graue ac molestum parentibus sit, nullas, postquam diu sudauere, post se proles relinquere, quibus partas opes relinquunt, sed alios & extraneos in hæreditatem admittere.*

Ezechias rex, audito sibi propediem moriendum, atque ea de causa res familiæ & regni negotia in tuto collocanda, adeo perculsus est, & tantopere consternatus, ut ad templi parietem conuersus amare fleuerit. Quicumque locum hunc interpretati sunt, aiunt, non aliam lacrymarum regiarum causam fuisse, quam quod illiberis moreretur, regnumque amplissimum ad extraneos deuoluendum & quod suis destinauerat, in aliorum manus deuenturum esset: Ecquænam igitur calamitas, imo quam grauis Dei indignatio censenda est, regnum hoc pulcherrimum manibus Iudæorum iam eripi, & alienigenis in prædam dari?

Considerate hic vos velim, Principes, ut omnes qui malis artibus regnum inuadunt, iniquis artibus ad regnum ascendunt, instatibus ad regnum dignitate sint breuique dominio excingunt, aut propediem moriendo, aut regnum ueniunt, amittendo, & ad statum pristinum redeundo, breui eodem Herodes Alcalonita per tyrannidem ad regnum Iudæorum deuenerat, violenterque solium conscenderat: & ecce, antequam diem extremum clauderet, monarchiam suam in tetrachiam subdivisam vidit, ipsam quin etiam Iudæam à Præside Romano, externo & gentili, teneri. Abimelech Gedonius filius ad regnum aspirans, septuaginta fratres, quo pacifice regnaret, interemit: sed cheu, fallaci ridens fortuna vultu eum delusit, adeo ut breui, etiam manu mulieris fuerit interfectus. Idipsum & Ieroboamo euenisse constat, hic enim regnandi desiderio flagrans, & aduersus Roboamum dominum suum conspirans, vitulos etiam aureos populo adorandos proposuit, quo regnum firmaret, omniumque animos sibi deuinciret: sed breui felicitate delusus fuit: nam nihil minus cogitans, impietatis reus, & regno & vita spoliatur. Achab quoque regis eadem

*4. Reg. 2.*

*4. Reg. 20.*

*Quicumque*

*omnes qui*

*ad regnum*

*excident.*

*Iud. 9.*

*3. Reg. 16.*

*4. Reg. 20.*

*dem*

dem fuit fors. Hæc igitur animo vestro in-  
sculpta circumferte ô Principes.

IV. Vos vero qui ad reipubl. clauum sedetis,  
Regni Iu-  
daici diui-  
sio eius ex-  
cidium de-  
notat.  
Luc. 11.  
Luc. 3.  
Sup. Euaug.

resque publicas administratis, hic obiter cõ-  
siderate, quæ bene e diuisione hac regni He-  
braici, eius excidium colligi queat; & quam  
verum sit axioma illud Euangelicum: *Omne  
regnum in se diuisum desolabitur.* Si enim lin-  
guarum confusio turrim Babel, de qua in Ge-  
nesi, destruxit, & ad nihilum redegit, ipsa  
voluntatum dissensio & varietas, affectuum  
que discrepantia, an non multo magis regnis  
interitum & exitium perpetuum afferent:  
Videte hoc in Euangelio nostro ad oculum:  
*anno. iusto dicto Imperij, &c.*

Iudæorum  
scelera in-  
ualuerant  
Christo in  
mundum  
veniente.

Notat autem Gregor. Papa, non sine sin-  
gulari S. Spiritus instinctu, duorum hic popu-  
lorum, Iudæorum & Gentilium, mentio-  
nem fieri, præsertim cum de aduentu Messie  
in mundum omnes iam passim Ierosolymis  
agerent; vt appareret, hunc vtriusque popu-  
li redemptorem aduenisse, & e duobus vnâ  
colligere Ecclesiam voluisse. Cuius rei plu-  
res figura fuerant & præambula: vt in pri-  
mis quo illa animalia, in quorum medio na-  
sci voluit, duo illi afini, quibus in die oratio-  
nis insedit; duo latrones, in quorum medio  
mortuus; aliaque plura, quæ ante & post ac-  
ciderunt: e quibus omnibus colligi poterat,  
Messiam vtrumque populum saluatum ven-  
nisse, & e duplici materia non nisi vnum pa-  
rietem facturum.

Gal. 3.

At nondum hic quiescimus. Euangelista  
meminit adhæc sceleratorum Pontificum,  
Anna & Caiphæ, vt, quam corrupti tunc  
mores essent, non modo læcularium, sed et-  
iam sacerdotum, euidenter ostenderet. Ea-  
dem quoq; opera Dei hic bonitatem & agê-  
di consuetudinem notari velim, tunc nimirum  
mundo singulare hoc beneficium con-  
ferre cupientis, cum omnium minime pro-  
mereretur, vitijs scateret, & scelera ad lum-  
mam iam deuenissent. Huc respexit Apolto-  
lus, Galatis scribens; *Quando venit plenitudo  
temporis, misit Deus filium suum, factum ex mu-  
liere: Quam hic plenitudinem intelligit e ple-  
nitudinem inopia, plenitudinē miseriarum  
plenitudinem scelerum omnium. O bonitas  
inuidita & incomprehensibilis! Hoc autem*

nobis semper insculptum voluit Deus, ve  
hac ratione amor illius in pectore nostro iu-  
giter dominetur & ardeat. Vnde per Prophe-  
tam significauit: *Ego sum, ego sum ipse qui de-  
leo iniquitates tuas propter me. Redi: me in me-  
moriam, & iudicetur simul: narra si quid ha-  
bes vt iustificeris, pater tuus primus peccauit, &  
interpretes tui prauaricati sunt in me.* Perinde  
ac si dixisset: Non tua amore, non maiorum  
tuorum meritis inductus, (omnes quippe  
peccatis, meque variis sceleribus ad iracun-  
diam prouocatis) sed ex mera gratia, hocce  
in te beneficium contuli populi meus.

Discite hoc exemplo, Auditores, benefa-  
cere his qui vos odere: hoc quippe re factisq;  
Dominus edoctrus in hunc mundum ven-  
nit. Vnde filio æterno apud Prophetam ait  
Pater: *Dedi te in fœdus populi, & suscitares ter-  
ram, & possides hereditates dissipatas.* quia  
non modo Patri nos suo reconciliaturus ve-  
nit, sed nos nobis adunaturus. Quin etiam,  
diu ante quam descenderet, lectionem hanc  
edoctrus, Hebræis præceperat, ne Idumæos  
detestarentur, eo quod fratres eorum essent,  
nam quamuis Idumæi e prophana progente  
Esau descenderent, & Hebræos summopere  
detestarentur, nihilominus tamen Irahæitis  
præcepit, ne eosdem exosos haberent, sed vt  
fratres complecterentur. Vbi docemur, qua  
potissimum de causa inimicos nostros dili-  
gere debeamus; quia nimirum fratres nostri  
sunt, caro nostra & sanguis, & ad eiusdem  
Dei similitudinem efformati, quin & ad ean-  
dem gloriam aliquando possidendam desti-  
nati. Verum ad Principes nostros iam reuer-  
tamur.

Isa. 53.

Isa. 49.

Deus. 23.

Dan. 2.

Oracula Danielis propheta colossium no-  
bis ingentem & vultum describunt, cuius  
caput aureum, pectus argenteum, pedes vero  
lutei, & ecce tanta hanc molē lapillus monte  
deuolutus & pedibus illius aduolutus dete-  
cit, & in frustra comminuit. Designare hoc  
volebat, postquam genus humanum, a capite  
illo aureo, id est, ab ætate aurea Patriarcha-  
rum, & a pectore argenteo, id est, a sancta &  
laudabili Prophetarum conuersatione delã-  
psum, ad luteos pedes temporis illius, quo &  
Hebræorū & Gentium vita, quæ erat corrup-  
tissima deuenisset, tunc lapidē qui Christus  
est, e



est, è monte, id est, de ipa Virgine, descendit, pedesque & totum statuae huius corpus, quae è Gentilibus; & Iudeis composita erat, contracturum, & nouam Ecclesiam exstructurum. Sed audite, proferam & alia.

Concionator Euangelicus de rebus prophetanis aliquando concionem instituere potest.

Cum in Euangelio hodierno nomen Romanorum Imperatorum, Tiberium, titulos Caesares, Pontium Pilatum, Herodem, Philipum, Lyfaniam, Annam & Caipham, illos ethnicos & infideles, hos sceleratos & Simoniaciabe infectos audio; quamprimum animo occurrit, quandoquidem Euangelium à recensendis ethnicis & scelestis hominibus haudquaquam abhorret, Euangelico concionatori magnopere etiam prodesse, non facras modo scripturas accurate callere, sed historias etiam profanas monumentaque gentilium lecturasse: è quibus dum tempus & argumentum postulabit in rem suam arma poterit depromere, aut saltem è sacro armamentario educta his ipsis exacuere, quibus inimicos, & religionis vitæque melioris aduersarios & oppugnabit, & expugnabit. Quam in rem egregiam figuram proferam.

Philisthaei cum Israelitis praualerent, quos eos in potestate retinerent, eorumque rebellantium impetum compeferent, vniuersos Israelitis fabros, cutores, conflatores in terram Philistinum abduxerunt, vt è primo Regum manifestum redditur; adeo vt si Hebraei vomere aut sarculo ad colendam terram, vel gladio ad pugnandum indigerent, ad Philisthaeos se conferre opus haberent. Hinc discamus Catholici intellectum cum omni sua armatura & suppellectile non nunquam posse in terram infidelium descendere, vt ipsi arma exacuant, & ex historiis eorum argumenta elicere fas esse, quibus eos deinde oppugnet & destruat. Vtile igitur fuerit plurimam rerum historicarum, veterumque monumentorum cognitionem habere, quae tempore & loco vsu veniant.

Mundi fraus.

Matth. 10.

Ea namque mundi fraus & versutia est; vt qui in eo quiete & secure viuere desiderat serpentis prudentiam, vt Christus olim suavit, habeat necesse sit, modo virus & malitiae venenum absit. Quis enim credidisset, sub Adoniae verbis, Bethsabeam Salomonis matrem alloquentis, astum latere? Petebat ille in

matrimonium Abisag Sunamitidem Dauidis concubinam, quam deperire se aiebat; sed aliud in verbis illis venenum delitescebat. Nam simul ac Bethsabee illius postulara ad Salomonem filium retulisset, illa qua erat sapientia, tametsi iuuenis, fraudem intelligens matri ait: *Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniae, postula ei & regnum, &c.* petendo ac si dixisset: An ignoras mater, Abisag, quam fratri postulas, patris mei Dauid coniugem fuisse, ac reginae nomen adeptam, multis ab eodem locupletatam fuisse diuitiis? adeo vt si Adoniam hanc ducere contingat, in me, qua est ambitione & regnandi siti conspiraturus sit, meque regno priuaturus. Salomon igitur fraude & astu cognito fratrem interfici iubet, vt res suas in tuto collocaret. Docemini Serpentis hic prudentiam & cautelam, imo astum & prudentia versutiam, si occasiones id exigant: & praesertim in mundo fertim superiores, patresque familias, ne forte volenti vitasse filij, aut serui eos circumueniant. Haec uere necessebenda igitur prudentia est, quae è profanis scripturae auctoribus saepe erui potest, ideoque interdum in manus sumendi, quoque ex Euangelio hodierno manifeste ostenditur, in quo Gentilium nomina in rem sacram proferuntur. *Anno quinto decimo, &c.* Sed æquo hinc mihi diutius hæsisse videor: Ioanis iam praedicatione inchoanda, atque hoc alterum concionis membrum futurum.

Regno igitur Israel in tetrarchiam diuiso, & Gentibus quodammodo in praedam dato, inque alienigenas frustillatim dilacerato, Hebraica factum est verbum Domini super Ioannem in deserto. Hebraicam hic notate phrasim, qua innuitur, Deum Ioanni praecipisse, vt verbum suum populo annuntiaret: atque hæc loquendi ratio in sacris literis satis frequens & obuia est; vt & apud Isaiam: *Et factum est Isai. 31. verbum Domini ad Isaiam.* Adeo vt Ioannes triginta annorum esset priusquam concionari inciperet: hic discimus, praedicationi munus & officium ætatem maturam, magnamque prudentiam exigere. Deinde praedicator hic expectabat, donec à coelo ad docendum vocaretur; & deserto egredi, cauernis prius exire, ad populum docendum noluit, quam Deus vocasset, & iussisset.

Spiritus illi caelestes quos olim Isaias ante

Isai. 6.  
Dei

Concionator. Dei thronum volantes vidit, quamuis duab. alis volarent, quatuor alas tamen vincas & colligatas habebant. Myſterium denotat, in ijs ad quæ ex voto neceſſitateq; obligamur, qualis eſt integra legis obſervatio, & maxime obedientia ſemper nobis volandum eſſe, nunquamq; quietſcendum; at in ijs quæ præter ordinem ſuſcipienda ſunt, cœleſtem vocem à qua vocemur, ut Ioannes hic expectãdam. Obedientia ſiquidẽ præſtat ſacrificiis.

2. Reg. 6. Oza, cum currum, quo arca Domini vehabatur regeret, dum ſacerdotale munus, arcam vacillantem & lapſum minitantem profanis manibus attingere præſumẽdo, temere ſibi arrogat, vindicẽ Dei manum ſentiens, ex templo exanimis in terram concidit, & ad aliorum cautelam temeritatis pœnas dedit. Docemur hic, eos qui utro ſe, à Deo nec miſi nec vocati, in aliquod munus ingerant, & intudunt, & maxime in prædicationis quod ſacerdotum proprium eſt, temeritatis pœnam promereri, & importunæ ingeſſionis reos eſſe. Intellexit hoc Apoſtulus, dum Hebræis ſcribendo ait: *Nemo aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tanquã Aaron.* Innuere voluit magnæ temeritatis indicium eſſe, prædicationis munus velle aſſumere, & à Deo non eſſe prius ad ipſum deſtinatum. Vnde Ioannes triginta annis in deſerto vocem Domini præſolatur; & ecce tricimo anno completo, factum eſt verbum Domini ad eum.

Hebr. 3. Nemo concionatoris munus niſi mittatur, aſſumat. V. Nihil damnofius hominum confortio. Quanta myſteriorum ſeges in horum verborum agro ſeſe manifeſta! Primo, Ioannes quantumvis iam ab utero matris ſanctificatus fuerit, adeo ut mortali ſe peccato coinquinare non poſſet; hominum tamen familiaritatem confortiaq; deuitans, in deſerto & inuia ſolitudine apud ſeras habitare voluit. Nam homo homini peſtis & interitus, nullamq; quam ab hominibus grauius damnatum patimur. Hinc cum Deus Hebræos in terram Chananæorum induceret, omnes habitatores & incolas interfici, aut ſenibus peli voluit: innuere volens nihil ſceleſtorum deprauatorumque confortio deterius aut pernicioſius eſſe. Atq; hoc voluit Dauid rex, cum Sauli gemens diceret: *Maledicẽ ſerui in conſpectu Domini, qui eiecerunt me hodie, ut*

1. Reg. 16. *Tom. 1. Pars: Hyemalis.*

*non habitom in hereditate Domini, dicentes, vade ſerui dñi alienis.*

Secundo, mundi negotia deſerit, hominumq; commercium fugit, ut eo melius cõtemplationi cœleſti vacet. Hoc namq; hominib. piis & contemplatiuis imprimis neceſſarium eſt, vnde per Prophetam ait Deus: *Vacate & ſidete, quoniam ego ſum Deus: Qui cũq; Deum videre & intueri deſiderat, ab omnib. mundi negotiis liber ſit oportet.* Hinc in Genesi; Deum in rerum omnium creatione ſoli diei Sabbathi, quo ab opere ceſſat, finemq; creationi impoſuerat, legim⁹ benedixiſſe. Vnde manifeſte colligitur, illo nos tempore cœleſtem benedictionẽ promereri, quo ab humanis occupationibus vacamus, & ab omni negotio ſeculari feriamur.

Hinc quietem cum ſponſa in Canticis caperet, exultans ſponſus filias Ierofolymitanas coniuurat, hanc ne interrumpere præſumant, ſed dormiẽti adſent congratulantes; qui quiete *Adiuo vos filia Ierufaẽ, per capreus ceruicũq; cã* in monaſtorum, neſuſcietis, neq; euigilare faciatis dilectam, quoad uſque ipſa velit. Hic diſcite, Auunt. ditores, nunquã excitare, id eſt, impedire animas, ſponſas illas cœleſtes, quiete perfruẽtes, & tranquille in monaſteris degentes. In illis enim molliter dormitat, procul ab omni ſtrepitu & à turbis mundanis ſequẽt atã. Felices autem ter & amplius, quib. hac quiete perſtiti conſeſſum; ac miſeri & infelices qui eadem carent, mundi negotijs nimium implicati, eorũ quæ Dei ſunt, & ad amorem ſpiritualium rerum ſpectant, obliuiſcuntur. Cuius rei figura hæc eſt.

Erat apud Hebræos ignis in altari ſemper accenſus: præceperat namque Deus: *Ignis in altari ſemper ardebit.* Hinc porro ignem ſacerdotes tempore captiuitatis Babylonice in cauerna quadam occultarunt; quem cum poſtliminio libertati priſtinæ reſtituti, & in patriam reuerſi quaſiſſent, aquam quãdam crãſſam & ſpiſſam, ut in Machabæorum libris refertur, inuenere, qua ligna & victima deinde cõſperſa, ſole in axe nitente, & radios euibrante, ignem mox concepere. Hebræi igitur quamdiu Hieroſolymis agerent, accẽſum ſemper in altari holocauſtorum ignem habuere; ſed ipſis in Babylonem abductis, idem

Ioan. mundum deſerit, ut rebus diuinis vacet.

Psal. 34.

Gen. 2.

Leuit. 6.

2. Mach.

idem in aquam lutosam & spissam conuersus est. significare hic etiam Deus voluisse visus est, eos qui in spiritus quiete & tranquillitate procul à rerum mundanarum strepitu viuunt, diuini amoris ignem in cordis ara conseruatum fouere, ignem inquam, opera illorum desideriaq; Deo incendente & adolentem: qui dum negotiis variis implicati, in mundi Babylonem secedunt, eundem in carnam & lutum, id est, in tetra & impura desideria conuertit. Hinc Ioannes à primis annis negotia secularia deserit, in desertum secedit, vocem Domini, qua ad prædicandum inuiteretur, interea præstolans.

Ioannis  
perseuerantia.

2. Reg. 14.

Notate hic etiam Ioannis perseuerantiam, & infractam constantiam, idq; in tanta auferitate vitæq; continentia: ac nostram eheu inertiam & imbecillitatem, qui cum vix annum integrum Dei seruitio impendimus, virtutumque exercitio ad tempus incubimus, defatigati & dormiscetes à sancto proposito resiliimus, & arma deponimus. Dauidem regem sapiens & cordata quædam matrona his elogiis decorauit: *Sic est Dominus meus rex, sicut angelus Domini, qui neq; benedictione, neq; maledictione mutatur.* Quo constantiam illius & immobile robur exaggeret, angelo eum comparat, qui quod semel animo concepit, nunquam deserit, decreta eius immobilia sunt, & voluntatem nunquam mutat. Felix igitur ille & vere beatus, qui quam virtutum viam semel insistere cepit, non deserit, nullaq; prosperitate aut aduersitate à cepto reuocatur. Felix ille qui semper idem est, ac velut rupes, omnes pelagiminas & rabiem exhibilans, immobilis & infractus persistet.

Perseuerantibus vita æterna promissa est. Luc. 22.

Tam nobilis porro perseuerantia virtus est, vt, postquam Dominus in Evangelio discipulorum constantiam de prædicans dixisset: *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: mox subiunxerit, Et ego dispono vobis, sicut disposuit michi pater regnum.* Eo tentationes superassent, & in certamine infracti destitissent, cæleste iis regnum pollicetur; vnde colligere est, eos coronam & diadema promereri, qui in virtutis studio perseuerant. Hinc virum iustum soli nunquam lumen amittenti, stolidum vero lunæ, in

menstruas mutationes distinctæ, comparat Sapiens: *Iustus sicut sol permanet, stultus autem sicut luna mutatur.* Atque vt chameleon loci in quo versatur colorem attrahit; ita inconstantes & mobiles; in horas & quauis opportunitate oblata mutantur.

Viginti quinque iam annis Ioannes eremum, instar anachoretæ, incoluerat, inque vasta solitudine habitationem fixerat: è quo de sanctitate illius ominari licet. nam vt nobilissima ac generosissima aues semper in lustris & desertis locis volitant, rupeque inaccessibleis inhabitant, hominum familiaritatem exosa, ne fortasse eorum insidias experiantur: ita sanctissimi quique & diuina contemplatione nobiles, mundanorum familiaritatem, & commercia deuitant, ne forsitan inescari ad prauorum imitationem transuersum abripiantur, ideoq; in solitudinem & eremum secedunt, atq; hunc in modum seipsum alloquebatur Bernard. dicēs: *O anima mea sola es, vt illi soli te solam seruis quem ex omnib. elegisti.*

Iulius Cæsar dicere solebat, nunquam se minus solū esse, quā dum solus esset, qui hoc fieri posset, interrogatus, prudentissime respondit: huiusmodi debere nos seligere socios, qui meliores nos efficere consuetudine sua possent; prauorum vero & sceleratorum consortia fugienda, quorum vita damnū & detrimentum afferre soleat. Si enim viuentiū, inquit, consuetudinem confector, omnes in vitia pronos cōpetio. At dū solus sum, mortuorum cōmercio societateq; gaudeo, eorum heroica facinora virtutesq; litteris cōsignatas lectito, ac toridem tunc stimulos & calcaria sentire videor quib. ad imitationē inciter, itq; similis esse quodammodo cōpellar. Huc accedat præclara illa D. Antonij sententia, qui initio conuersionis dicere solebat, *Si saluari velis, honores & homine fuge* Hoc profecto magnus Zachariæ filius fecerat, qui iā inde à quinto ætatis anno, mundo valedicēs in desertū secesserat, & trigessimū hodie annū agens, eodē egreditur, vt mundū ad penitentia vocet, Dei; Euangeliū de prædicet. Et venit in omnem regionem Iordanis. Hinc discere possumus, perutile sapenū numero esse, ne dicam necessarium, cōtemplationē relinquere, & misericordia operibus vacare: præ-

Luc. 3.  
Contemplatio.  
VI.  
Interdum deferenda operaque ser-

miseri-  
cordiæ exer-  
cenda.

sertim cum ille Anachoretarum Primas Io-  
annes, qui tanto tempore contemplationi  
studuerat, deserto egrediatur, inque mundi  
turbas se coniciat. Actio porro & contem-  
platio forores sunt, quarum figura & exem-  
plar Martha & Maria fuere, ambæ Christo  
carae. Quod egregio è Cant. carmine conce-  
ptu notius reddam. Ita namq; sponsam suam  
alloquitur sponsus: *Qua habitus in hortis,  
amici auisculant te, fac me audire Vocem tuam.*  
Quasi dicere voluisset, o anima, quæ ut pluri-  
mam per florigera & amœna diuinæ con-  
templationis prata obambulas, egredere pau-  
lisper, & veni in nosocomia & xenodochia,  
veni in ptochotrophia, in domos pauperum  
ac viduarum: illic audire vocem, opetaque  
miseri cordiæ qui exerces, videre velim: illic  
pauperes, amicos suos, operire, quite vide-  
re vocemq; tuam audire gestiunt.

Ezech. i.  
Content-  
platio a-  
ctiõni iun-  
genda.

Animalia illa prodigiosa, quæ Propheta  
olim vidit, volabant, & manus etiã hominis  
sub pennis habebant. Mystico hoc emble-  
mate designare voluit Deus, desiderare se in  
nobis & alas contemplationis, & manus qui-  
bus operemur, proximoq; in necessitate cõ-  
stituto succurramus. Notandum quoq; hic,  
singula hæc animalia manus hominum ha-  
buisse. Sunt enim plurima aquilæ quidem  
alas habentes, sed vnguibus leoninis defor-  
mes, & fetinas manus præferentes, qui quã-  
uis in meditationibus suis mirifice illumi-  
nentur, & interdum in sublime efferantur;  
operibus tamen barbariem quandam & in-  
humanitatem præferant. Horum de nume-  
ro Ioannes non erat, sed ad horum animaliu  
imitationem, habebat & actionem & con-  
templationem. cum enim tanto tempore in  
deserto meditationi rerum diuinarum stu-  
diuisset, hodie vitã actiuam inchoat, mundũ  
docet, peccatores coarguit; ad pœnitentiam  
deuios reuocat. An non auditis, vt per arbo-  
reta & opacam solitudinem vox illa strepat:  
*Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.*

Marc. vi

Ecquis ille, Deus bone, Doctor? Ecquis  
Ecclesiastes in deserto sc. a pueritia educatus  
erat, triginta annis in solitudine, velut in vm-  
bra, sese exercuerat, ab omni sæculari strepi-  
tu & rerum mundanarum impedimentis im-  
munis, & ab hominum commercio familia-

ritateque penitus remotus. Diues ille Euan-  
gelicus, inferni supplicii ex cruciat<sup>9</sup> patrem  
Abraham rogauit, vt angelum, vel aliquem  
è mortuis, ad fratres destinaret, qui eos ad  
pœnitentiam hortaretur. credebat siquidem  
huiusmodi prædicatorem plus apud illos,  
quam alium quempiam, eo quod ab altero  
venisset orbe, auctoritatis & ponderis habi-  
turum, sibiq; persuadebat, prædicatorem vi-  
tam huiusmodi instituere debere, vt non de  
hoc mundo, sed de altero, venisse iudicaretur:  
qui vero mundum & mundana redoleret,  
huic muneri penitus ineptum esse.

Hinc Ezech. Deus ad annuntiandum ver-  
bum suum emittens, hoc ei modo locutus est:  
*In conspectu eorum portaberis, in caligine offer-  
reris, faciem tuam velabis, & non videbis terram.*  
Innuere voluit, concionatoris esse, raro pro-  
dire in publicum, & non nisi clam & occulte,  
raroq; se in populi conspectum dare: oculos  
quoque ei velandos, ne terram aspiciat, i. e.  
turbis & negotiis sæcularibus se immisceat.

Ezech. ii.

Ioannes in Pathmos insulam relegatus,  
angelum vidit, qui Babylonem præteruola-  
ret, manuq; æternum Euangelium gestaret;  
qui cum alta voce in clamasset: *Timete Domi-  
num, & date illi honorem*, vrbs cõcussa ad ter-  
ram concidit. rem miram, tamen verissimã!  
innuit autem, veri prædicatoris nomine eum  
dignum esse, qui Angelicam viuendi ratio-  
nem exprimat, Euangelium manu præferat,  
id est, cuius opera verbis quam proxime re-  
spondeant, qui in vrbibus non commoretur  
aut tergiuersetur, sed quodammodo volan-  
do pertranscat. Felix autem ille & vere felix  
qui egregiam hanc symphoniam edere po-  
test, qui cor ad linguã, mores ad verba tẽpe-  
rare nouit. Vnde bene. mea quidem senten-  
tia Salomon: *Legem meam quasi pupillam ocu-  
li tui liga, in digito tuo scribe illam*, legem au-  
tem digitistunc concionator inscribit, quã-  
do quæ dicit opere complet, vitamq; verbis  
adaptat. Vtrumque Ioannes quam perfectis-  
sime expleuit: vita siquidem eius prædicatio-  
nis, & prædicatio vitæ, respondebat. In deser-  
tis enim viuebat locis, ac non nisi pœniten-  
tiam docebat. Hoc autem concionum illius  
thema: *Parate viam Domini.*

VII.

Apoc. i.

Cur Ioseph Patriarcha Aegypti Domi-  
nus

I 2

Marc. i.

*Gen. 41.* nus constitueretur: & triumphum quodammodo ageret, præ eo eum præcedens clamabat, ut omnes genu coram eo flecterent, & vniuersi regni præpositum eum agnoscerent. Ad eundem etiam modum Ioannes hodie, Messia: aduentum veluti præ eo ante eum præcedit, clamans & omnes excitans, ut vias illi parent, impedimenta remoueant, honorem debitum exhibeant, atque ut mundi redemptorem eum agnoscant. Ita namque de eo vaticinatus erat Zacharias pater. *Et tu puer Propheta Altissimi Vocaberis; præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Via igitur Domini præparanda sunt.*

*Luc. 1.  
Lent. 5.*

Allegoria.

Cur Hebraei in deserto non fuerint circumcisi.

Quicumque in lege veteri par turturum pro peccato offerret, aut duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, alterum pro peccato immolabat, at qui pro expiatione peccati offerendus erat, iugulari prius, omnemque sanguinem profundere debebat. nolebat enim Deus sacrificium hoc sanguine scedari. *Et asperget de sanguine eius parietem altaris quidquid autem reliquum fuerit, facies distellare ad fundamentum eius, quia pro peccato est.* Sanguis hic primo effundendus, ac deinde victima immolanda & comburenda denotant, prius desideria carnis nostræ mortificanda, quam Deo cor in holocaustum & sacrificium offeratur. Atque hoc est, iuxta Evangelij sensum, vias Domino præparare.

Præceperat olim Deus, Hebræorum masculos octavo die circumcidi; quadraginta tamen annorum spatio; quo in deserto Sinai hæere, nemo legitur circumcisis; donec terrâ promissionis ingressi essent; sed quotquot Ægypto exierant, in deserto mortui sunt. Mystica autem rei huius ratio hæc est: quod Deus veram fore eorum circumcisionem non crederet, qui quotidie ad ollas Ægyptias adspiciant, ac præter Ægyptum nihil somniant. Et profecto illi circumcisione, quæ in corde peragitur penitus indigni censendi sunt, qui Ægyptum semper in animo & cogitatione gerunt, vitulos aureos in deserto adorant, mundi que captiuitatem æquo animo ferunt, adeo ut liberiam eandem denuo experiri velint. Quamobrem omnia hæc velut impediens salubra, detruncaanda sunt, ut ita Domino via

paretur, & Ioanni fides habeatur, dicenti: *Parate viam Domini.* Id est, Animas vestras adornate, conscientias præparate, virtutibus si quibus potestis, easdem insignite, domicilium animæ vestræ, quam poteritis optime instruite; & pretiosissima suppellestili replete; si quid autem ad ornatum deerit, Deus, quæ illius benignitas, & liberalitas est; de suo conferet, & abunde supplebit. Admirationem scilicet regum mundi huius, qui quocumque diuertant, etiam in palatio lectissimo ornatissimoque, supellestilem tamē omnigenam & pretiosam secum trahunt, ac præfertim ea quæ ad regium splendorem facere videtur. Formosa quidem fuit Iudith à Deo condita, pretiosa & splendida fuere vestes quas induerat, quo gratiam in oculis Holofernis inueniret, attamen, quoniam natiua illa pulchritudo, & decor ascititius non sufficiebat, Deus singulari quadam ratione pulchritudinem eius auxit, adeo ut quæ prius cum nymphis, postea cum duabus forma contendere potuisset. Hinc discimus, Deum, quando animam illustrare & adornare, conscientiasque virtutibus insignire contendimus; perfectiones alias, & copiosam gratiam de suo vltro profundere nostrisque ornatus & pulchritudinis esse studiosissimum.

Nam ut formæ substantiales, dum materia Philosoph. axioma. formam tribuunt, eandem quoque perficiunt: quæ quamprimum ut locum habere coeperint, mox subiecto esse, mouere, sentire, vitam, & actionem conferunt: Ita benignissimus Deus gratia sua animam nostram polit & informat: qui quamprimum ut eam subiecit, quidquid ad ornatum eius deesse videtur, largissime suppeditat. Atque huc respexisse visus est Salomon, cum de Sapientia diceret: *Veniunt omnia bona pariter Sap. 7. cum i a.*

Virgines illæ, quæ coram rege Assuero *Esth. 2.* comparate statis diebus debebant, præter ornamenta, monilia, cimelia, quæ secum deferebant; quidquid sibi ad ornatum deesse putabant, a rege ornatus & pulchritudinis studiosissimo accipiebant, quo elegantiores & formosiores viderentur: ita quidquid nobis ad animarum perfectionem & ornamentum

mentum putabimus deesse, & spiritualibus Dei regis nostri thesauris petere poterimus, qui nihil huc spectans denegabit. Cum vero coram maiestate eius nos sistere voluerimus, persuadeamus nobis quæso, Deum, præter pulchritudinem, virtutumque decus quod acquisivimus, plura alia gratiarum ornamenta è thesauris suis, vt Estheri reginæ eunuchi, suppeditaturum, charismatibusque variis nos adornaturum.

1. Par. 5.

Deus animam gloria aduentu suo replet.

Crediderat quidem rex Iudæ Salomon, splendidissimam se Deo domum construxisse: at quoniam nihil esse, imo tantæ maiestatis intuitu sordere eadem videbatur; nebula illam & gloria Dominus replevit, atque ita tandem dignum se palatium & habitaculum effecit. Annon hic discimus, omnietiam ornamento adhibito, quo animas ad Deum recipiendum præparamus, nihil nos effecisse, imo omnia ipso indigna esse; ipsum vero, cum in eisdem descendere voluerit, noua quadam ratione illas adornare, gloriaque & maiestate complere? Tamen quantum possumus, easdem ornemus, ac pro viribus venustati ac splendori earum studeamus, & merito.

Exod. 19.

Si enim, dum Angelus, Dei personam representans cælo descenderet; omnem populum, ipsos etiam sacerdotes sanctificari & mundari voluerit Deus: quanta obsecro sanctitate & munditie opus est, vbi ipse Deus in animas nostras descendere voluerit? Hinc bene, Iudæos alloquens exclamat Isai. *Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum, id est, paucis vt dicam, Parate viam Domini.*

Isa. 1.  
Marc. 1.  
Num. 11.

Pridie quam Dominus, Hebræorum æconomus, dum coturnices & volucres in castra Israël, velut commeatum, plueret; clangere buccinas voluit, & per omnes castrorum angulos edici, *Sanctificamini, & comedite carnes.* Cogitate obsecro vobiscum, si Deus ita Israëlitis ad coturnices & cibum corporalem sumendum paratos voluit: an non præparationem ad epulum illud regium, diuinum, ac vere cæleste, quod in incarnatione filii Dei, eiusque aduentu adornatur, in quo animæ nostræ incredibili gaudio delicias incomprehensibilibus, gloriaque inestimabili

reficiantur, merito à nobis omnibus exigat.

Esai. 4.

Nemo pannosus aut sacco indutus atrium interius Assueri regis ingrediebatur, nisi certissimum capitis periculum adire velleret: nullus enim nisi splendens & rutilans admittebatur. Si terreni regis maiestas & amplitudo hunc fastum & ornatum requisivit, an non maiorem rex ille cælestis promeretur? profecto indecorum & ineptum esse censeo, pannosum & lacerum coram maiestate illius apparere, laciniis inquam peccati deformem, & sordibus seclerum putrescentem: quamobrem omni ratione cauendum, ne, cum aduerit, res nostræ pessimo sicut loco, vitiiisq; sordemus, aut laceri simus: ideo date operam, vt Domini vias præparetis.

Ipsa porro via Domini nihil aliud est quam voluntas nostra, per hanc enim ad gratiam & iustificationem peruenitur, & sine hac ad nos Deus accedere non potest, aut suam erga nos misericordiam ostendere: ideo siquidem exigit, vt viam paremus per quã ad nos descendat. Omnia autem peccata viæ nostræ sunt, sola virtus viæ Domini: quæ à se mutuo nimium quantum distant, *Nonsunt*, inquit Propheta, *via mea sicut via vestra, & cogitationes mea sicut cogitationes vestra.* Peccatorum quippe via ampla est & lata: semita autem Domini angustissima. Ipsa quoque vita nostra via ad gloriam æternam est, ideoque viatores & peregrini, interea dum hic viuimus, nuncupamur: hæc porro, dum nascimur, incipit: dum morimur & hinc abimus, desinit & expirat.

Voluntas nostra via Domini est

Isa. 58.

1. Cor. 5.

Ita scilicet philosophatur Apostolus Paulus, *Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino.*

Psal. 24.

Ipsæ etiam Dominus vias habet & semitas. Vnde Psalmographus easdem sibi demonstrari postulat ait, *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Vias solum sibi demonstrari postulat, de se confidens facile se easdem sequi posse: ac semitas edoceri vult, & in iis à Domino dirigi: viarum autem nomine præcepta decalogi hic intelliguntur: per semitas autem consilia Euangelica: ad decalogi mandata omnes omnino mortales obligantur, ad consilia vero nulli nisi qui vltro iis se subdunt. Præceptum siquidem est & Do-

Deus habet vias & semitas.

mini via, eleemosynam extrema necessitate oppressis largiri: at consilium & non nisi trames & semita, diuenditis suis & pretio in pauperes distributo, monasticam profiteri. Hinc est, quod qui consilia sequi contēdunt, maiora certamina patiantur, maioriq; discrimini expositi sint, quam qui vias ingrediuntur communes & tritas. Solent enim a p̄donibus mercatores dispoliari, non in via regia aut planitie: sed in angustiis viarum, & inuis salibus: Ita quotquot in mundi huius saltu, angustas consiliorum diuinorum semitas ingrediuntur, maius discrimen adeunt, quam qui regiam viam insistant, & publica p̄ceptorum decalogi itinera calcant.

Gen. 49.

Emblematicè & allegoricè insinuauit hoc patriarcha Iacob, eum filiis benedicens dixeret: *Coluber in via, & corastes in semita, ut mordat ungulas equi, & cadat ascensor eius retrorsum.* Emblemata hoc denotare voluit, diuinorum mandatorum vias non tantæ molis esse insiltere: sed vt consiliorum semitas quis secure & illa se pertranseat, hoc opus hic labor est: Hoc saltem in primis tenendum, Domini viam omnibus parandam esse.

Quatuor solent in via difficultates occurrere.

Quatuor solent, vt plurimum, in via aliqua difficultates occurrere: prima si aspera, salebrosa, & confragosa sit: quam difficultatem vt euitemus. Ioannes ait, *Erunt aspera in vias planas.* Secunda, si anfractus & implicitos labyrinthos habeat: hanc vt tollamus, dicitur: *Erunt praua in directa.* Tertia, si valles habeat profundas, ob quas descendere oporteat: hæc vt auferantur, additur, *Omnis via is imple: itur.* Quarta & postrema, si scopulosus & difficilis in medio viarum mons occurrat, quem transcendere sit necesse: cuius impedimenti tollendi ratio est quam Euangelista subnectit: *Omnis mons & collis hum liabitur.* Porro per montes hos viarum facilitatem impediētes, superbia, ambitio, honores, dignitatesque mundi huius intelligi queunt: atq; in horum iugis & culminibus Deus non reperitur, quippe qui in iisdem sedem non figat, nec commoretur. Notauit hoc in Canticis sponsa, dum ait: *Ecce ipse venit saliens in montibus, transiliens colles.* Sed inculte superbiæ mons, quo ampliores & maiores na-

Luc. 3.

Montes honorum symbolum sunt.

Cant. 2.

ctus es à Deo gratias & charismata, eote Eccl. 3. ipsum deicere deberes profundius. Admonuit hoc ipsum Salomon. *Quanto maior es, inquit, humili te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Per has autem loquendi rationes, omnes nos in moribus auferre vult sordes, vitæque maculas & imperfectiones penitus eluere.

Atq; hoc est, cuius hodie vos Auditores, Conclusio, admonitos velim. Præparete igitur vias Domini, itinera mundate, conscientias vestras purgate & complanate, animasq; vestras ad magnum illum dominum recipiendum disponite. Annuntio vobis eum in foribus esse, aduentum illius iam instare, imo adesse iam iam in limine: vias igitur peristromatis conuestite, palatium ei dignum instruite, confessiones accurate scopis, sordes omnes & congeriem scelerum euertite, penitentia vnda omnia abluite, nullumque vel minimum peccatum, aut labeculam in eo relinquit, superbiæ & magna promittentis sibi cenodoxia montes complanate: auaritiæ & libidinis valles, ne dicam abyssos, complete: negotiorum secularium labyrinthos & anfractus rescindite: dumeta denique & vepreta, & prauorum desideriorum senticeta succidite. Atq; hæc optima, eaque præstantissima, via Domino parandæ ratio.

In hoc obsecro, sanctissime animarum nostrarum Zelator, æternæ & omnipotens Deus gratia nobis tua succurre: & quandoquidem nos adire, & corda nostra in habitaculum tibi seligere voluisti, benedictionum tuarum aularis eadem adornare digneris. Hic enim, si nos ipsos intuemur, vires nostræ deficiunt, hic fatiscimus, hic nostra paupertas in tanto scilicet Principe recipiendo & iuxta merita illius palatium instruendo, apparet. nam quidquid huc conferri vndiq; conquisitum potest, tibiq; offerri nihil est, angustum est, exiguum, finitum & circumscriptum, præsertim tu infinitus cum sis & immensus, quique mundi ambitu comprehendendi nequeas: Tuum igitur est, clementissime Deus, miscellas & nudas animas nostras, vt digne Creatorem suum recipiant, præparare, gratiam largiri, peccatis earum ignoscere, ad viam virtutis illas deducere, & ad-

& aduersus vitiuorum insultus & impetus armare: simulque certissimam æternæ beatitudinis obtinendæ spem impertiri: quam concedere nobis omnibus dignetur, venturus propediem in mundum vnigenitus Dei filius. Amen.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI.

Partes.

1. *Qua vtilitas meditationis.*
2. *De admiratione Mariae & Ioseph.*
3. *De ruina & signo.*
4. *De Anna in templo assiduitate.*

Erant Ioseph, & Maria mater Iesu, mirantes super his quæ dicebantur de illo. Luc. 2.

FIGVRA.

Exod. 15.

SACROS Moyſis libros volutanti, sacramque Templi suppellectilem intuenti, occurrunt in tabernaculo foederis duo Cherubim, qui extensas alas habentes auerſis Propitiatorium vultibus contemplantur, quod singularis admirationis signum est. Ipsum quoque in Euangelio hodierno legere videor: in quo duo noui Cherubim, Maria scilicet Deipara, & Ioseph, sanctarum meditationum alas extendentes, nouum illud Propitiatorium, Iesum Christum in templo intuentur & obtuſeſcunt. Nihil hic præter admirationes, prophetias & vaticinia occurrit; quæ vt digne exprimamus paracliti Spiritus auxilium implorandû, & in ipsum gloriosissimæ Deiparæ preces & interceſſio adhibenda. Hinc salu- tabimus eam verbis quibus olim paranympus Gabriel eam allocutus est, *Aue Maria,*

I Lib. 4.

Oratorum princeps Tullius cum in quaestionibus Academicis de actione & operatione intellectus ageret, prudenter & docte admodum scripsit: *Est animorum ingeniorumque nostrorum naturale quasi quoddam pabulum, consideratio contemplatioque natura, a quo homo & erudito cogitatio est viuere.* Quod ille de rerum naturalium intuitu contemplationeque; equidem hodie de spiritua-

lium & diuinarum meditatione dicere audebo: solam nimirum rerum celestium, omniumque operum quæ Deus operatus est & indies operatur contemplationem, animorum nostrorum pabulum & delicias esse, hominiquè Christiano solam hanc considerationem, vitæ & spiritus loco existere. Atque hoc modo viuere solebat Psalmographus cû diceret: *Et Meditabor in omnibus operibus tuis: id est, quidquid agam aut cogitabo, opera semper tua meditabor, & omne exercitium meum erit, admirabilia tua contempleri.*

Jeremias cum hominis iusti perfectiones describeret, ait: *Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se.* Omne studium scilicet hominis pii & collecti erit, solitudinem & quietem sectari, tacere, linguæ frena compescere, quo animam sanctis exercitiis distineat & pascat: idque quia sancta quadam meditatione se super se eleuabit. Tria hic essentialia contemplationis membra notanda sunt: solitudo in primis, silentium, & spiritus quædam elatio, id est, vitæ perfectio & virtutum studium.

Tres partes meditationis essentialia sunt: solitudo in primis, silentium, & spiritus quædam elatio, id est, vitæ perfectio & virtutum studium.

Prodigiosa illa animalia, quæ tot mysteriorum matres sunt, *ibant & reuerſebantur instar fulguris coruscantis:* id est, magna celeritate. Docemur hoc emblemate, magna diligentia & festinatione, ab externo operum sanctorum exercitio, ad contemplationis studium, ab actione ad meditationem, à turbis ad requiem, à strepitu ad solitudinẽ, à præliis ad umbram & gymnasium redeundum esse: atque in hoc animarum sanctarum perfectionem consistere.

Ezech. 1.

Hic sponsa illa in Canticis, sponsi & dilecti perfectiones enumerans pulchritudinem, labiorum & dentium decorem potissimum celebrat. *Guttur tuum sicut vinum in optimum dignum dilecto meo ad potandum, labius, ut ac dentibus illius ad ruminandum.* Per dentes hos & labia ad ruminandum apta, sanctæ exercitiû meditationis intelligere vult sponsa, simulque inuere, eos qui os ad ruminandum habent, id est res diuinas contemplandas, omni laude dignissimos esse, diuinæque maiestati gratissimos.

Cant. 7. Sponsa dilectum à meditatione rerum diuinarum laudat.

Et quoniam ruminacionis mentio incidit, reperio in Leuitico, omnia animalia, quæ bifida-

Leuit. 11.



dam vngulam non habent, nec cibum sumptum ruminant, immunda, Deoque inuisa quodammodo cenferi, Bisida hæc vngula, caritatis signum est: ruminatio autem, denotat eos qui caritate carent, & superfluum vngues in pauperes sua effundendo, nõ diuidunt, item eos qui non ruminant, id est, diuina opera nunquam ob oculos habent, ab omnipotente reici, ac velut immundos & abortiuos reprobari.

Mundus inferior cum superiore connectitur.

Docet in meteorologicis Aristoteles, inferiorem hunc mundum necessario cum superiori connecti & copulari debere, vt nimirum siderum potentia, & influxus cœlestes, occultæque qualitates astrorum rebus inferioribus communicentur. Id ipsum de animarum nostrarum statu iudico: nimirum animam & mentem nostram diuinam semper coniunctam & annexam esse debere, idque per assiduum amorem & contemplationem perpetuam: vt nempe influxus cœlestes, & luminis illius supernaturalis radij in eam descendant, quibus illustrata vitæ æternæ fructus producat: & ad hoc nos adhortatur Propheta, *Accedite ad eum & illuminamini.*

Psal. 33. Conferuatur omnia, iuncta suis principijs.

Omnia quoque in esse suo conferuantur, cum causis & principijs suis, è quibus ortum habent, annexa manent, in istisque continentur. Hinc pisces in aqua, planta & germina in terra, beltæ in siluis & agris viuunt & degunt. Mens igitur hominum, quæ è cœlo & Deo immediate ortum sumpsit, vt ipsi quam proxime vniatur, & in ipso habitet necesse est, vt nimirum in esse suo permaneat per eum, à quo originem duxit & descendit. Hoc autem per solam rerum diuinarum meditationem fieri potest.

Ecclesi. 6.

Ad hanc, quam dixi meditationem nos adhortatur Sapiens, dum ait: *Constatum tuum habet in præceptis altissimi, & in mandatis eius assiduus esto, & ipse dabit cor.* Dare autem cor, nihil est aliud quam rerum diuinarum intelligentiam tribuere, & affectum erga cœlestia animo imprimere, qui in sceleratis & impijs hominib. inueniri nequaquã potest, de quib. & Psalmista: *Nesciuerunt (impij) neq; intellexerunt, in tenebris ambulant,* adeo vt sancta meditatio cœlestiumque ac supernarum rerum contemplatio hominem prudentem & cau-

Psal. 81.

rum reddat intellectumque eius illuminet. Testatur hoc August. in Meditationum lib. meditationis effecta enumeras, *ipsa*, inquit, *pariet scientiam: scientia compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio incensus orationem:* respexit scilicet ad verba illa Psalmographi. *Psal. 38. In meditatione mea exardescet gnus.*

Nam quemadmodum calor qui in aqua est, ab igne subiecto, aut sole superimminente, non autem ab aqua, procedit adeo vt ipsa igne aut sole remoto ad suam redeat naturam & frigescat: ita deuotionis feruor (teste D. Thoma) à rerum cœlestium meditatione proficiscitur, quæ ablata, ignis succensus paulatim deficit, ac pietatis ille ardor sensim extinguitur, itaq; anima ad pristinum statum, ad nugas sc. solitas & voluptates quibus olim assuevit, reuertitur. Quamobrem qui ignem hunc in pectore suo perpetuum esse cupit, & hoc calore semper æstare desiderat: nunquam à Deo debet recedere (ille enim ignis consumens est) verum maiestati eius in dies quam proxime accedere. Huius autem accessus & familiarioris commercii causa ipsa est meditatio: quæ præterquam quod animam succendat, recreat etiam & veras eidem delicias adfert. Quod testimonio è sacra pharetra de promptoriorum faciam.

Pius ille rex Dauid, cum delicias quas ex Dei operum contemplatione interdum in animo sentiebat, attentius secum perpenderet, præ gaudio & exultatione exclamatur. *Quam dulcia sancibus meis eloquia tua! super mel & fauum ori meo,* merito quidem, inquit Hieronym. nam postquam mel aut alius citras adfertur in stomachum demissus est, mensæque delicias, ablata, nullus in ore fereulorum sapor remanet: at verbum Dei incredibili suauitate reficit eos qui id ipsum assidue ruminant & meditantur. In cuius rei testimonium, loco verborum, *in iustificationibus tuis meditabor,* ex Hebræo quidam ibidem legerunt, *In mandatis tuis deliciabor:* quasi meditari, & deliciari eadẽ significatione diceretur; & doctus ille Felix adhuc sensum admodum idonee, Vulgata illa verba, *Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consiliu meum iustificationes tue* hoc modo transtulit: *Etenim mandata tua solatio mea, & iustificationes tue veri consilij mei:* perinde ac si

ac si

ac si dixisset: nullæ animo occurrere maiores delicia queunt, nulla lætiora solamina obuenire, quam decreta tua, & misericordias tuas infinitas incõprehensibilesq; meditari.

Cæterum ipsa meditatio animo robur & vires suppeditat. Hinc cum Deus Samsonem omnium mortalium fortissimū efficere vellet, in crinibus robur situm esse voluit: eoque tamen crinibus cum robore similitudo aut sympathia diuinam hic notare prouidentia, auditores per crines: namque ut ait Hieron. in verba illa Isaia, 3. *Erit pro crispati crine caluitiū, cogitationes desinantur.* Deus igitur, ut demonstraret animæ vires, meditatione cogitationeq; consistere, Samsonis robur in

Animæ robur in meditationibus.

Hier. 12.

Exod. 30.

caesarie cõstituit. Quamobrem, Christiani, si daemones ipsi velitis esse superiores, si eorum impetus infringere: opera Dei assidua meditatione recolligite: cogitationesq; vestras ad cœlestia sustollite, ac si anima calueat, si erinibus his destituta fuerit, diabolus eo quo Sampsoni Philisthæi modo, vobis præualebit, & Dominū in vos obtinebit. Quos quia Israelitæ nō habebant, deplorat fortem eorum Hieremias. *Desolatione desolata est omnis terra, quia non est qui recogit et corde.*

Ita Dominus Mosem olim allocutus est, *Sume tibi aromata equalis ponderis, & cum in tenuissimum puluerem contuderis, pone ex eo in tabernaculo foderis.* Per aromata hæc & suffimenta Origenes opera supernaturalia quæ Christus nostri redimendi ergo edidit, qualia sunt lachrymæ quas effudit, suspiria quæ corde imo deduxit, sanguis quæ in nostri Redemptionē obtulit, ite amor aliaq; designari putat. Omnia hæc minutim in sanctæ & piæ meditationis mortario si terantur & tundantur suauissimum odorem edent. Nam ut aromata, nullum, nisi terantur, odorem emittunt, ita etiam diuina mysteria resq; cœlestes & ad Deum spectantes, nisi assidua contemplatione minutim subtiliterq; cõrundantur, nullum odorem dabunt.

Deut. 7.

Sublimem hanc Philosophiam Hebræos edoctrurus Moyses, populo dicebat, *Recordaberis cuncti iunioris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus, quadraginta annis.* Ad eundem modum & te, o homo, beneficium tibi à Deo in vita tua peregrinatione collatorum sem-

Tom. 1. Pars Hyemalis.

per recordari decet: quod per assidua meditationis auxilium obtinere poteris.

Difficilia aliquot in libris Eldre reperio *Esther. 4.* nigmata, quæ nemo facile soluat aut intelligat: quid est enim *Reuoca diem præteritū, me- tir: vêtum, & ignem pondera*: solutionem horum habere vultis? Ipsa meditatio omnia hæc facili negotio dissoluet: illa namque reuocat nobis in memoriam beneficia quæ à longo iam tempore in genus humanū, & priuatim in nos ipsos collata sunt: vitæ quoq; breuitatem dimittitur, quæ nō nisi vapor est ad modicum parens & aura inanior: ignem quoq; illum horribilem, tartareum inquam, secreta & tacita cogitatione ponderat, & intellectus statera imponit.

De animalibus illis ab Ezechiele Prophe- *Exech. 1.* ta visis scriptum est, *Facies eorum & penna eorum extēta desuper.* Facies intentionē, alæ vero eleuationē mentis denotant, quod omnis iustorū cognitio & sollicitudo non nisi circa cœlestia versetur, & in omnib. suis actionib. non alium finem nisi Deum sibi proponant, in eumq; velut in scopum colliment. Atque hæc vni meditationi accepta refertū debent, in cuius gratiam prolixum hoc exordiū deduxi, quod in Euāgelio hodierno gloriosam Virginē Mariam & Iosephum in templo cõtemplantes intuear, & extra se quodammodo raptos, cum Simeonis senis & Annæ viduæ vaticinia, & præconia de puero Iesu audiunt. Textus Euangelij hic est, *Erant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his quæ dicebantur de illo.* De hoc themate dicturus & vtriusque admirationē vt admiremini effecturus, duas in partes ipsum distinguam. Prima Iosephi & Virginis stuporem proponam: secunda oracula & vaticinia Simeonis & Annæ Phanuelitidis recenserebo: atque ita mihi Euangelij medullam exsuxisse videbor.

Auspiciando igitur, non possum quin hæc admirationē demirer, quam & plurimi mecum Patres olim demirati sunt, vt Origenes, Fulgentius, Ambros. Bernard. S. Thomas, alijq; Si enim admiratio, vt quidam Philosophi docent, ignorantia filia: dicemusne Deiparam & Iosephum ignaros fuisse eorum quæ euetura erant: nequaquam. absit, vt eorum fatiam hoc obscuremus fuligine, & in

Admiratio ignorantia filia.

K ipsos

ipfos iniurij simus. At fatius fuerit dicere, hanc Virginis admirationem similem fuisse ei, qua Christus centurionis postea fidem admiratus est: *Audieris autem eius miratus est.* Quæ verba D. Thom. exponens, duo admirationis genera esse ait, vnam ab ignorantia proficiscentem, atq; hanc nec in Christo, nec in Deipara locum habuisse: alteram quæ ex obiecti magnitudine & maiestate ortum habet, atq; ita mundi capacitatem, terræ amplitudinem, cælestium orbium altitudinem maris profunditatem, astrorumque pulchritudinæ demiramur, quamuis omnia certissime nobis constent. atque hoc admirationis genere credendum est, Virginem in mysterij huius magnitudine obstupuisse.

Certum est igitur, stuporē hunc ex ignorantia non venisse: neque enim ambæ illæ mentes, sanctitate nobiles, ignorare poterāt, puerum hunc, Dei filium & mundi redemptorem esse. Hoc nempe, ex revelatione Spiritus sancti, ex Angelica salutatione, ex Magorum aduentu, pastorum adoratione, stella nouæ exortu, Prophetarum oraculis, demum ex vniuersa natiuitatis Iesu Christi serie quæ omnia huius rei certissima & manifestissima fuerunt indicia, cognouerāt. Sed mirabantur non sine stupore, cum attente considerarent ea, quæ Simeon & Anna de puero referebant: beneficia enim Dei quo magis agnoscuntur, quo maiorem in animis stuporem excitēt: atq; ideo melius eadem cognoscimus, cum attente contemplamur. Habet hoc nempe omnis meditatio vt maiorem rerum notitiā pariat; notitiā vero admirationem & stuporē. Testatur hoc Psalmographus dum ait, *ir. bilia testimonia tua, ideo scrutata est anima mea.* Perinde ac si dixisset, eo quod mihi magis mirabilia visa sunt: vel, eo quod mysteria tua mirabilia, idcirco anima mea diligentius & enucleatius eadem indagauit.

His ita præsuppositis, dicendum est, ignorantiam, ingratitude, & tepiditate Christianorum inde hodie potissimum ortum habere, quod Deipara & Iosephi exemplo opera Dei, ac præsertim mysterium incarnationis Dominica pro dignitate meditando non admirentur. Certissimum siquidem est,

*Matth. 1.*  
Duo admirationis genera.

Virginis admiratio ab ignorantia non descendebat.

*Psalm. 118.*  
Christiano. rum ignorantia ex eo ortum habet, quod opera Dei non meditentur.

nihil esse, quod animas mortalium edoceat magis, magisque in iis amorem diuinum excitet, simulque ad gratitudinem inuitet, quam assidua mysteriorum sacrorum recordatio meditatioque. Expertus id erat Dauid rex cum diceret, *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* *Psalm. 38.*

Hinc ipsa diuinorum beneficiorum contemplatio non incommode fornax accensa fornaci nominari poterit: ipsa namque, vt ignis ollam, comparat animam nostram succendit & calefacit: & tur. vt in olla flammam vi & vehementia omnes in fundo latentes sordes sursum ascendant, adeo vt & videri & despumari queant: ita cum quis meditationi rerum diuinarum intendit, tā aperte se diuina maiestas, sapientia, bonitasque illius obferuorē inclusum exseruit, oculisque se nostris offerunt, vt imperfectionum nostrarum sordes quamprimum appareant, quo visæ despumentur, & vita in melius commutetur. Vtilitatem hanc ē meditatione promanantem perspectam habes Psalmes ait, *in me meditabor in te quia facti adiutor meus.* *Psalm. 62.*

Ipsa denique cordis nostri scopæ dici potest: quibus vt etiam sunt Magnates & Principes ad animæ sordes euertendas: testis sit Israel rex Dauid dicens, *Mediatus sum nocti, cum corde meo exexercitabar & scope animi spiritum meum.*

Aromata, pigmenta, suffitus, & odoramenta exotica, quamdiu conclusa sunt, nullum odorem spirant: sed mox, vt in apertum proferuntur, & æta intuetur, omnia nidore complent, adeo vt etiā a longe distitis percipiuntur. Tapetes auro & bysso intertexti, pulcherrimasque imagines exhibentes, quamdiu cōplicati sunt, ne videri quidē merentur, neque etiā ab aliis rebus vilioribus differunt: sed ad parietē extensi & expositi inclusam pulchritudinem ostendunt. Ad eundem proflus modum in Christiane fidei mysterijs agitur: quæ nullū includere decorem, imo ne cōcipi quidē digna videntur, donec sancta meditatione latius explicata, & in apertum quodammodo prolata, seque ostendant, amplitudinem, maiestatem, excellentiamque suā manifestant Proxime huc accessit Aggeus propheta cum metaphoricè diceret, *Qui merces conregabit, misit ea in sacculū pertusū.* *Agg. 1.* Denotare voluit, eū qui beneficiorum, quæ velut merces quæ-

Christiana mysteria romanis & tapetibus comparantur.

quædam coelestes sunt, à Deo acceptorū memoriā non conseruat, sed quāprimum obliuiscitur, in faccū ea pertusum cōiicere, & in terra obliuionis cōmorari videri, de qua locutus P saltes ait. *Nūquid cognoscitur in tenebris mirabilia tua, aut iustitia tua in terra obliuionis.*

*Psal. 87.*

*Incarnationis mysterij dignitas.*

At non fecit gloriosa Deipara, aut Ioseph coniux eius: sed vterq; in incarnationē, natiuitatemq; Iesu Christi, & quidquid in ea mirabile accidit, admirat<sup>9</sup> est. Vt hinc discamus, cogitationes in eadem coniicere, i. e. diuina mysteria, ac præfertim ipsum incarnationis meditari: quod adeo sublime & nobile est, vt homines simul & angelos in admirationem rapiat, Proph. sanctissimos percellat, oracula vaticiniaq; omnia perturbet, naturā horrescere & vniuersos mortales admirari cogat: Abac. Proph. dum mentionem eius fieri audiret, tremuit & pauescit, dicens, *Domine audiui auditionē tuam, & timui: quo loco lxx. legunt, expaui.*

*Abac. 3.*

*Isa. 53.*

De eo quid dicturus sit, Isaias ignorat, remq; credit esse incredibile, *Domine quis credidit auditui n. stro, aut brachium Domini cui reuelatū ē.* Ipsa quoq; Deipara, quæ sola plus q̄ omnes ad vnum Prophetæ de eodē nouerat, & Ioseph, cū Simeonem & viduā eiusdē mentionē facientes audiunt, stupore defixi admirantur, *Erant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his quæ dicebantur de illo.*

*Luc. 2.*

*Nihil Deus maius facere potuit quam humanam naturam assumere.*

Horū igitur exemplo, anima mea, mysterij huius amplitudinē excellētiāq; demirare: quod tā nobile & excellens est, nihil vt Deus nobis conferre dignius, aut maius, aut modo aliquo nobiliori perfectioriq; nobis cōmunicare potuerit, quā dum per vnionē hypostaticā seipsum vidēdū, tangendū, & affabile hominibus dedit, quæ vnio illam quæ in cœlesti domicilio per beatitudinē habetur, longe antecellit. Atq; hæc opinio est Ioan. Damasc. cuius hoc axioma est, *Nil maius, quam quod Deus homo factus sit.* Fuit hoc sc. opus solius omnipotentis, & actus ab Altissimi descendēs dextera: quo nihil nec sublimius nec altius fieri aut ne mente quidem cōprehendi potest. Ipse siquidem Deus humanam naturā induens, eandē adeo nobilem reddidit, itaq; sublimauit, vt altius abscondere non posset. idē nimirum illi subiectū, hypostasim, sedem & domicilium dedit, quod sibi soli diuina na-

*Lib. 3. orth. fid. c. 3.*

tura selegerat, & in quo hæcenus sederat & habitauerat. Adeo vt is ipse homo, quem in rerum creatione Deus Angelis subiecerat, iisque inferiorem fecerat, in incarnationis mysterio super Angelorum naturam euectus sit, & quasi nobiliore electus sit.

Atque hinc forsitan, mea quidē sententia, angeli in Sacris litteris non nisi serui & ministri Dei appellantur: vt in loco illo Psalmorum. *Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem vrantem, & melius adhuc Paulus, Omnes sunt administratorii spiritus.* Homines vero digniori nobilioriq; nomine fratres nucupantur. ð nomen vel auro redimendum! Hoc Paulus aperte testatus est, dum ait, *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens, Narrabo nomen tuum fratribus meis, atq; hac affinitate gloriatus Bernard. ita in Cantica scribit. Puto spernere me Christus non potest, quia os ex ossibus meis & caro de carne mea est, quemq; vt fratrem habeo.*

Atq; ob hanc causam Ioannes, cum Angelum vidisset, eumq; adorare pronus voluisset: ab eodem mox audiuit: *Vide ne feceris; ego seruos deconseruus tuus sum & fratrum tuorum.* Notate clarant. hic Angeli huius prudentiam sapientiamq; qui postquam filius Dei carnem induit, ac similis nobis effectus est, cū videret homines fratres Dei factos, & huius affinitatis præstantiam cōsideraret, ab hominibus prius adorari solitus, homines ipsos iam adorare vult, eorumq; se seruum nuncupat & ministrum.

Sanctissimus Leo Pontifex cum diuinam hanc affinitatem & copulā efferret, attenteq; cōsideraret, hanc ad homines apostroph. dirigit, *gnosce ð homo dignitatem tuam, & diuina conser. factus natura noli in veterē similitatem de eneri conuersationis redire.* At paucissimos hodie reperire est sanctissime pontifex qui illius nobilitatem pro dignitate considerent, & honorē cuius participes facti sunt, & felicitatem quam adierunt perpendant: adeo vt de vnoquoq; singularim dici queat, quod de omnibus in genere olim dixit Psalmographus *Homo cum in honorē esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus.* Atq; hæc est ratio cur Deipara & Ioseph hodie mirentur.

Dauid rex cum animo quandoq; repetere, quomodo Deus olim Angelum miserit,

qui Israelitas e captiuitate Aegypti educeret, & Dei vices suppleret; tanti beneficium hoc fecit, populumq; Israel adeo beatum existimauit, vt nullā in orbe nationem esse crederet, quę cum illo de felicitate auderet cōtendere. *Qua est autem, inquit, vt populus tuus Israel gem: in terra, proptio quam iuit Deus, vt vidimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen?* Quid quęso de Christianis ille dixisset, si vidisset, non iam Angelum, sed Angelorum regem & dominum, imo totius vniuersi Deum, e cęlo in terram descendere, & eorum redimendorum causā non dico hominem, sed seruum fieri, vt eos in libertatem vindicaret? Hoc vero qui attente perpendit, & accurate considerat, facile respiciet, nullum in orbe populum Christianis feliciorem beatioremq; vitere.

Christia-  
norum di-  
gnitas.

Deut. 4.

Attentius secum perpendens Moses, Deū in montem Sinai dignatum fuisse descendere, & cum populo suo corā agere, ad omnem posteritatem beneficij huius memoriam voluit propagari, quo post venturi immortales ob hoc Deo gratias agerēt: *Interroga, inquit, de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die qua creauit Dominus hominem super terram, si facta est aliquando huiusmodi res, & audires populus vocem Dei loquentis, de medio ignis, sicut tu audiuisti & vidisti:* verba tua ipse assumam Moses, potiori q; iure quam in tuos, Christianorum cęterum cōpellabo: Interroga de diebus antiquis, & pręteriti temporis memoria repete vltimam, inquire annos & dies iam inde a mundi primordio, ac dispice, si simile quid vnquam acciderit, Deum scilicet cęlo descendisse, humanā carnem induisse, in stabulo narum, in pręsepio inter animalia reclinatum, circumcissioni subactum, morte turpissima ignominiosissimaq; effectū: quis audiuit vnquam eum loquentem, vt nos eum loquentem audiuimus? quis eum vidit, vt in hac natiuitatis die eum nos in incarnationis & pręsentationis mysterio adhuc videmus, in quo Ioseph & Maria, auditis de filio Simeonis vaticiniis, obstupescunt?

Jerem. 31.  
Mysterium  
incarna-  
tionis mo-

Mysterij scilicet huius excellentiam maiestatemq; admirantur; de quo Ieremias agens, quasi de re quadam noua & insolita locutus est: *Creauit Dominus nomen super terrā,*

*scemina circumdabit virum, quam nouitatem num quid hoc modo explicat Augustinus: Portans omnia verbo virtus sua ab infirmitate portatur, qui terra, mari, cęlo; non capitur, intra vnus corporali membra suscipitur, de creatura sua creator omnium procreatus.*

Magna mihi mysterij hęc Prophetę loquē- Gen. 32.  
di ratio reficit memoriam. Iacob cum tota nocte cum Angelo luctat<sup>9</sup> esset, eandem dimittere, nisi percepta benedictione, noluit. resistebat porro Angelus, & omni ratione elabi conabatur, donec sub aurorā victum se confessus, eidem benedictionem impertiuit, dicens: *Dimittite me, iam enim ascendit aurora* Allegoria  
Omnes, cheul prophetę tota legis Mosaicę insignis.  
noctē cum Angelo illo testamēti luctati erant, eiusq; benedictionem efflagitabant, *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedictat nos Deus.* at ipse, quo erat robore & cōstantia semper restiterat, donec gratiæ aurora illucescente, vel potius Maria, quę vere aurora confurgens dicitur, exoriētē, in sicco eius vtero ita coarctat<sup>9</sup> est, vt se velut victum tradere, hominique benedictionem suam elargiri coactus fuerit. Atq; huc alludit propheta cum diceret, *scemina circumdabit virum.*

Iacob paternam benedictionē extorque- Ter 31.  
re satagens, habitum mutauit, & sub euenti- Gen. 27.  
ta veste coram patre comparuit: quam fraudem cum senex Isaac cęcutiens intellexisset, *expaui supore vehementi. Et vltra quam credi par est, admiratus est:* cumq; hanc benedictionem reuocare, & irritam declarare voluisset. Glossa quaedam dicit, cęlitus ei hanc fraudē reuelatam fuisse, indeq; simul didicisse, vestium hanc cōmutacionem figuram esse eius, quam Dei filius aliquando facturus esset, cum laciniis humani generis indueret, se que ipsum incarnationis mysterio quodammodo exuens, alium habitum, & vilem quidem, assumeret, atque hinc senecionis huius admiratio cōpit exordium.

Rupertus autem hęc exponens, ipsam hic Rupetti o-  
Verbi diuini incarnationem intelligit; quod pinio.  
vt paternam nobis benedictionem obrineret, in incarnatione, humanitatis nostrę vestes assumpsit: quod cum cęlū terraq; inaudissent, actūq; intellexissent, adeo expauerunt, vt nec verbis exprimi, nec cogitatione com-

comprehendi eorum admiratio queat. Hoc ipsum Ioseph & Maria hodie quoque admirantur & stupent.

Irem 31.  
Tres nati-  
uitates ad-  
mirabiles.

Quid autem admirantur? mysterii sc. nouitatem; ita namque de eodem locutus est Ieremias, *Nouum fecit Dominus super terram.* Vere, inquam, nouum. Nam si quis vnquam prater communem naturæ ordinem natus est, ipse Dei filius profecto omnem ordinem inuertit. Adam quidem è terra cõpositus, & è limo natus est; Eua è costa viri formata: Christus autem è virgine matre habet exordium: quod omnium maxime mirandum, ac proinde vere nouum appellandum est. Hæc quidem Augustini sunt, qui magnam hic & dignam quam omnes demirentur, nouitatem factam existimat.

Serm 11. de  
temp.

Mirantes, Potentiam scilicet huius operis, ad cuius perfectionem tanto robore ac virtute opus fuit, vt cœlos etiã, & eos illos axes, distingui oportuerit, quo desideratus gētibus per eisdem ad nos descenderet. Ita si quidem loquitur Isã. *Vt nam dirumperes cœlos, & descenderes!* vniuersi quoque ordinem inuertit, ac cœdera rerum quodammodo turbat; terram nimirum in sublime sustolli, cœlos vero subsidere. *Inclina cœlos tuos & descende.* Mirabilia hæc & portenta considerans Dauid, toto vitæ tempore eadem se demiraturum profiteretur, dicens: *Deus docuit me à iuuentute mea, & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua, & vsq; in senectam & senium. Deus ne derelinquas me, & nec annuntiem brachium suum generationi omni, qua ventura est; potentiam suã & iusticiam Deus, vsque in altissima qua fecisti magnalia. Deus quis similis tibi?* Per brachium illud Domini, Verbum humana carne indutum intelligit; per potetiam & iusticiam, magnalia inquam illa, denotat Deum humanam naturam assumpturum, in stabulo nasciturum, laciniis inuoluendum, virginis vberibus lactandum, & aliorum; nstas frigus & calotes, aliasque quibus homines obnoxii nascuntur, miseras toleraturum. Atque hæc sunt admirationes, quas in Euangelio præfenti legimus.

Isã. 64.

Psal. 143.

Psal. 70.  
Dauid in-  
carnatio-  
nis myste-  
rium demi-  
ratur.

Luc. 1.  
Humilitas  
admi-

*Erant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes. Humilitatem scilicet filii Dei, qui adeo se demisit, tamque profunde se deiecit, vt ab vno ex-*

tremo ad aliud delapsus sit, è Creatore crea- rabiis cla-  
tura, è Domino seruus factus, immortalis cet in my-  
mortalitatem induerit, & Deus hominem as- sterio Incar-  
sumpserit. *Exinaniuit semetipsum, formam serui nationis fi-  
accipiens.* Magna & singularia in Deo nota- lii Dei.  
re, eundemq; eadem patrare, admirandũ non Philip. 2.  
est: hoc n. potentia eius est cõmune, magni- tudiniq; per omnia respõdens: at videre eum  
in humilitate positum, sese demittentem, om- nibusq; subicientem, singularem admira-  
tionem meretur. Et vt mirum non est, flamma sursum exurgentem, graue incendium  
causari, omniaq; longe lateq; depopulari; eo quod hoc naturale sit, sed eandem prater natu-  
ram descendere, nemineq; impellenteter- ram adurere, vere mirandum est, & non sine miraculo fieri potest. Ita docet Grego. Nyss.  
Episcopus: *Magnum & excelsum quid operari In dialog. in Deo nou miraculum, sed natura eius consen- cashe. 24.  
taneum est, at in humilem & abiectum statum descendere, qui omnium supremus est, hoc omnem admirationem superat.* Augustinus porro in Serm. 22.  
sermonibus de tempore, Deum, hoc faciendo seipsum vicisse testatur, atq; hoc est quod Ioseph & Maria tantopere demirantur.

Sed nec hoc solum mirantur, quin etiam S. Thom. 1.  
merita, qualitates & perfectiones puelli. Qui p. q. 7. ar. 1.  
quantumuis paruus & tener, perfectissimus est; quamuis ploret sapientissimus: quippe qui propter nobilitatem, vnionem cum Verbo & habitudinem, quam habet in quantum mediator hominum, gratiam quandam habitualem in anima habeat: virtutes autem & dona, quæ velut quedam perfectiones potentiarum animæ sunt, in quantum ipsè à directione Spiritus S. dependent. Certum est autem, animam Iesu Christi ab hoc gubernatore in omnibus perfecte & iustissime directam fuisse. Testatur id ipsum Euangelista Lucas: *Iesus Luc. 4.  
autem pl. nus Spiritu S. regressus, est à Iordane, & agebatur à spiritu in desertum.* Ipsa quoque Prophetarum oracula idem prædixerant; nam quod apud Isaiam legitur: *Apprehendent septem mulieres virum unum.* Glossa ita exponit, *septem Spiritus sancti dona Christum.* Isa. 4.

Mirantur, quod omnes gratiæ gratis datæ in puerulo hoc reperiantur, nam vt in capite vti bene scripsit Augustinus: *omnes sunt sensus, Epist. ad L. in Christo seruunt omnes gratia.* Ipsum Dardani.  
quoq;

Deut. 18.

quoq; domum Prophetæ; prophetam etiam fuisse è lib. Deut. probare poterimus: *Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris.* Ipsa quidem gratia, quæ in eo reperiebatur, infinita non fuit, quod anima Christi creatura esset, ac proinde capacitatis finita; & quoniam gratia subiectum excedere non potest, ideo infinita esse non posset, vt docet D.

1. p. q. 7. art. 12.

Thomas: vel, si eam improprie infinitam appellare velimus, id fieri dicendum est; quod nullis sit limitibus circumscripta, sine careat & terminis, nullumq; obstaculum patiatur.

D. Tho. 3. p. q. 2. art. 2.

Mirantur quod puer hic infinitæ sit sapientiæ, quod præter diuinam, scientia omnigena dotatus sit, scientia quæ ipsam Angelorum longe transcendat, scientia qualem beati in cælo nanciscuntur, qua Deum etiam in quantum homo, perfectissime nouit. Vnde de eo scripsit Ioannes, *scio eum, & sermonem eius seruo.* scientia adhæc cœlitus data & infusa cum ipse sapientiæ æternæ sit receptaculum, in quo omnes thesauri sapientiæ absconditi, vt Apostolus ait, scientia etiam acquisita, & in rerum experientia fundata, adeo vt omnia in Verbo, teste D. Thoma, etiam infinita, cognoscat. Anima namq; eius potentiam suam cognitam habet, & quidquid potest: atqui hæc in expiationem infinitorum scelerum,

Ioan. 8.

Colof. 2.

1. Ioan. 2.

vt Ioannes ait, extenditur: *Ipsè est propitiatio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.* Ergo ipsum etiam quod infinitum est, cognitum & perspectum habet.

Denique admirantur quidquid de puero hoc credi, cogitari, & dici potest: quomodo scilicet Ioachim & Anna natura steriles genuerint illam, quæ filium hunc, sine minimo virginitatis detrimento, pareret: quomodo Zacharias incredulus mutus factus sit, ac deinde in filii circumcisione loquelâ receperit: quomodo Ioan. Baptista materno in vtero exultauerit, & Domini sui præsentiam senserit: quomodo Verbum æternum Patris in Bethlehem nasci voluerit, idque in stabulo, & non in splendido palatio: quomodo mater eum sine vilo dolore pepererit: quomodo illo nato Angeli cælo descenderint, & iucundissime cecinerint: denique quomodo totus orbis miratus fuerit & obstupuerit. Quam

bene igitur de puero hoc prædixit Propheta, *Vocabitur nomen eius admirabilis.* quidquid enim in ipso futurum est, admirationem merebitur, Incarnatio scilicet eius; natiuitas, vita acta, miracula, mors resurrectio, ascensio, ceteraque mysteria. Dic igitur num Ioseph & Maria merito mirari poterint?

Nam vt Regina Saba, Salomonis regis sapientiam, magnificentiamque, è longinquis profecta regionibus, mirabatur; ita gloriosa cœli terræque regina mirabitur; quidquid filii sui sapientia Angeli, Pastores, Magi, Simeon, Anna vidua testabantur, & quidquid Prophetæ hæcenus prædixerant.

At mirum, nullos opera, miracula & quidquid de Iesu dicitur, mirari præter Ioseph & Mariam parentes eius: vt hinc manifestum fiat, solos iustos opera Dei, eaq; quæ de maiestate illius referuntur, mirari & suspicere, mundanos a. nonnisi mundana, honores, dignitates, diuitias & inanis iisq; similia demirari. In quo prædicatoris Holofernis imitari videntur, qui visa Iudith viduæ pulchritudine stupens mirari sinit. Quos in Epist. Catholica Apostolus Iudas suis colorib. depinxit, *secundum desideria sua, ambulantes, & eos eorum loquuntur superbiam, mirantes personas quasi gratia.* Iusti & timentes Deum auditibus operibus Iesu, mirantur & stupent, mundani vero turbantur & pauent. hinc Herodes & omnes ciues Ierosolymitani, audientes dicentes magos: *ubi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, turbati sunt, & metu non patuo perculli; sed audite & alios conceptus super hæc admiratione Iosephi Mariæ: Erunt Ioseph & Maria mater Iesu.*

Euangelista prius Iosephi quam Mariæ, prius fabri quam matris Christi & reginæ Angelorum, meminit; vt hinc nimirum iuniores coniuges, matrimonio aliquando copulandæ discant, quo cultu & honore maritos prosequi debeant. Demostrauit hunc exemplo suo gloriosa Deipara, cum inuento Iesu inter doctores in templo ait: *Ecce pater tuus & ego dolentes quareba-*

*us te.* O admirabile humilitatis exemplum! Hic discat matrona quantumuis nobilis & lauta sit, coniugem suum, tametsi plebeum aut humilioris conditionis, non despiciere. Ad hoc ipsum adhortatur eas

Isa. 9.

1. Reg. 10.

Soli iusti opera Dei admiratur.

Iudith. 10.

Iud. 1.

Matth. 2.

Luc. 2.

Luc. 2.

Pau-

Ephes. 5.

Paulus Ephesis scribens : *Mulieres viris suis sublitae sint, sicut Domino, cuius rei rationem reddens subnectit, quoniam vir caput est mulieris sicut Christus caput est Ecclesia.* Hoc in ludo edocta prudens illa matrona Sara, tanto maritum Abraham honore profecuta est, vt nunquam nisi Domini eum nomine appellandum duxerit, quod sexcentis relictis, vno testimonio confirmabo, *Postquam conserui. Et Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo.* Hoc imitami matres; interea ipse templum petam, dispiciamque quid Simeon & Anna vidua pueri dicant: & est hęc secunda concionis pars.

Gen. 18.

III.  
Prophetat  
de Christo  
Simeon.  
Luc. 2.

Pius ille senex, cum puerum longo defideratum tempore brachijs stringeret, & vlnis amplecteretur, incredibili gaudio perfusus, & lacrymas prę exultatione effundens, Matrem his tandem verbis compellauit. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Notat hoc loco Theophylactus, Simeonem, relicto Iosepho ad Mariam virginem, velut veram pueri matrem, orationem conueruisse, eique quidquid pueri euenturum erat, prędixisse. Alii vero existimant, eum spiritu prophético repletum, primo matri locutum, quod quę de Messia passione prędiceret, ad Iosephum nulla ratione pertinerent; quippe qui ante exspiraturus esset; sed ad matrem, quę passionē filii & coram intuitura, & in monte Caluarie morienti ad futura esset.

Equidem alterius sum opinionis, scilicet senem hunc lacrymas gaudio, afflictionem prosperitati, & tristitia letis permiscere voluisse: cum enim Christum salutare Dei, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis Israel dixisset, matrē etiam benedixisset, scilicet quę ob huiusmodi partum prędicasset, vtriusq; mortem & passionē prędixit, quamuis multū inter se discrepantem. Deinde vt hinc scilicet terrenę inconstantiam, ac prosperitatis temporalis variationem discerneremus, nihil siquidem stabile aut firmum hic haberetur, ipsaq; gaudia & prosperitates, a tristitia modestiaque quę proxime occupantur: quod maxime in patribus locum habet. *hodie ob filios beati prędicentur & gau-*

deant; cras conuersa rerum sorte mille dolores in animo ob eisdem & angores experientur. Exemplo sit Deipara; quę hodie ob natum Iesum beatę prędicatur; & ecce eodem etiam momento ob filium cruciatus & doloris gladium sensura denuntiatur: *Ecce hoc positus est in ruinam, &c.*

Luc. 2.

Hocce porro Simeonis vaticinium mille difficultates includit, & nodos implicatissimos, quos vt dissoluam, ad interpretes loci huius appellabo, & ipsorum sententias petā. Bedę & Theophil. primo occurrentes, aiunt Simeonem hic prędicere voluisse, eos qui in Christum non essent credituri, caluros & animę ruinam incursum, qui vero in ipsum credituri essent, eumque secuturi resuscitandos, saluandos, & vitę eternę confortes futuros: ac proinde illis in ruinam, his contra resurrectionem Christum fore.

Bedę ex-  
politio.

Aliter autem Origenes; putat enim Christum in ruinam & resurrectionem multorum positum, ita intelligendum, ipsum quidem ad mortem, alios vero plurimos ad resurrectionē destinatos esse perinde ac si Simeon dicere voluisset, Christum sui ipsius interitu ruinaq; mundo salutem & diuitias allaturū: morte q; quę omnium rerum ruina est, consumptum, alios ad vitam reducturum: itaque ruinam, passionem, & mortem eius alius resurrectionem & vniuerso salutem orbi allaturam.

Origenis.

Gregorius Naziauzen. aliam viam ingreditur, aitq; quamuis Christus omnes homines saluos cupiat, nonnullis tamen opera & miracula eius in ruinam, nonnullis vero in salutem & resurrectionē futura; illos excæcatura, alios vero illustratura non aliter ac lumen diuersos, secundum oculorum diuersitatem, effectus videmus producere; quod mirum hos illuminet, illorū vero oculis officiat; aquilam perspicacē reddat, vespertilio-nes vero excæcet. Huc alluisse visus est Dominus cū de se diceret: *Et occidam in iustitia-  
bos; percussa, & ego sanabo: an nō idē est dicere.*

Greg. Naz.

Deut. 32.

*Hic positus est in ruinam & resurrectione multorum?* Glossa Ordinaria alium verbis his sensum adaptat, dicitq; Christum Dominum in ruinaq; vitiorum multorum, & resurrectionem multarum virtutum, missum esse, siquidem ante aduentum illius omnia peccata domina-

Glossa or-  
dinaria.

Mundi gau-  
dia in mo-  
mento tras-  
cunt.



eminabantur, & ipse non ob aliam causam in mundum venit, quam ut peccati imperium viresque euerteret. Hinc bene additur, *Multorum*, eo quod peccata, non secus ac virtutes, nunquam sola sint, sed vnum aliud sequatur. Ruinam quoque ante resurrectionem posuit, quod prius euertere iniquitatem vitiaque eradicari oporteat, quam virtutum germina inseratur, & bonum semen fructificet. Atqui hoc loquendi modo usus est, & Sapiens, *Tempus destruendi, & tempus aedificandi*. Ieremias quoque hunc in modum praeceperat Deus: *Euellas & destruas, disperdas & dissipas, aedifices & plantes*.

*Ecl. 3.*

*Ierem. 1.*

*Ose. 13.*

*Coloss. 3. Ioan. 11.*

Deus non est peccati auctor.

Equidem ut meam hic quoque symbolam proferam semper in ea opinione fui, Simonem aliud nihil insinuare voluisse, quam Deum multis ruinam fore occasionaliter & per accidens, & resurrectione causaliter, effectiue & directe: ruinam superbis, & resurrectionem mitibus & humilibus. Atque hunc in modum intelligenda sunt verba illa Osee Prophetae: *Perditio tua ex te Israel, tantummodo auxilium tuum ex me*. Ad haec Simeon per vocem illam resurrectionem, non corporum, sed animarum est statu peccati resurrectione & salutem earum intellexit, cuius oppositum ipsa ruina & damnatio est. Certum est autem, per gratiam Christi Iesu illiusque, Ecclesiae Sacramenta vere nos resurgere. vnde Paulus, *si surrexisti cum Christo*, & ipse de se Dominus: *Ego sum resurrectio & vita*: peccantium scilicet resurrectio, & animarum mortuarum vita; nulla autem ibi esse potest resurrectio, vbi ruina prius non fuit. Hinc Christus positus dicitur in ruinam & resurrectionem.

Non ait, Christum omnia destructurum, plurimorum ruinam & exitium fore, sed eum tantum in ruinam positum esse plurimorum. Discamus hinc, quemadmodum Christus nullius mali aut peccati auctor est, ita nec vllum admittere peccatum posse; est enim natura *ἀρκεῖν ἁμαρτίας*, & peccati incapax: plurimis autem in ruinam & peccatum est, qui quoniam peruersi & improbi sunt, ex operibus & verbis Christi scandalizantur; cuius scandalum non ipse, sed hominum peruersorum malitia causa est.

Quid obstat autem, quo minus verba haec

Simeonis in superiores & Praelatus Ecclesiae detorqueantur, qui vitae turpitudine, & alio quouis prauo exemplo Ecclesiae Christi in ruinam sunt & interitum? Robert Aluarus, mulierem Aethiopenem, concubitusque; idcirco cum Aethiopo vel Mauro accusatam, non aliter innocentiam suam testari potuisse, quam quod conceptus tempore oculos in Aethiopsis imaginem parietis affixam morose coniecisset, & proinde prolis nigredinem in imaginationis vehementiam potius, quam in vetitum concubitum referendam. Ad eundem modum monstruosi hodie partus, id est, peccata, inter fideles reperiuntur, qui exculare se facile poterunt, quod horum exempla, in Praelatis, scelerum fuligine nigricantibus, plurima conspiciant. Atque huc trahi possunt verba illa Osee: *audite hoc sacerdotes, quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, rete est panis super os vestrum*.

*Aluarus Minor de platu Ecl. li. 1. art. 69.*

*Ose. 5.*

*Gen. 30.*

Oves Laban illius coloris foetum edebat, cuius erant virgae, quas Iacob fontibus & canalibus imposuerat; adeo ut quae candidas in concipiendo virgas viderant, candidas etiam ouiculas paterent, quae nigras, etiam nigrum foetum eicerent. Ita cum fidelibus hodierna die agi certum est: ipsi quippe Ecclesiae oves dici queunt; canales porro & fontes, ipsa sunt Sacramenta; pastores, curiones & Episcopi; virgae exempla quae edunt, & vitae illorum ratio, quem porro colorem Praelatorum & superiorum vita praetulerit, eum etiam mores & opera subditorum praferent; Pastorum namque ad exemplum vitam suam componit grex: qui si vitam ducant pudendam & fuliginosam, fuliginosa etiam erit vita ouium, contra vero si candidam & honestam, honesta quoque subditorum futura est. Adeo ut Ecclesiae vertices & capita, aliis in ruinam sint, in resurrectionem aliis; ut merito de ipsis Simeonis verba usurpari queant. *Hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum*.

*Luc. 2.*

*Ruina non*

Et quoniam ruinae hic mentio habetur, me semper obseruavi nunquam eius Scripturam meminisse, quin semper ingens aliquod excidium, Scripturae vastationem, calamitatemque denotet. Vt in illo loco Exodi, cum Deus ingens aliquod malum innuere vellet, populo ait, *Cave ne inquam cum habitatoribus terra illius iungas amicitias*.

*in sacra*

*Scriptura*

*magnam*

*vastationem*

*denotat.*

*Exod. 39.*

*citias,*

*Psalm. 109.* *citias, quae sunt tibi in ruinam.* Psalmographus Angelorum casum & damnationem referens, ipsum etiam usurpavit, *Iudicabit in nationibus, implebit ruina.* Lucas vero excidium aliquod & generale vastitatem repraesentans: *Et facta est ruina domus illius magna.* Damnationem horribilem & intolerabilem per hanc intellexit Moses: *Demorabis,* inquit, *omnes populos quos Dominus, Deus tuus daturus est tibi, non parcat eis oculus tuus, nec servies diis eorum, ne sint in ruinam tuam.* Omnia autem haec exprimere conatus est Simeon, cum ait Dominum Iesum positum esse in ruinam multorum, & in signum cui contradicetur.

*Num. 6.* In Graeco autem textu legitur, *ἔστιν ἡ σφραγὶς τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ,* & quoniam verbum signi pluribus modis accipi in sacra scriptura consuevit, hinc verba illa Simeonis plurimas easque discrepantes significationes admittunt. Interdum capitur pro eo quod aliquid significat; atque ita Christum signum dici, cui plurimi contradicant, nihil aliud est, quam Iudaeos & Gentes cruci eius, quae salutis nostrae signum est, contradicentibus & adversaturis: unde Apostolus: *Udais quidem scandalum, gentibus autem stultitiam* esse ait crucifixum Christum, atque ita exponunt Beda & Theophylactus.

*1. Cor. 1.* Signum interdum miraculum denotat, ut in illo Actorum: *Fiebant signa & prodigia multa in populo:* & illo Psalmi: *Signa nostra non vidimus, tam non est Propheta.* atque hoc intellectu Christus vere signum existit, imo prodigium & miraculum: quod eius conceptio, natiuitas, vita & mors miraculis scaturiant, iisque adeo eximii & singularibus, ut plurimi iisdem contradixerint, fidemque iis adhibere noluerint. Dum enim diabolos ab energumenis pelleret, alii quidem admirabantur, & ob eadem in ipsum credebant, alij vero blasphemis ore ipsis deridebant, dicentes in Principe demoniorum Beelzebub demones fugari, ac virtute diaboli diabolum pelli. Atque haec est plurimum neotericorum, magni tamen nominis auctoritatisque opinio.

*Luc. 11.* Capitur etiam signum, pro foedere interdum & pacto, ut in verbis illis Genesios: *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me & inter terram.* Verum hoc modo

*Tom. 1. Pars. Hymalis.*

signum fuit Christus, signum inquam foederis inter Deum & mortales, qui terram caelo, creaturas creatori, ima summis, inferiora superioribus reconciliatum venit: atque in hanc sententiam manibus pedibusque concedit Lyranus.

Equidem cum doctissimo Maldonato signum hic pro scopo capi existimo, in quem omnia tela dirigantur: atque ita capi dicendum est in loco illo Threorum: *1. etendit Thren. 3. arcum suum. Et p. fuit me quasi signum ad sagittam.* Iob etiam, ut omnia in se elementa coniurasse ostenderet, ait: *1. osuit me quasi in signum.* Iob. 16. A deo ut loci huius Evangelici sensus sit, Christum velut scopum fore, in quem omnia persecutionum, iniuriarum, opprobriorumque tela Iudaei dirigerent, qui non contenti conuictorum in eum plaustra congesse, cruci eum denique affixere, mortemque ignominiosissimam subire coegerunt.

*Luc. 2.* *Et in signum cui contradicetur,* id signum admirabile: cuius signum existit signum illud, quod sanguine agni Paschalis notatis domuum superliminaribus Hebraeos ab Angelo exterminatore tutatum est: *Erit autem factum vobis in signum adibus in quibus eritis.* Exod. 12. signum, in cuius figura existit serpens ille geneus, qui a viperis percussos sanitati pristinae restituebat: *fac serpentem ancum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet.* Num. 21. signum, quod regi Ezechiae in certitudinem recuperandae sanitatis a Propheta datum fuit: *Hoc erit in signum a Domino, quod facturus sit.* 4. Reg. 20. *Domivus sermonem quem locutus est, vis ut ascendat umbra decem lineis, aut ut reuertatur eoridem lineis.* Denique signum quod omnes mundi gentes velut vexillum sequentur, & in quod obtutum desigant: de quo signo locutus est Isaias: *Leuabit signum in nationibus.*

Atque hoc inuere volebat sanctus ille senex Simeon de futuro Iesu Christi statu agens: quo etiam trahi possunt oracula Annae viduae: *Et erat Anna Prophetissa* IV. *Luc. 2.* Anna laudatorem annu agens, ab assiduo precandae studio indefessoque orandi & ieiunandi exercitio, ut quae de templo nec nocte quidem decederet. *Qua non decebat de templo, ieiunium & obsecrationibus seruans Deo nocte ac die.*

L Hinc

Hinc apparet quam gratum Deo sit in orando assiduum esse, & nunquam in precibus defatigari: cuius rei præclarum nobis exemplum dedit Saluator noster, cum integras noctes in oratione traduceret. Vnde de eo Evangelista scribit, *Pernitans in oratione Dei.* quodque exemplo demonstravit, verbis etiã docere voluit; apud eundem enim Evangelistam legimus: *Oportet semper orare, & non deficere.* Paulus quoque sui temporis Ecclesias idipsum hisce verbis edocuit, *sine intermissione orat.* eius autem emolumenta referens Iacobus Apostolus ait: *Multum, inquit, valet deprecatio iusti assidua.*

Luc. 6.

Luc. 18.

1. Thess. 5. lac. 3.

lib. 2. de orando Deum. Quicumque orationem non diligit, anima sua paupertatem manifestat.

Aureum eloquentiæ flumen Chrysostomus dicere solebat, ex orationis neglectu animæ alicuius imbecillitatem inopiamque colligi posse: verba illius, quod credam maius illa pondus habitura, depromam: *Cum sider. quempiam non amantem orandi studium, nec huius rei feruida vehementique cura teneri continuo mihi palam est, eum nihil egregia dotis in animo habere.*

Scriptor quidam nostri ævi, doctus iuxta ac pius, & hanc similitudinem proferre solebat: quemadmodum quis nunquam ova excludere poterit, quæ foueri coepta deserit, & rarissime iis incubat: ita quicumque statim ab oratione surgit, preces interruptit, nec in iis assiduus est: nullum ex iis fructum percipiet. ipsa namque obesse interruptio, prodesse autem assiduitas & perseverantia solet.

Granat. tom. 1. serm. de temp. sur. tom. 7.

Hinc S. Egid. è primis D. Francisci sociis dicebat eum qui propter distractiones ab orationis perseverantia desistit, similem esse fugienti e prælio non adeptæ victoriæ. In ipsa enim cum inimicis, mundo, carne & diabolo præliamur, qui orationi vacantes ut plurimum turbare & impedire consuevere.

Oratio curfori comparatur.

Scite autem oratio curfori aut tabellario comparari poterit, ut quæ Deo de anteriorum & affectuum nostrorum tabellas deferat. curforem enim, præterquam quod sedulus & solers, omni alieno negotio vacans, & ad commissa negotia quanto citius exequenda esse celer debeat, importunum quoque esse oportet, adeo ut quamvis interdum repulsam patiatur, omni tamē ratione conetur suscepta negotia feliciter ad exitum deducere. Ita oratio-

nem, ut omittam quod celer, diligens, & ab omni sæculari strepitu libera esse debeat: nõ prius finiri par est quam petita obtinuerit.

Iudith. 8.

Sacerdotes & seniores Bethulienfes increpabat Iudith, quod ab oratione desistetes, & de impetratione diffidentes, inimicis urbem, nisi intra quinque dies suppetiæ adessent, tradere decreuissent: *Qui, inquit, estis vos, qui tentatis Dominum? posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei?* Ita porro faciunt qui domi à Domino non exaudiuntur, & auxilium quod sperabant differtur, ab oratione defatigati, imo quasi redio affecti surgunt, magnopere vituperandi sunt.

Gen. 32.

Jacob Patriarcha tota nocte cum Angelo luctatus prius eum dimittere noluit, quam benedictionem impetrasset: qua importunitate victus Angelus antagonista, *benedi. t. ei eodem tr. loco.* Porro lucta hæc aliud non erat quam feruida quædam & importuna oratio, qua Angelum enixe orabat, ut se à perfidi Esau persecutione liberaret. Mysterium autem denotat, hoc nobis modo cum Angelorum rege luctandum esse, & non prius illum deferendum, quam gratias eius & benedictiones perseverantia & importunitate precum impetrauerimus. Idque exemplo sanctæ huius viduæ Annæ, quæ octogesium iam in templo annum, orando consumperat, & nunquam ab eodem discedebat.

Cant. 1.

Sponsus in Canticis dilectæ dicebat, *Murenulas aureas faciemus tibi.* ubi alia lectio legit, *Turtures aureas faciemus tibi.* Id est, Carissima mea, amorem tibi meum ut testatū faciam, murenulas tibi dabo: tanto te namque amore prosequor, ut à capite ad pedes usque monilib. onustam te velim: non alia porro tibi concinnabo, quæ turtures aureas vermicalas argenteo. Cur putatis eum turtures, non vero aquilas aut cornices, sponsæ dedisse? quæ turtur cum multis ob causas, tum præsertim ob lugubrem illum & tristem cætum, quo amisto cõpare gemit, & perpetuo gemit, perseverantiæ symbolum sit. Ita Deus animam gemebundam & suspirantem diligit, quæ noctes dieque in oratione traducas, eiusque misericordiam incessanter & assidue efflagitet.

Hæc autem perseverantia & constantia plu-

Turtur perseverantiæ symbolum.

Perseverantia hæc  
proximis  
gravis est.  
1. Reg. 17.

plurimis, eidem minime assueris, gravis est & permolesta. Hinc David rex cum Philistheo in singulare certamen descensurus, Saulis armis indutus incedere non potuit, sed iisdem grauatus potius quã munitus, ait, *Non possum sic incedere, non enim usum habeo*. Itaq; depositis armis inermis ad duellũ properat. Notate rem miram: arma quibus Saul indutus strenue & animose pugnabat, Davidem grauabant, adeo vt se mouere nõ posset, nedum incedere: cuius rei hæc ratio est: quod Saul iisdem, non vero David, assueuerat. Vt allegoricum hinc sensum proliciam, dico arma quibus dæmon, metuendus ille Goliadas expugnatur, esse orationem, pœnitentiã, ieiunium, eleemosynam & integram Christiana legis obseruationem, quibus qui assueuerit, nullo negotio prælia conferunt: at quibus insolita ea sunt & inuisa, sub pondere fatiscientes deficiunt, & de victoria desperant.

Heb. 12.  
Psal. 96.  
Conclusio.

Vnde Paulus Hebræis scribens ait, *Omni autem disciplina in presenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris: postea autẽ fructum pacatissimum exercitatus per eam reddit iustitia*. quo loco in presenti, capiendum est quasi diceretur: *in presenti*: quod in orationis perseverantia constantiaq; locum potissimum habet.

Quamobrem, Christiani, sanctis exercitiis incumbamus, virtutem colamus, precandi studio assuescamus, in oratione instar Annæ viduæ assidui simus & frequentes, & ad exemplum iusti Simeonis in lege Dei noctes & dies meditemur, eiusq; mysteria suspiciamus, admiremur, & enarremus: de puero Iesu agamus, eius incarnationem, natiuitatem, & cetera quæ in vita patrauit miracula recolamus: at in primis incarnationis eius admirabilis dignitatẽ ac maiestatem, adeo sublimẽ & eminentem, vt omnia potentiam splendoremq; illius demirentur. Ita quippe cantat Psalmista, *Montes admirantes Deum humanã naturam induisse, & in terrã descendere voluisse, sicut cera fluxerunt à facie Domini omnis terra*. Et vere ita se tes habet, æternæ & omnipotens Deus: omnia namq; adeo sublimia, & à mentibus nostris remota sunt, vt non nisi per raptus, admirationesq; eodem, & præsertim ad diuinum gloriôsæ natiuitatis tuæ mysterium, pertingere valeamus. *Quænam*

Tom. 1. Pars Hyemalis.

n. nouitas & quod paradoxum, te qui in cœlesti habitaculo ab Angelis adorari, à Cherubin coli, à stellis illustrari solebas, adeo humiliatum cernere, & demissum, vt in stabulo nasci, cœli iniuriis exponi, in præsepio reclinari, inter animalia collocari volueris? Quis n. repentinam hanc metamorphosim, subitam hanc mutationem non obstupescat, regem nimirum serui conditionem assumpsisse, & æternum in temporalem, impassibilem, commutatum esse, hunc deniq; ad cuius nutum omnia elementa, & mundi etiam cardines tremunt, in præsepio inter animalia præ frigore palpitare. Gratiam igitur nobis concede, vt mirabilia omnia demirantes, maiori tui hic sincere amandi colendiq; assidue studio teneamur: donec in alteram nos vitam vocare digneris: quam nobis concedere dignetur, qui viuit & regnat in sæculorum sæcula Deus, Amœn.

DOMINICA PRIMA POST  
EPIPHANIAM.

Partes.

1. De aduersus humana vita.
2. De matris filiiq; exemplo.
3. De cura vxorum ac prolum.
4. De festo nefasto seu infalici, ac amisso Christo.
5. De ingressu religionis inficis parentibus.
6. De inuentione pueri in templo.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim,  
ascendentibus illis Ierosolymam. Luc. 2.

FIGURA.

Magnus quidem dolor magnaue animi angustia erat, quam Tobias senior, eiusq; coniux Anna in absentia iunioris Tobiaz, quem in Mediam miserant, sentiebant. Ipsa namque mater doloris & moræ impatiens, quotidie montium iuga conscendebat vt, si eum eminus forte venientem cerneret, marito nuntiaret: quem cum elusa frustra dicebat, *Hœu, hœu me, fili me, vt quid te misimus Tob. 10. peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculũ senectutis nostræ, si latũ vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ!* At maior, mihi credite, amaritudo angustiaq; animi fuit, quã gloriôsæ Deiparæ,

L. 2. ra, &

ra, & Iosephus hodierna die, amisso puer Iosepho, senserunt. Et ut patres Tobiae incredibili gaudio perfusi sunt, cum filium, Angelo Raphaelo ducente, sospitem & incolumem receperunt, ita Mariam & Iosephum immensum sensisse gaudium dicendum est, quando dilectissimum filium hodie in medio Doctorum repererunt disputantem & interrogantem. Tota historia huius series in Evangelio hodierno describitur: cuius ut vobis varietate, lacrymas inquam & gaudia, doloris & exultationem: hinc gemitus & suspiria, illinc laceritiam & iubilum depromam: coeleste auxilium necessario nobis implorandum venit, idque interueniente gloriosissima Deipara, quae omnes hos affectus hodie experta scribitur, cui angelicam proinde salutationem imperitumur: *Aue Maria.*

I. Vita hominum malis permixta varijs.

Iob. 7.

Vita mari comparata.

Quatuor haecenus vitae mortalium statum describere, inque eius proprietates voluerunt inquirere, nihil eam esse censuerunt aliud, quam omnium miseriarum & malorum congeriem, in qua nimirum nihil stabile aut firmum reperitur, aut omnia fragilia & mutationi vicissitudinique obnoxia. Opinionis huius & sententiae auctor & princeps fuit Iob Propheta, qui vitam hanc nostram militiae quandam & bellorum speciem habere hisce verbis ait, *Vita hominum militia est super terram.* Nam sicuti belli tempore miles nunquam certi sibi aliquid spondere potest, nec in eodem versatur statu: at modo victoriam refert, modo stragem suorum videt, modo fugat, modo in fugam compellitur: hodie caedit, cras ab hoste caeditur, adeo ut semper arma gestare eum necesse sit. Ad eundem etiam modum nihil in hac vita haberi stabile, sed omnia fortunae mutationi inconstantiaeque subiecta sunt: nam si victor fueris, vesperi clades timenda vel excidium: adeo ut nunquam certi aliquid tibi promittere valeas. Vitam igitur nostram non in seite quis mari comparauerit: nam ut ipsum inconstantiae theatrum est, aquilonum stadium & arena, tempestatum armamentarium, continuo fluxu & refluxu, procellisque varijs subiectum. Ita quoque vita haec semper exagitur, omnibus fortunae casibus, ridentis simul & indignantis, exposita: ipsa omnium malorum scopus est

miseriarum stadium & arena, afflictionis theatrum, tribulationum schola, mutationis & varietatis abyssus, omniumque aduersitatum, calamitatumque fons & origo. Hinc multi eam Philosophi Euripo septies in die reciprocati, compararunt, a qua comparatione non procul recessit Salomon, dum ait, omnia haec mundana vicissitudinem pati, & voluptates doloribus, delicias malis, gaudiaque lacrymis velut vino amariore misceri, *Risus dolore miscetur, & extrema gaudium occupat.*

Porro vitium hic medij inter caelum & infernum constitutum: & ut medium extremorum participat, sic vita nostra partem a caelo, in quo non nisi merum gaudium, nulli infertur, & partem ab inferno, in quo non nisi luctus & amaritudo, nata est: atque huc alludit Propheta Iob cum diceret, *Post tenebras spero lucem, &c.* quorum verborum sensus hic est, post dolores superuenturas delicias, & voluptates a malis & calamitatibus quam proxime premit: post lacrymas scilicet secutura gaudia, & post gaudia, instare lacrymas & luctum.

Vnde bene Ioannes Chrysostomus, *Miseriam dicitur Deus castis rebus quadam incunda permutatione, quod in omnium sanctorum vita reperitur, qua mirabili varietate conmixta est.* Id est, quae admodum omnium rerum creator Deus varietate quadam & incunda permutatione vniuersam hanc molem rerum sustentat & fouet, post altissimos felicitatis calores frigus hibernum, post Zephyri delicias borealem rabiem superinducendo: ad eundem modum vita nostra dies assidua quadam mutatione dirigit, inconstantiaeque rotis insidentem eandem semper ad terminum protrudit.

Quam bene & luculenter hoc exposuit Sapientissimus, & verbis quidem mysticis! *Pracordia stultus quasi roca carri, & quasi axis versatilis cogitatus stultus.* Id est, stultus nunquam idem est, nunquam eodem in statu permanet: verum ab vno conceptu delabitur in alium, & vna cogitatio producit aliam priore longe etiam deteriorē. Nomine autem stulti, omnium morionum & fatuorum principem mundum intelligere poterimus, qui adeo incostans & varius, ut in eo quo prius fuit status, permanere nequeat: Huc respiciens Psalmograph. ait, non qui-

Prov. 4.

Vita nostra media inter caelum & infernaum sita.

Iob. 17.

Hom. 8. in Matth.

Ecles. 33.

Mundus omnium dicitur potest stultissimus.

*Pfal. 82.*

quidē impreando, sed futura vaticiniis praefragiando, *Deus meus pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem venti*, quo in loco non de aliis quā de mundanis locutus est, ac vitæ huius miseras vicissitudinemque descripsit: ut quæ nunquā in eodē statu permaneat, sed varietati mutationisq; semper obnoxia sit: hodie quidem deliciis affluens & gaudiis innatans, cras vero malis calamitatibusq; circumvallata.

*Eccl. 2.*

Ostendit olim Deus Ezechiele Prophetæ librum, & cum in manu filii hominis, intus & foris characteres continentem: *Scriptæ erant in eo lamentationes & carmen, & c.* Olibrum vere admirabilem qui scripturam adeo variam in se contineat; & mea quidem sententia hoc libro vitæ nostræ status ad vivum exprimitur: An non enim ipsa liber quidam est, quem Christus filius hominis semper in manu habeat: quinq; viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, interdum etiam octoginta folia, id est, annos contineat? Varia autem in eodem sunt argumeta: carmina scilicet, lamentationes, tristitia lætis permixta, quod vitæ nostræ hæc miserabilis gaudia & tristitias, dolores & exultationes, prospera & adversa contineat.

Hortum quidem sponsæ varij decorabant flores & fructus suavissimi: sed pestilentes eum venti & impetuosus perflabant, Aquilones, Noti, & Austri: *Surge aquilo, & veni Aufer.* Id ipsum de vitæ nostræ orto dicendum est, qui varios quidem eosq; jucundissimos flores edit, delicias scilicet voluptates, diuitias, honores, dignitates & illicia: sed graves cum venti & turbulenti, ut sunt tentationes, afflictiones, adueritates, mala, angores, molestia, ærumina, lacrymæ & lamenta infestant.

*Cant. 4.*  
Vita nostra similis est orto sponsæ in Canticis.

Item agro Evangelico bonam seminem & zizania cōplectenti.

*Matth. 13.*

Contemplor in Evangelio agrum, in quē bonum semen paterfamilias seminavit, sed cui deinde inimicus homo æmulationis rambie actus zizania supereminavit. Agrū porro hunc aliud nihil esse censeo, quā vitam hanc nostram, in qua & bonum semen, & simul zizania, reperire est: modo quidem voluptates, incuuitates, gaudia, commodi, prosperitates, modo autem angustias, tribulationes, infortunia, calamitates, aduersa, fortunæq; ludibria, læta scilicet tristibus & prospera aduersis permixta: nihil ut purum & merum dari in

ipso queat. Quod in Evangelio hodierno, ne multum euagemur, aperte videre datur: hic namq; cernere erit Deiparam & Iosephum, qui nato Domino, à Magis adorato, Simeone de puero prophetante, & Anna deinde posthæc de eodem vaticinante, incredibili olim gaudio perfusi erant, dolentes, & lacrymantes, & tristitia ob amissionem eius dum in patriam reuertentur, confectos. Textus verba hæc: *Cum factus esset Iesus annorum duodecim ascendit illis Ierosolymam secundum consuetudinem diu festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem.* Ut omnia hæc methodice deducam, primo inter hoc Deipara Ierosolymam versus regulam; deinde Christi amissionem, ac simul eiusdem inuentionem prosequar: in quo & tristitia lætis & iucunda amarum permixta videbis.

*Luc. 2.*

Principio igitur refert Evangelista, Iosephum & Mariam è Nazareth profectos, iuxta **II.** Evangelica consuetudinem ad solemnitatem festi peragenda, Ierosolymam venisse: cumque iam sacrificiis peractis & voto completo domum rediret, Christum annum iam duodecimum agentem, in via se subduxisse & in templo parentibus in seis, permansisse, quem illi amissum putantes tantam in animo sensere tristitiam, quāta nullis exprimi verbis queat. Quæ omnia ut melius intelligantur, sciendum. Iudæos omnes, ex legis Mosaicæ præscripto, ter singulis annis Ierosolymam sacrificii offerendi, voti que soluti ergo venire debuisse, in festo scilicet Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum. Verba legis in Exodo legere poteritis, *Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Deo tuo.* Et in Deuter. *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini.*

*Exod. 13.*

Huic igitur legi obsecuturi Ioseph & Deipara, quamuis ipsa eximeretur, (lege nimirum ad solos viros se extendente) è Nazareth Gallilææ Ierosolymam proficiscuntur, festum scenopegiæ celebraturi. Docemur hic festos dies obseruare, iis ipsis templa adire, sanctisque exercitiis vacare. Addit autem Evangelista, *Secundum consuetudinem diu festi.* Ut ostendant, non debere nos dum dies festi sunt, chartis laforiis aut alex astutere;

*Exod. 13.*

*Luc. 2.*

lasciua & impudica theatra adire, vino nos ingurgitare, genio & ventri indulgere, & recta ad inferos per viam latam properare; sed consuetudinem nostram esse debere, caelestem Ierusalem cogitatione ascendere, templa frequentare, concionibus & sacris interesse, precibus vacare, peccatorum confessionem instituire, communionem corporis Domini percipere, & eleemosynas in pauperes erogare.

O tempora, o mores, o saeculum contaminatissimum, o triste sanctarum consuetudinum exilium! solebant olim Iudaei, dum festus apud eos dies ageretur, templum petere, Deo victimas immolare, sacrificia & holocausta offerre: & heu! tanta hodierna die inter Christianos est dissolutio, vt iis ipsis diebus ad tabernas conuolent, per prostibula oberrent, per popinas & gurgulia discurrant, impune Deum variis sceleribus offendant, lasciuiant, insanient. Instituit porro festos dies Ecclesia, vt saltem iis ipsis Christiani poenitentiam agerent, ac delicta aliis diebus commissa tum deplorarent: at hodie quae morum corruptela est, non nisi ad risum, tripudia, lasciuias, ineptiasque instituti videntur. De expiationis olim diebus agens in Leuitico Deus, ita locutus est: *Decimo die mensis septimi dies expiationis erit celeberrimus, & vocabitur sanctus. affluetisque animas vestras in illo.* Hodie vero festa non sunt dies afflictionis sed dissolutionis, adeo vt omnibus tunc petulantibus habena laxari debere videantur.

Leuit. 23.

Voluit adhuc Iudaeos in magna solennitate Paschali non nisi panem afflictionis & doloris gustare, *Septem diebus comedes absque fermento afflictionis panem.* Hac vero tempestate in maximis solennitatibus maxima & splendidissima instruuntur conuiuia, mensae sternuntur, coquina fumat, ventri indulgetur, adeo vt bacchanalia agi videantur. Eodem ipso Paschatis festo lactucas agrestes comedere solenne Iudaeis erat, quas lxx. herbas amaras interpretantur. Et hodie pro pudor & Christianorum dedecus! in festis solemnioribus non nisi de voluptatibus, deliciis & gulae irritamentis est sermo. Porro vetera illa de festis decreta, innuere volebant, in festis maioribus radices nobis amaras in cibum esse

Deut. 16.

Exod. 23.

Viuebant olim Iudaei festis paschalibus non nisi lactu-

debere, id est, mystico sensu, poenitentiam accis syluestribus.

Solebant iisdem in festis offerre Deo et victimas iam boues & oues, ac victimas immolare. quoque immolabant. Colligimus hinc, brutales affectus, passiones indomitas, iram, odia, inuidiam, auaritiam, luxuriam, aliaque vitia, festis potissimum diebus iugulanda, eaque in holocaustum adolenda esse Origenes huc respiciens in homilia quadam scripsit, *In spiritu diem festum agamus, & spiritua in sacrificia iugulemus.* *Mar. 14.*

Iudaei in festorum obseruatione religiosi, ne dicam superstitiosi, Iesum hostem suum iuratisimum in die festo comprehendere praereligionem ausi non fuerunt: dicebantque hypocrite, *Non in die festo.* Hoc imitemur & nos, & quamuis diebus profestis Deum offenderimus, diebus tamen festis & solemnibus a peccatis abstineamus: peccata quippe die festo commissa grauiora proculdubio ceteris, & quod aliis commissum diebus simplex peccatum est, die festo duplicem continere offensam censetur. Illis igitur diebus Deum colere oportet, imitatione scilicet Iesu Christi, & Deiparae Iosephi exemplo. *Cum factus esset Iesus annorum duodecim.*

Enc. 2.  
Christus duodecimo aetatis anno patri suo offertur.

Videte hic obsecro, auditores, vt Iesus summus ille Deus, & humilimus homo, Ierosolimam Patri, se oblaturus ascendat, & duodecimo aetatis anno templum Deo se deuoturus ingrediatur: illo quippe tempore rationis surculi in animo nostro pullulauit. Vt hinc discamus, a tenera nos ipsos offerre Deo aetate, eique quidquid habemus, vltro in obsequium dedicare, a quo nimirum esse, viuere, omniaque accepimus. Quod ipsum est naturae nobis officio necessario incumbit: adeo vt D. Tho. putet puerum, eodem quo rationis usum habere incipit tempore, in conscientia teneri, seipsum Deo offerre, seseque totum eius cultui dedicare: atque hoc faciendo nihil quam quod ex debito & officio incumbit facere: negligendo autem mortale peccatum admittere, & infernalium se suppliciorum reum, si hoc in statu hinc emigrare contingeret, constituere.

Quamobrem optime vilus mihi est consuluisse mortalium sapientissimus Salomon, *Memento Creatori tui in diebus iuuentutis tuae, antequam veniat tempus afflictionis tuae & appropin-*

Ecl. 12.

propin-

*propinquant anni de quib. dicas, non mihi placent,*  
per tempus hoc afflictionis morte haud dubio intelligit: & per annos illos displicentes, senectam, quæ grauis & fastidiosa est. Beatus igitur ac felix adolescens, qui consulenti sapientissimo regi credit, & iam inde ab ætatis flore & vere Dei recordatur, studia illi sua operaque & quidquid acturus est, libens, merito dat consecratque.

Thren. 3.

Ieremias Propheta hinc in Threnis exostulans, ait, *Bonum est viro, cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua.* Quid autem est iugum Domini ferre, nisi legi eius obedire, præceptis Dei obsequi? quæ qui a iuuentute & prima ætate seruire inceperit, nã ille sapientem se & cordatum demonstrat: contra vero stolidum & fatuum se ille, qui a iuuentute lasciuire incipit, certoque salutem suam discrimini exponit.

Leuit. 11.

Inter ceteras quas Deus olim vt immundas & spurias aues ab altari suo reiciebat, eiuuentute rat & cygnus, cuius rei nullã aliã esse rationem puto, quã quod non nisi moriens cantet, & fata symphonia iucundissima præuertat, reliquo tempore ne hiscat quidem, sed stertere quati videatur, & in otio viuere. Mystice autem hic designatur, illos a Deo cygnorum instar reprobandos, qui iuuentutem & ætatis florem Deo non consecrant, studiaque sua & seipos totos, id est, animam & corpus illi non offerunt omnemque cantum, vitæ inquam emendationem, pietatem, penitentiamque otiosi & stertentes in senium ac mortis tempus differunt. At Iesu Christi exẽplo, qui iam inde a duodecimo a tatis anno Patri se offerre, operaque sua dedicare incipit, respiscant.

Non alia porro tam matura sui manifestationis dari potest ratio, quam vt ita desiderium, quo erga gloriã Dei salutemque animarum incensus erat, manifestaret, adeo vt tempus ab æterno ad id designatum præuenterit, omnesque moras præscindendo vltro se ipsum manifestare voluerit. Ita etiam tempore passionis, vehemens illud desiderium quo ad mundum redimendum flagrabat, in causa fuit, vt omnis moræ pertæsus, sanguinem, qui non nisi flagris, clavis, & spinea corona eliciendus erat, in hortu orans exsudaret, atque hoc antea prædixerat, *Baptismo, san-*

Luc. 11.

guinis sc. habeo baptizari, & quomodo coarctor, *Luc. 21. donec perficiatur.* Et ecce hodie ætatis anno duodecimo cum Iosepho patre putatio, & gloriosa Deipara matre templum ascendit.

*Ascendentibus illis Ierusalem.* Maria scilicet & Iosepho coniuge illius. Non sine ratione Coniugate Spiritus Sanctus ambos hos simul proficiscẽtes depinxit, vt doceat nimirũ, dedecere coniugatas sine maritis foras prodire, aut solas sentur & deambulare, atque huc facere videntur illa exeant. Dei verba, Gen. 1. *Faciamus ei adiutorium simile sibi,* quæ alius interpres ita transtulit. *Faciamus ei adiutorium, quod sit cum eo:* perinde ac si iam inde ab illo tempore docuisset, ambos semper simul versari & incedere debere. Observatione profecto dignissimum est, iam inde a mundi exordio, hæc Deum verba usurpare voluisse, vt scilicet ostenderet, honestæ matronæ esse, mariti semper ob oculos versari, ne honori suo & famæ, sine inspectore per viros & agros incedendo, maculam aspergat.

Hoc indicare sponsa in Canticis voluit dicens, *Ego dilecti meo, & ad me conuersio eius:* quasi dixisset: Tanto sponsum meum amore prosequor, & ille me vicissim, vt semper me actioneque meas intrueatur: ego quoque nunquam me ab illius latere seiungam, sed assidua ei comes & indiuisa futura sum. Hoc in speculum matronæ oculos conuertant, in hoc speculentur, inter quas illa sapiens & cordata dici poterit, quæ a mariti latere nunquã recedit, aliorumque consortio velut pellem honorisq; fuliginem detestatur.

Cant. 7.

Plalmographus huiusmodi mulierem describens, inter familiæ beatitudines recenset, *Vxor tua sicut vitis abundans in sobolis procreatione & fecundo partu, in lateribus domus tua, nunquam sine te egrediendo, sed affectum in te suum testando, familiam non deseret, curam domus geret, ab eaque nunquam recedet.* Et profecto talis maritum diligere & sapiens cõlenda est, interq; mariti benedictiones enumeranda, quæ quietis & solitudinis amans a domo nõ recedit, sed familiam gubernans suam, publicum fugit.

Psal. 127. Sapiens vxoris descriptio.

Moses in Ægyptum, filiorum Israel caesam coram Pharaone acturus, missus, vxorem secum duxit: nam quamuis negotia ad eam non

Exod. 4.

non



Nunquam  
vxoꝝ sola  
relinquēda.

non spectarent, ipsaq; ijs non sufficeret, solā tamen eam relinquere noluit. Hinc discant mariti vxoꝝ suas nunquā solas relinquere: sed eas, quocumq; etiam secedendū sit, semper secum ducere. Exemplo etiam sit beatum illud par coniugum, Iosephus & Maria, qui simul Ierosolyam hodie proficiscuntur.

Iudæi peregrinaturi,  
vxoꝝrem  
quidem secum ducebant, sed alia via incedebant.

Animaduertendum tamen, Iudæos, vt bene Venerab. Beda obseruauit, peregrinationem instituentes, aut ad diem festum ascendentes, ab vxoꝝibus se segregari solitos, & maritos quidē hac, vxoꝝes vero illa via iuisse, vt maiori pietate iter suum conficerent, omneq; libidinis exercendā, prauorumq; occasionem ita præscinderent. Quis enim se à peccato immunem præstet, qui occasiones peccandi non declinat? Hinc bene serpenti incauta tamen Eua respondit, *Præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Non solum vsum, sed & tactum, veruissē Deum ait: ex tactu quippe facile ad gustum descendere potuisset.

Gen. 3.

In tantum Propheta Iob homo innocentissimus & sanctissimus peccandi occasiones subterfugiebat, vt hac ex parte in timore sedens, innocentiam suam testatus, gemens & lacrymans verbis vel saxum pectus emolituris, diceret: *Si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, & osculatus sum manum meam ori meo.*

Iob. 31.

Id est, Exere vindicem in me manum Domine, si ipse, cum operibus & honoribus affluere, oculos ad cælum tollere præsumpsi, solem mane in ortu rutilantem cōtemplaturus, & si manum deinde ori meo, eandem ex osculaturus, admonui. Horum quidquam si feci, merito hæc omnia mihi euenisse existimabo. Lyranus locum hunc in Glossa exponens, Chaldaeos, inter quos Iob Propheta commorabatur, solem & lunam adorare solitos refert, manum sc. cælum versus sustollendo, eamque ad os reducendo, & osculando. Iob vero ab hoc se idololatriæ genere purgare volens, ait, non modo se hac ratione non adorasse, sed ne oculos quidem ad cælos, hoc facturum, sustulisse; cum sciret illicita hæc & intuitus occasiones peccandi esse & laqueos.

Magnus ille Ecclesiæ Doctor Ambrosius

ferm. 4. in Psalm. *Beati immaculati*, verba hæc exponens, *vt viam iniquitatis amoue à me*, ait Dauidem orare Deum vt se liberet non modo ab iniquitate & peccatis, verum etiam à peccati viis: at nulla certior ad peccatum via est quam eius perpetrādi occasio. Beatus autem ille ter & amplius qui vias eius deserit, omnesq; peccandi occasiones euitat, vt fecere olim Iudæi, & modo Ioseph & Maria, dum diuersum vterque iter ad diem festum ascendentes ingrediuntur.

Psalm. 118.  
Occasiones  
ad peccatū  
viā.

Viri igitur aliud iter insisterant, & aliud Viri à mulieribus quod & post mortem apud eosdem locum habebat: viri quippe & mulieres diuersis in locis sepeliebantur. Hinc Abraham vxorē Saram, *sepeluit in spelunca agri duplici*, agro quē ab Ephron Chanaanæo emerat. Porro duplex hoc sepulcrum diuersimode ab interpretibus intelligitur. Nam Rabbi Aben Ezra ait, ideo duplex dici, quod aliud sepulcrū includeret. Lyranus vero, quod vnū sepulcrum esset in summitate cavernæ, aliud vero in fundo: Glossa autem & alii quod duo diuersa sepulchra essent: in quorum vno viri, in altero mulieres sepeliebantur. Notate hic obsecro, admirabile Abrahamæ prudentiā: designare voluit, nō esse decorum aut consentaneū, viros cum mulieribus etiam post mortē commorari.

*Ascendentibus illis.* Aduertite quæso hic, vt Deipara & Iosephus Christum paruulum ad templum deducant, cumq; dum peregrinationē instituunt, itineris socium habere velint. Vt hoc exemplo parentes ceteri incitati, paruulos ad templa, & sacras conciones secum trahant, ne quid forte, interea dum absunt, detrimenti illis accidat, aut domi eorum tenera & cerea ætas exemplo aliquo inhonesto deprauerit. Recordemini, obsecro, patres, vt populus Israel, Moysē in montis Sinai vertice cum Deo agente, & legem decalogi accipiente, idololatriam exercuerit, & vitulos aureos adorauerit, eosq; vt liberatores sospitatoresque agnouerit.

Luc. 2.  
Parentes  
liberos suos  
secum ad  
templum du-  
cant.

Exod. 25.

Notate hic, quam opportunum ad tā peruersam telam ordiendam tempus demon expectarit; scilicet cum ductor populi cum Deo familiaris ageret. Eheu quoties, obsecro, Satanas expectat, donec templum ad eatis cū Deo acturi, vt interea filios vestros deprauet,

uct,

Job. 1.

uet, & filiarum honori insidias tendat. An non Job propheta sacrificium offerente, Deo que supplicante, filij eius epulabantur, & diabolo auctore, ruina repentina obruti fuere, ac sub habitaculi ruderibus sepulti? Idipsum se penumero vobis accidit, patres; nam vobis templum adeuntibus, vota que faciuntur absentibus, inimicus homo liberos vestros corrumpit, & malignis suggestionibus depravatos in interitum & exitium deturbat. At, quo huic malo occurratis, nunquam illi a latere vestro decedant, ac praesertim tamen cum templum aditis,

Diabolus filiorum salutis insidiatur absentibus parentibus.

Gen. 18.

Deus parentes folet, qui liberos ad pietatem informant.

Eccles. 7.

Tob. 4.

Dan. 13.

Incredibile porro est, quot gratias & dona iis largiri Deus parentibus soleat, qui filiorum salutis solliciti inuigilant. Idcirco Dominus cum in Pentapolum furoris sui telam iam detorquere decreuisset, ait: *Num celare potero Abraham qua gesturus sum? Et quam obrem Domine? Scio enim, inquit, quod praecipiturus sis filius suis, & domus tua, post se, ut custodiant viam Domini.* Ostendit nimirum euidenter, quanti eos faceret parentes, qui timorem Domini & mandatorum eius observationem liberos edocerent. Salomon idcirco parentibus omnibus consuluit, *Filij tibi sunt? erude eos, & curua eos a pueritia eorum:* quo consilio vsus est Tobias senior in educatione filij, & Helias in Susannae, quam in lege Moysis edocuit.

Plutarch. de lib. educ.

Porro parentes, qui solis diuitijs parandis incumbunt, & de hereditate opima filijs relinquenda tantum laborant, de eorum moribus, educatione, formatione nihil sollicitos, similes esse perhibent ijs, qui concinnos quidem & sicyonios calceos quarunt, de pedum concinnitate, ne minimum solliciti. Quo refertur potest scitum & prudens Aristippi Philosophi responsum: hic enim a patre quodam rogatus, ut filium erudiret, & qua mercede id ipsum praestaret, ait, Mille drachmis. Pretij magnitudine percussus Pater, intulit, valentissimum hoc mihi pretio seruum comparem. quo audiito, acute admodum Philosophus respondit; *Hoc fac, & duos domi seruos habebis; filius quippe indoctus & impolitus, aut perperam edoctus, parum a seruo & mancipio differt.* Discamus hinc, primam & maxi-

Tom. 1. Pars Hyemalis.

mam parentum curam & studium esse debere, liberorum educationi diligenter incumbere, praecipuos & paedagogos bonae famae ac nominis illis assignare, quorum & institutione proficiant, & parentibus tandem gloriae & laudi sint. In quo primam concionis partem finio, alteram, quae Iesu amissi inuentionem continebit, aggressurus.

Sacratissima igitur Deipara, & Iosephus Mos cum Hierosolymis domum redirent, puer Iesus Hierosolymis mansit, & non cognouit parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter duci, & re uirebant eum inter cognatos & notos, & non inuenientes regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Reuocate hic in memoriam, quod paulo ante dixisse memini, Iudaeos peregrinationem instituentes, a foeminis abstinuisse, & ipsos ideo vna, mulieres vero altera via incedere consueuissent; pueros autem promiscue & indifferenter modo cum matribus modo cum patribus ire solitos. Quod & in hoc itinere vsu venit. Cum enim beatissima Virgo existimaret, dilectum suum Iesum, vnicas suas delicias, cum Iosepho patre in vizorum comitatu esse; Iosephus vero, cum matre in ordine mulierum, factum est, ut in neutro ordine reperiretur. Haec quidem sententia Venerabilis Bedae: ac doctissimus Maldonatus credit, Iudaeos gregatim, & vicatim, imo & oppidatim ad solemnitatem paschalem ire & redire solitos: adeo ut Maria & Ioseph inter ciues Nazarenos, & quidem inter cognatos & vicinos, eum quarent. *Et requirebant eum inter cognatos & notos.*

Mos Iudaeorum ad diem festum g-untium.

Luc. 2.

Luc. 2.

Origenes putat Christum se hic inuisibilem reddidisse, & ita, in scitis parentibus, Hierosolymis in ciuitate sancta remansisse; ut & deinde Ioannis octauo, inuisibilem se reddidit, Iudaeis eum lapidare volentibus, quando per medium eorum incedens oculis se adstantium subduxit. At noua hic difficultas oritur, vbinam scilicet toto illo triduo latuerit, vel apud quos diuertit, quidve egerit. Bernard. ait eum, eleemosynam & stipem, in paupertatis signum, petiisse: in quam sententiam & Basilius Magnus

Orig. ho.

19. in Matt.

M con-

2. Cor. 8.

concedit, quod & loco illo Paulino confirmatur, nam ubi Latini legunt: *Propter nos egenus factus est*. Interpretatio Græca habet, *propter nos mendicus factus est*; & ita Basilii legit. Verisimilius tamen est Angelos interea temporis illi seruisse, illiusque curam habuisse, ut deinde in deserto Palæstinae fecere.

IV.

*Remansit puer Iesus in Hierusalem.* Eheu!

Luo. 2. Iesus in die festo perditur.

quid hoc audio? Christus in die festo amittitur; ut hinc manifestum fiat, plurimos tanquam nequiter templum adire, ut Deum amittant. O rem deplorandam! quo enim in loco charissimum & gratiarum celestium manipulos colligere deberent, illo habitam gratiam prodigunt & profundunt, sibi que interitum afferunt; quodque illis in benedictionem & salutem cedere deberet templum, in exitum & calamitatem vertitur. Quod mille testimoniis è sacris litteris confirmare potero. Saul imprimis sacrificia offerens regno exutus est, Deum grauerit offendit; & Ozias rex thuribulum & acceram in manus sumens, incensum Deo oblaturus, lepra percutitur. Quoties eheu! Christiani, templum mundi & niuei ingredimini, sordidi tamen & picei eodem egredimini? Pharaon rex cum natalia sua epulo publico celebraret, æconomus ceruicem præcidi iussit. In solemnibus assueti conuiuio, Vasthi Regina diadema perdidit. Philisthai arcem Dei Israel in sanum Dagon inferentes, Deum amisere. Plura ne desideratis, queis demonstrarem; in festis solemnioribus & rebus sanctissimis, capiti nos nostro & animæ periculum arcescere, Deumque ad iracundiam prouocare.

1. Reg. 13.

4. Reg. 13.

Gen. 41.

Esth. 1.

1. Reg. 5.

Ingens calamitas Deum in via amittente.

3. Reg. 3.

At quam calamitas & malum, Deum in via, in templo, in opere pio amittere! Quid enim profuerit bona te tua conseruasse, si Deum tuum seruare non potueris? Salomon quidem quam à Domino petiit sapientiam, obtinuit; at fatius ex diui Ambrosij sententia fuisse, si ita orasset: *Da ut sic te possideam. Et nunquam amittam.* Et quoniam cor velut arx & domicilium est, in quo Deus commorari dignatur, & quod sibi velut habitaculum deligit, ipsum omni cura est custodiendum. Consulit hoc siquidem Sapiens,

dom ait: *Omni custodia custodi cor tuum, bene ait: omni custodia, eo quod omnes excubiæ, custodia, diligentia, stratagemata, artes, technæ, quæ in re aliqua preciosa conseruanda adhibentur, in cordis nostri custodia potissimum adhibenda sunt: quod nimium facile amittatur & quod eo amisso omnia simul amittantur.*

Samson, vir quidem validus, generosus *Judic. 10.* & strenuus fuit torumque eius robur in crinibus sicum erat. Ut allegorice hoc exponam, omnem in partem circumspecte, o homo, ne, quamuis fortasse validus & strenuus videare, prauam aliquam cogitationem, cuius crines symbolum sunt & figura, in animum admittas; in hoc enim omne tuum robur consistit. nam mox ut aliquam admiseris, Satan callide te inuadet & eneruabit, & Deum ita tuum amittes.

Salomon, quo thronum suum regium conseruaret, duodecim leones velut excubitores assiduos adhibuit, sed vti nam totidem circa eor adhibuisset, ne ipsum Deum amitteret! quod quia neglexit, imprudentiam suam demonstrauit. Similes potro huic esse putemus, qui diligentem rerum suarum curam habent, domos excubiis circumcingunt, resque suas in tuto collocant, de corde custodiendone minimum solliciti, à cuius tamen custodia & Dei conseruatio, & omnis eorum felicitas dependet.

Templum Salomonis duos habebat ianitores & custodes, quorum munus erat, & templi fores claudere ac referare, circumspicere quando arca Domini in agros prodiret. Quid: ane necessarij videbantur ianitores in viis regis? ane in agris portæ & ianua? Nequaquam: sed quia maius illic discrimen & pericula euidentiora habebantur, ideo maior quoque adhibenda erat custodia, & ianitores necessarij. Hinc eliciemus, cordis nostri excubias diligenter obsecundas, custodes semper ei adhibendos, & præsertim in locis, in quibus & discrimina apertiora, & bella magis sanguinolenta.

Dauid castra Saulis ingressus, videns duces omnes stertere, abstulit hastam à

1. Reg. 16.

tentorio regio, dicens ad Abner: *Filij mortis estis vos, qui non custodistis Dominum & fratrem Christum Domini.* An non ille mortis filius vere dicendus, qui Iesum Christum, regem suum, Principem suum, & Deum in corde non custodit? quem ut bene quis seruet, imitetur sapientissimum regem Salomonem, qui ad templi defensionem plurima scuta aurea, & hastas parari iussit, eaq; in templo, ad subitas aliquas excursiones defensionisque, suspendi. Denotare hoc voluit ad DEVM in cordis nostri templo conservandum, aureis armis opus esse, sincera scilicet erga Deum dilectione, & irrefragabili erga proximum amore. Si vero hocce nobis aurum defuerit, imitemur regem Roboam, qui eadem scuta & ancilia cum aeneis commutavit; ut, si fortasse caritatis ardor ad Deum custodiendum nobis defuerit, timorem saltem & mortificationem ad eius custodiam comparemus; auro namque deficiente ars adhibendum. Sed ad propositum postliminio revertamur.

Optima Deum in corde servandiratione.

1. Reg. 10.

Duodecimo ætatis anno Christi amittitur, tunc nimirum maximum iuventus adire discrimen solet, & ruinam capiti suo arcessere. Hæc quippe ætas fuit, qua pueri illi Bethel in Elizæum Prophetam dictis conuitij iniurijs, ab vris deuorati misere interiëre. Et profecto Sapiens inter tria quæ comprehendere nequibat, viam viri in adolescentia enumeravit: *Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro, viam nauis in medio mari, &c. & viam viri in adolescentia.* Credunt plerique paralyticum illum de quo in Evangelio, qui triginta & octo annis paralyti laborarat, à duodecimo ætatis anno laborare cœpisse. Dæmoniacus idem ille, quem Dominus è monte Thabor descendens sanauit, ab infantia & pueritia quæ in hanc ætatem definit; à dæmonio vexatus traditur. Cum enim Dominus à parentibus petisset: *Quam um temporis est ex quo ei hoc accidit?* quam primum illi responderunt, *ab infansia,* & ecce, puer Iesus eadem hac ætate in templo perditur.

2. Reg. 6. Prou. 30.

1. Ion. 1. Marc. 9.

Quid perdatum

O damnum irreparabile! ô perditionem inestimabilem, qua Christus amittitur!

Scire vis, peccator, quid quantum amittas, Christus dum Christum amittis? aures arrige: perdis perditur. imprimis Dei tui gratiam, reum te coram maiestate illius constituis, æternam tibi mortem arcessis, infernalium te suppliciorum participem reddis, diuinorum te charissimum dulcedine spoliastis, perennem nunquamque intermoriturum conscientie vermem nancisceris, virtutes olim multo labore partas destruis & dissipas, cœlo excidis, omni iuri in hæreditatem cœlestem renuntias, denique Iliadem in te malorum trahis. Quam graue obsecro, tibi videretur, vna eademque vice sensus, & motum, vitam, amicos, diuitias, solem, stellas, terram simul & cœlum amittere, nihil tamen hæc omnia sunt, si cum perditione, qua Deus amittitur, comparentur.

Huc respiciens Isaias Propheta dicebat: *Isa. 24.*

*Cum cantico non bibant vinum, amara erit potio bibentibus illum.* Sanctus quidem Hieronymus hæc de vniuersali mundi ruina interpretatur, quando nimirum vinum, quod animæ gaudii & lætitiæ signum est, peccatoribus quæ Deo deficiet; nihil quippe tunc bibent aliud quam amarorem & ablynthium. Verum Angelicus scriba.

Doctor Thomas ex his verbis, lamenta, amaritudinem, pœnitentiamque elicit animæ, quæ DEVM suum amiserit, & peccata velut vinum bibet, & æterna supplicia perferet. ad hunc sensum & locum Hieronymus, meam allegoriam confirmans; retulit etiam verba illa Psalmographi: *In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra.* Cui enim vsui fuissent instrumenta musica extra urbem Ierosolymitanam, & quidem in terra aliena, captiuitatis, & in qua ne minima quidem Dei mentio, qualis reuera Babylon erat? Præscindenda nimirum illic omnis gladij deliciarumque occasio & materia erat: non secus etiam animæ quæ Deo suo caret, & qua Deus caret. Hinc Ioseph & Maria Iesu perduto solliciti sunt, eumque anxie & sedulo vbicunque locorum requirunt. Sed non sine ratione, imo certis de causis, se Christus à parentibus subduxit, & in Ierusalem mansit.

Impleturus siquidem quicquid à Patre cœlesti

M 2

V.



Janu trigesimo ætatis anno, omnibus igno-  
tus, non edito prius aliquo sapientiæ & do-  
ctrinæ signo; prædicaret, omnes eum potius  
admirarentur, quam in docentem crede-  
rent. Nam quamvis adhuc iam inde à iuven-  
tute hoc sapientiæ doctrinæque specimen  
in templo edidisset, ipsi tamen Iudæi; quæ  
eorum invidia & stupor erat, deinde di-  
xere; *Vnde huic sapientiæ hæc & virtutes?*  
& alibi; *Quomodo hic litteras scit, cum non di-*  
*dicerit?*

Math. 13.  
Ioan. 7.

Cur duode-  
cimo anno  
hac ætate hocce facere voluisse; quod in illa  
ætatis mira-  
vniuscuiusque indoles apparere soleat, ac  
cula edere  
quid quisque spectet, manifestum fieri. At  
que hunc in modum Venerabilis hoc ex-  
ponit Beda: quamvis aliam rei huiusce ra-  
tionem reddat Ambrosius, qui sub duode-  
cenario hoc numero mysterium latere credit;  
respexit scilicet eum ad duodecim Apo-  
stolos suos, quos deinde, fidem per orbem  
disseminaturos, quoquo versum emissurus  
esset.

Tertiam ita soluit Euthymius, ideo nempe  
Christum parentes huius rei certiores  
noluisse reddere, quod vereretur, ne, si eos  
conficis fecisset, eum à proposito divertif-  
sent, aut impedimentum aliquod obieci-  
sent: simul etiam, ne quis si forte iis hac in-  
re minime obsecutus esset, eum dein, ut mi-  
nus obedientem, eorumque consiliis obni-  
tentem putaret. Aliam autem solutionem  
adfert Beda, quæque mihi plenissime satis-  
faciat, nempe diuino nutu & Patris æterni  
consilio id factum esse, ut nimirum alium  
se in cælis habere Patrem ostenderet, cuius  
voluntatem implere, etiam non consultis  
hominibus, nec parentibus in consilium ad-  
hibitis, deberet; quibus si alias obsecutus  
sit, & morem quam obsequentiissime gesse-  
rit, sponte id se & vltro, nemine cogente vel  
impellente, fecisse: sponte igitur, & propria  
voluntate motus etiam amitti voluit: qua-  
re non mediocrem parentibus dolorem at-  
tulit.

Christi o-  
bedientia.

Dolor Dei-  
paræ & Io-  
sephi amif-  
so Christo. Auditores. Ruben cum Ioseph fratrem in-

cisterna veteri, in quam fratres eum dimise-  
rant, non inuenisset, ait: *Puer non compa-*  
*ret, & ego quo ibo?* quid autem dixisse cre-  
dendum est mortuos hos parentes; anxie  
eum periter emensum quæritantes. Audi-  
re quippe Virginem dicentem videor, & la-  
mentabili voce ingemiscientem: *Ostende fa-*  
*ciem tuam, & salui erimus.* vel illud sponsæ *Cant. 2.*  
aliquoties iterantem: *Sonet vox tua in auri-*  
*buis meis.* item illud, *Indica mihi ubi pascas, ubi lud.*  
*scaber.*

Si mater Sifaræ, præfecti militiæ Iabin  
Regis Asor, filii absentiam ægerrime ferens,  
eumque quam maxime videre desiderans,  
per fenestram singulis propemodum mo-  
mentis gemens & lacrymans respiceret, cu-  
ius animum natus lenire, & afflictum con-  
solari debebat: quid Ies v matrem fecisse  
existimandum, quæ quoniam filius se subdu-  
xisset, ignoraret; quomodo ingemiscere, la-  
mentari, queri, eequæ suspina imo pectore  
trahere, quas lacrymas fundere, quas quere-  
las ingeminare eam iam credimus? Si To-  
bia mater montes quotidie conscendens,  
aeraque gemitibus complens diceret: *Hæu*  
*filii mei, qui dimisimus te peregrinari?* quid ma-  
trem Iesû fecisse credemus? an non per iter  
iam emensum, Ierosolymam redeundo, alli-  
duo clamasse, *Eheu filii mei, Deus meus, & o-*  
*mnia, cur pater tuus & ipsa, hoc id nobiscum*  
*iter suscipere permisimus?*

Cant. 3.

Amans illa dilecta, amore æstiuans, eum  
sponsam amississet. eiusque tamen absentiam  
ferre non posset, lymphata similis, atque eum  
quærere vbiuis locorum parata, hunc in mo-  
dum seipsam ad iter adhortatur: *Surgam &*  
*circuibō civitatem, per vicos & plateas, quarum*  
*quem diligit anima mea.* Eadem & dixisse Dei-  
param verisimile est; nam cum dilectum sibi  
filium amissum iam cerneret, surgit quanto-  
cyus, properat, Ierosolymam redit, vicos &  
plateas obambulat, quærens quem super o-  
mnia anima illius diligeret: quem deinde  
post triduum in medio doctorum confiden-  
tem reperit.

VI.

Si tristis filii amissio tristitiam, inuentio  
gaudium  
ob Chri-  
stum in-  
uentum.

M. 3.

le est?

Gen. 46.

le est? an non cum Iacob Patriarcha, vito filium inter Principes Ægypti connumeratum, dicere poterat: *Iam letus moriar, quia vidi faciem tuam?* quantum vero ipsam Deiparam? quam filium osculando tenerrimeque amplectendo, his ad eum verbis vltam fingere poterimus: *Conueristi planctum meum in gaudium:* aut illis Tobia: *Non delectaris in perditionibus nostris, se ipse post tempestatem tranquillum facis, et post lacrymas et fletum, exultationem infundis.* aut Dauidicis illis: *secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, fili mi, consolationes tuae latificauerunt animam tuam.*

Gen. 12.

Psal. 34.

At vbinam reperitur? non quidem inter parentes & consanguineos, cum ipse suis confuleret, vt patria & parentibus relictis, in regionem peregrinam se conferrent: dixit enim olim Abrahæ: *Exi de terra tua et de cognatione tua:* quique olim per Psalmistam edixerat: *Audi filia, et vire, et inclina aurem tuam et obliuiscere pulum tuum, et domum patris tui* & qui deinde in Euangelio ait: *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem, et uxorem et filios, et fratres et sorores, etc. non potest meus esse discipulus.*

Exod. 25.

Christus  
candelabro  
aureo col-  
latus.

Reperitur autem inter Doctores. Præcepit olim Dominus, vt septem lampades in candelabro aureo in templo collucerent. Hodie porro hoc ipsum completum cernimus. Videmus enim, vt Euangelij illud candelabrum Iesus Christus, septem lucernis, id est, septem donis Spiritus sancti instructum, inter Doctores in templi medio colluceat, ardeat, lumenque copiosissimum emittat, quod & omnium oculos præstringat, & synagogæ scribarumque visum offuscet.

Æquissimum namque erat, doctorem illum cælestem, scribam illum eruditissimum, semel in doctorum terrenorum medio inueniri: quin etiam longe utilissimum, vt omnes sapientiæ doctrinæque thesauri, qui in sancta illa & sacra humanitate mirabili quodam modo delitescerant, hodie in apertum prodirent, mundoque se proderent. Erat quippe Christus, de quo postea Apostolus scripsit: *In quo omnes sapien-*

*tia et scientia Dei thesauri absconditi sunt.* Coloss. 2. Ideoque Sanctus Bonauentura verba hæc Euangelij nostri exponens: *Proficiebat sapientia, et aetate, et gratia, coram Deo et hominibus;* ait: Profectum hunc in sapientia & gratia, non fuisse aliud, quam certum quoddam horum duorum specimen & indicium, & manifestationem quandam amplissimorum thesaurorum sapientiæ & gratiæ, quæ in ipso elucebant. Adeo vt ipse vere potens ille & locuples Ezechias nuncupari possit, qui Doctoribus, id est, synagogæ legatis, thesauros & diuitias aperiat & referet.

*In medio Doctorum.* In templo cum iisdem disputans & disceptans. non tradit autem Euangelista, qua de re disputarit, aut quam iis quaestionem soluendam proposuerit. Sanctus Vincentius tamen dubitando credit eos de Messia aduentu locutos esse; disceptasseque, vtrum hebdomades Danielis iam completa essent, nec ne, num sceptrum de femore Iuda, vt Iacob olim promiserat, iam defecisset, vtrum Messias in lege promissus iam in mundum venisset, vel aduentus eius iam instaret; quas eum conditiones & qualitates habere oporteret; an futurus esset Deus, vel nonnisi homo, quæque miracula parraturus, vt ab hominibus agnosceretur.

*In medio Doctorum.* O varias vices & re- rum humanarum inconstantiam! Is qui modo in medio Doctorum reperitur, ab hinc aliquot annis inter animalia, ac post aliquot annorum lustra in medio latronum in crucem actus expirabit. At interea notate mysterium; animalia siquidem in stabulo, doctores in templo, & latrones in cruce reperiuntur. Esset namque prodigii simile CHRISTVM in medio asinorum aut bestiarum in templo reperiri; templa quippe & cathedræ, doctorum sunt; stabula & præsepia, bestiarum; cruces vero & patibula, latronum. Adeo vt quicumque Christum in medio Doctorum conspicatur, sibi persuadeat, videre se solem in medio Planetarum, propitiatorium inter Cherubinos, Arcam fœderis inter tribus popu-  
li.

Luc. 2.  
Christus  
cum Do-  
ctoribus de  
qua re disce-  
parit.

Luc. 2.  
Christus in  
stabulo ani-  
malia. in  
templo do-  
ctores; in  
cruce latro-  
nes velut  
socios ha-  
buit.

li Israel. De puero igitur hoc vsurpare licet verba illa Psalmista: *In medio Ecclesia lau dabo e.*

Christi sci-  
entia.

Dum puerum hunc duodenum in medio Doctorum in templo conspicio, ipse mihi persuadeo, vti nam & vobis, omnem in eo cognitionem, sapientiam, scientiam, præscientiam, providentiam, prædestinationem & reprobationem hominum, librum quoque vitæ, omnia denique quæ in Patris æterni intellectu reperiuntur, contineri. Nam in quantum *D E V S* ex primo obiecto nouit se ipsum, ex secundo omnia intelligibilia, & realia ex tertio: vt beatus & comprehensor, intelligit verbum, & quidquid in verbo continetur; vt viator autem, nouit omnia in suo genere per species infusas, & cum ipso creatas.

Christi elo-  
quentia in  
disputando.

Vtinam tam fœlix aliquis nostrum fuisset, qui eundem cum Doctoribus differenter audire potuisset; quanta namque eum eloquentia de Scripturis & Prophetarum oraculis disceptasse verisimile est. Aliquoties mecum demiratus sum, cur sponsa illa in Canticis eum *Lilium conuallium* appelleret; sed omnem mihi dubitationem Theophrastus & Plinius, dum in eisdem incidi, abstulerunt: est namque aliquod liliorum genus, coloris purpurei, virgatum, & tribus aureis lineis insignitum, quod veteres *Trides* nuncuparunt, & eloquentiæ symbolum esse crediderunt. Ipse quinetiam Poetarum deus Homerus, Troianorum legatorum eloquentiam doctrinamque deprædicans, lilia eos ait comedisse. Hinc sponsa, dilecti sui eloquentiam & sapientiam celebrans, liliis eum conuallium comparat.

Cant. 1.

Lilia Elo-  
quentiæ  
symbolum.

Agell. l. 3. &  
Macro. lib. 1.  
Sat. c. 6.  
Gen. 40. 41.  
3. Reg. 3. 5.  
Dan. 13.

Sordent igitur jam, si Christi eloquentiam in hac ætate consideremus, sapiens ille puer, Papius Prætextatus Roman. senatoris filius, qui matrem curiosius inquirentem scito responso repressit: Ioseph quoque Iacobi Patriarchæ filius, qui adhuc iuuenis super omnes Ægypti principes euectus, Pharaonis somnia interpretatus est, & Salomon qui duodecimo vt multi quidem existimant, ætatis anno, sapientiam à Deo postulauit; Daniel quoque qui in ætate iuuenili, magno prudentiæ sapientiæq; iudicio, lasciuos senes

condemnauit, & innoxium sanguinem probro & neci eripuit. De solo autem puero Iesu, inter Doctores & Legistas constituto iam sit sermo.

Rupertus. In templo est, cum Doctoribus de Scripturæ intellectu disceptans, deque Messia aduentu diligentius inquirens. Multi quidem templa adeunt, inque iisdem conspiciuntur, verum non disputant, sed vendunt & emunt, negotiaque forensia pertrahunt: quos Dominus deinde illie reperiens, facto è funiculis flagello, eiecit: sunt etiam nonnulli, qui in loco illo sacro sacrilegia committunt, diuinamque maiestatem in eius domo ad iracundiam prouocant. Multos namque reperire est, qui templa frequentant, maiori cum libertate Deum offensum, loca sacra sanctaque vt minus suspecta feligentes, quæ deinde suis abominationibus & sacrilegis profanant, & falso quodam pietatis prætextu & colore, ne ab aliis conspiciantur, constuprant & violant, fraudulento Abalamo perfimiles, qui pietatem e-

Multi in  
templo sūt,  
sed non di-  
sputantes,  
at vendētes  
& ementes.

1. Reg. 13.

mentitas, sacrificiaque oblaturum se fingens, aduersus fratrem conspiraturus, eiusque regnum occulte inuasurus, in locum sacrificii venit.

Væ autem vobis sacerdotes, & in sacris ordinibus constituti, qui vita vestra contaminatissima & irreuerentia sacra loca polluitis ac prophanatis. Scriptum est, sacrificulos Dagon idoli, cum ipsum collapsum in locum suum restituisset, limen fani nunquam deinde pedibus caleare voluisse, eo quod Dagon in templi limine truncus iacuillet: indignum arbitrari humanis pedibus eum terere locum, quem Deus aliquando occupasset. Vos vero scelesti & impudentes sacra hæc templa violare non erubescitis, in quibus Deus vere cum omni maiestate cœlesti præsens est, in quibus sanctas i las sanctorum omnium, & præsertim sanctissimæ crucis imagines, quam Dei caput, pedes, manus & vniuersum denique corpus tetigit, videre est.

1. Reg. 15.

Matth. 24.

Magna illa profecto abominatio fuit, quando Caius Caligula statuam suam in templum Ierosolymitanum intulit, cui & victimas immolari iussit, quas soli *D E O* cœli offer-



offerre par est. de hac enim locutus est Christus, cum in Euangelio diceret, *cum videritis abominationem, dictam à Daniele Propheta, stantem in loco sancto.* Similis, meo quidem iudicio abominatio, ac par scelus, quando in summi Dei templum, & coram eius maiestate, mundi statuas infertis, statuas inquam ambitionis & avaritiæ, iisque cor vestrum & affectus, qui soli Deo debentur, in sacrificium & holocaustum immolatis.

De pueris Heli sacerdotis, etiam sacerdotibus scriptum est, *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebant homines sacrificio Dei.* Vt lapidem hunc in sacerdotum nostrorum agrum coniciam, dico scelera eorum & peccata, coram Deo enormia esse, quando sacro Ecclesiæ statu abutuntur, & avaritiæ, rapacitati, ac mundi honoribus tantummodo incumbunt.

Rerum secularium studium  
studium  
pium virum  
valde perturbat.

Gen. 13.

Nihil quippe est, quod sacerdotum, Ecclesiasticorumque animum inquietiorem reddat, & perturbet magis quam negotiorum secularium pertractatio, & nimia de rebus temporalibus sollicitudo. Rachel cum Laban patris idola secum abstulisset, Laban citatis equis eam insecutus est, idolaque repetiit. Quicumque etiam cum mundi idolis Religionem vel ordinem sacrum ingressus fuerit, qualia sunt haud dubio ambitio, superbia, avaritia, honorum sitis, multas præcudubio curas & inquietudines in caput suum arcesset. Hæc nimirum sunt, quæ animæ libertatem magno opere perturbant, animum possidentis excitant, cruciant, diuexant, ac tantum non exanimant, conscientiamque affligunt. Quod aperte in Martha, Evangelica illa Virgine, expressum legimus, quæ quod sollicita, turbata circa plurima describitur.

Luc. 10.

Conclusio  
& peroratio.

Eia igitur, Auditores, negotia nihil ad nos spectantia seponamus, aut potius penitus de-

feramus, & cum puero Iesu, dum tempus oportunum est, Deo nos offeramus, dedicemus illi annorum primitias, primas pueritiæ & iuuentutis fruges: ad templa confugiamus, Ecclesias adeamus, in Ierusalem quæ locum pacis denotat, maneamus, Doctorum à latere non decedamus, legem Dei discamus, familiaritatem probatorum consecremur. Cum vero Deum iam sequi eiusque inspirationibus obsequi voluerimus, parentes obliuiscamur, carnem & sanguinem negligamus, nec secretas nostras inspirationes mundo communicemus. Si autem Deum nos amittere contingat (per peccata enim & negligentiam facillime amittitur) quamprimum eum inquiramus, deploramus eius absentiam, lamentemur, dolorem inde conceptum demonstremus, ob amissum conteramur, sanctaque pœnitentia eum nobis denuo conciliemus. Noli autem, Deus bone, dulcissime animarum sponse, spes nostra & firmamentum, vnum in malis præsidium & solamen, permittere, hæcce vt nobis calamitas obueniat: at præstare ne te vnquam perdamus, Te enim qui perdit, perdit omnia, omnibusque exiit, & omnia amittit, cui tu surripetis. O triste naufragium! ô infortunium incredibile! ô raptum irreparabilem. Hoc saltem præstare Domine, vt quamuis negligentia te nostra aliquando amiserimus, ita nos ipsos in tui amissione affligamus, tot lacrymas effundamus, ita pœnitentia nos emaceremus, vt te in militanti Ecclesia, in hoc mundo iterum reperire valeamus, expectantes interim tempus, donec te in triumphanti, in gloria mirum cœlesti, inuenire possimus, cuius nos participes reddat Pater & Filius & Spiritus Sanctus.

DOMI-

DOMINICA SECUNDA  
POST EPIPHAN.

Partes.

1. Triplicem esse statum Christianorum.
2. Quis sponsus, & an bonum matrimonium.
3. De amore coniugali.
4. Quomodo uxor ducenda, Christusq; imitan-  
dus.
5. De uxoribus dotibus, & conuiuiis spirituali-  
bus.
6. In mundo deficere uinum bonum, abundare  
malum.
7. De Christi uoce, Mulier.
8. De Christi uino ex aqua facto.

Nuptia facta sunt in Cana Galilee, Ioan. 2.

FIGURA.

1. Reg. 10.

ISRAELITIS regem à Samuele postulan-  
tibus, qui eos domi regeret, & in bellis ab  
hoste defenderet, ne à cæteris gentibus op-  
primerentur & contemnerentur, Saul elec-  
tus est, & à Deo ad populi regimen consti-  
tutus: qui quamuis formam imperio dignam  
præferret, & capite & ceruicibus altis cæ-  
teris uiris eminentior esset: à pluribus tamen  
spretus & neglectus habitus fuit; dicenti-  
bus: Quomodo à Philistiim nos liberare po-  
terit ille? qui hostium à ceruicibus nostris  
iugum depellat & auferat? Adeo ut pluri-  
mi ab eo desciscerent, & pauci eius impe-  
rio parerent. Contigit autem interea, Am-  
monitarum regem, qui Hebræos variis præ-  
liis exercuerant bellum populo indicere, &  
urbem labe obsidione premere: quam ob  
causam à vicinis auxiliares copias petere co-  
acti fuere. Quo audito, Saul collecta suo-  
rum manu mox accurrit, & conferto præ-  
lio Ammonitas interneccione deleuit, victo-  
riamque amplissimam reportauit; Milites  
autem & quotquot eum in prælio secuti fue-  
rant, sacramentum ei fidelitatis præstite-  
re, fortitudinemque eius demirati, effecê-  
re, ut omnis eum Israel in regem, velut re-  
gno & sceptro dignissimum, receperit. Hoc  
ipsum in Euangelio hodierno redintegra-  
tum uideo: Saul namque Christi Iesu figura  
fuit. Cum enim iudem Israelitæ tam enixe

eum à Deo postulassent, credentes illum  
Israeli honori & gloria fore, adeo ut reliquæ  
eum nationes metuerent (persuadebant si-  
quidem sibi, cum magno Messiam appa-  
ratu, & maiestate quadam regia venturum) &  
quamuis Saulis instar caput cæteris eleua-  
ret sublimius, quod præter humanam natu-  
ram haberet & diuinam: non eo tamen quo  
par fuit honore & cultu eum sunt profecuti,  
nèue illius parere imperio uoluerunt, do-  
nec hodie uocatus, non ad bellum quippe  
qui pacem allaturus uenerat: sed ad epulum  
connubiale & nuptias, luculentum edidit  
miraculum, aquas in uinum præstantissi-  
mum conuertendo. Apostoli autem & ali-  
quot è suis hoc uiso, admiratione & stupore  
perculsi, ut uerum eum Messiam agnoscent,  
in eum credunt, & omnes, ut idem præsent,  
inducere conantur. Hodierno illud Euan-  
gelio continetur, quod uobis expositurus  
Spiritus S. inuoco, sua ut mihi gratia ad-  
se dignetur, & gloriosam Deiparam, cuius  
precib. hodie aqua in uinum transit, aduoca-  
tam & mediatricem adhibeo, dicens cum o-  
mnibus uobis, *Aue Maria.*

Tres præcipuos in Ecclesia status reperi-  
re est, Auditores, ad quos uniuersa hæc mun-  
di inferioris administratio spectat: statum  
nimirum uirginalem, uidualem, & coniuga-  
lem, quos omnes Christo Domino grauissi-  
mos existisse ex Euangelio discere poteri-  
mus. Uirginalem quidem, dum non nisi ma-  
trem habere uoluit Virginem: continentium  
etiam & uiduam, dum Annæ uiduæ in  
templo se manifestare dignatus est: coniu-  
galem denique, quando hodie in Cana Gali-  
lee nuptiis interesse dignatur, quas & mira-  
culo suo primo condecorauit.

Fuere nonnulli ex Patribus, qui triplicem  
hunc statum arbori procerissimæ compara-  
runt: cuius quidem radix sit matrimonium  
& coniugium, sine quo duo reliqui neque-  
ant consistere: ipsum enim optime cum ra-  
dice in terra delitescente comparantur, idq;  
propter sollicitudines, anxietates, molestias,  
& curas erga res terrenas & fragiles: de quo  
loquens ad Corinth. Apostolus ait: *Tribu-  
lationem tamen carnis habebunt huiusmodi, id  
est, ut quidem D. Thomas exponit: Occupa-  
tiones*

I. Tres præ-  
cipui in Ec-  
clesia sta-  
tus.

Ethi arbori  
compara-  
tur.

1. Cor. 7.

*raiones & afflictiones terrenas.* Rami vero prominentes, & hinc inde luxuriantes seque diffundentes, ipsa virginitas & continentia. Et quemadmodum hortulanus in radicem arboris sese benignum & amicum ostendit, eandem irrigando, circumcirca effodiendo, nunc terram aggerendo, interdum etiam stercoreando: in ramos vero scavit & grassatur, eosdem amputando, refecando & praecidendo: Ita voluptas & deficiat mundanae coniugatis conceduntur & permittuntur, ac virginibus & continentibus mortificatio membrorum & poenitentiae reservatae sunt, quibus scilicet via calcanda angusta, & leges severiores impositae, atque omnis voluptas superflua praescindenda.

Dixit olim in Proverb. Salomon: *Pulchrae sunt via Domini.* Dicere vult non vnam solum viam dedisse Deum per quam homines ad caelum perveniant, sed plures, easque pulchras & complanatas. Idem dicitur etiam alijs ex verbis: *Ex una radice multi procedunt rami.* Perinde ac si dixisset: Ramus qui ad caelum se extendat, status virginalis est, item, vidualis & continentium: alius quoque conjugalis & maritalis. Omnes haec viae pulchrae & iucundae sunt, Deoq; quam gratissima, & rami luxuriantes eadem e radice pullulantes.

*Gen. 6. Lib. 15. de civ. cap. 26. In 1. Tim. 4. Matrimo- nium plum- bo, viduitas argento, virginitas auro colla- ta.*

In Noe Arca, quae mari supernatauit, & mundum deinde novis generationibus au- xit, non nisi tria cubicula reperire erat: quam structuram mystice exponens Augustinus ait, triplicem Ecclesiae statum per vestigam hanc fabricam designari, virginum, vidua- rum, & conjugatorum. Theophylact. au- tem in Epistolas Paulinas commentatus di- cit, matrimonium plumbo, viduitatem ar- gento, virginitatem auro praestantif- simo similem esse. Primum quidem plum- bo, quia onus graue est, & iugum durif- simum, matrimonium: continentes autem argento, eo quod, vt argentum plumbo praestat: hi prioribus digniores sunt, & libe- riores virginitatem deniq; auro, quia quem- admodum aurum caeteris metallis domina- tur, ita virginalis status nobilissimus sit & praestantissimus, ac velut omnium Ecclesiae statuum princeps.

Oeconomus Pharaonis somnia sua Iose- pho, eisdem detento carceribus, enarrans Somnium referet: *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines.* Ecclesia autem in Euangelio regis Pha- vinea comparatur, cuius tres propagines es- raonis, se dixerim tres illos status, virginitatem scilicet, viduitatem, & coniugium, quae sese per omnia diffundentes, mirum in modum excreverunt, caelumque & terram multiplici factu complent.

Seminis Evangelici quarta pars cecidit in Lus. 8. terram bonam, & ortum fecit fructum cer- tesimum, sexagesimum, & tricesimum. Mul- tiplex hic fructus, & in tres gradus distin- ctus, tres status hominum denotat, coniu- gatorum, viduorum, & caelibum, vt quidem Iosin & in exponit Hieronym. & in Epistolis suis Atha- cap. Matth. nastus. porro inter tres hos vitae Christianae & in Apol. status, matrimonium eminet, & honorem Pamyn. promeretur, velut opus Dei, quod ipse ni- Ephes. 5. mirum in paradiso terrestri inter protopla- stos instituit, quodque post quinque anno- rum millia Ecclesiae velut Sacramentum, & quidem magnum, vt Paulus appellat, tradi- Ioan. 2. dit: & quod hodie praesentia sua, dum na- 11. ptus interest miraculorumque suorum pri- mitiis, cohonefere voluit. Euangelium ap- pud Ioannem legitur: *Nuptia facta sunt in Ca- na Galilae, & erat mater Iesu ibi* quas nuptias vt ipse digne dicendo velut epithalamio ee- lebrem, primo de earum ferie, & dignitate matrimonij: deinde de miraculo agam, quo Dominas aquam in vinum mutavit: & du- bus haece totam Euangelij seriem ac velut nucleum contineri putem.

Principio igitur non modica circa has nuptias difficultas oritur: nam plurimi di- sputantes curiosius inquirunt, quinam noui hi sint coniuges, & in primis quisnam spon- sus: & quamvis certi nihil hic statui possent, putarunt tamen multi, Ioannem Euange- listam fuisse: nam quandoquidem Deipara, speculum castitatis honestatisque quae om- nem turbam exorsa erat, & quietis aman- tissima, his nuptiis interfuit: inducimur vt credamus, contrahentes hos e cognatione illius fuisse. Eius opinionis est S. Hieronym. praefatione in Ioannem, Beda initio Evan- gelij huius, & Rupertus temporis sui scri- ptor

*Putatur e nonnullis S. Ioannes Euangeli- sta sponsus hic fuisse.*

1. *1. in*  
2. *2.*  
3. *4.*

ptor doctissimus, traditq; communem hanc  
pene omnium scriptorum sententiam esse:  
hos sequitur Thomas, Caietan. Sorus, Ioan-  
nes Maior, Ludolphus, Eckius, Dion. Car-  
thuf. S. Bonaventura, Antonius, Lyraus, &  
alij innumeri.

Hæc opi-  
nio refelli-  
tur.  
*Mat. 4. &*  
*Maro. 1.*

At nullam hæc opinio veri speciem ha-  
bet, nec ullis potest rationibus stabiliri. Pri-  
mo, quod, vt bene Maldonatus firmissimis  
hanc opinionem rationibus conuincens,  
ait: Ioannes non esset Cananæus: qui cum  
nuptiæ hæc celebrarentur, à Christo iam ad  
Apostolatium cum fratre vocatus erat, &  
his non vt sponsus, sed Christi discipulus in-  
tererat. Nam Christus vna cum discipulis  
ad has vocatus fuit. Atqui Ioannes cum fra-  
tre Iacobo inter primos Apostolos, vt ex Eu-  
angelio manifestum redditur, vocatus est.  
Secundo, omnes veteris Ecclesiæ Patres Io-  
annem semper vt virginem habuerunt, &  
firmiter semper ac constanter asseruere,  
nunquam eum connubium iniisse, quod tes-  
tatur Augustinus. Tertio, nuptiis his in-  
terfuit Christus, vt matrimonium ratum  
haberet, eiusque statum auctoritate sua  
confirmaret; at, si matrimonium ratum hic  
dissoluisset, Ioannem à matrimonio ad sui  
sequelam vocando, matrimonium porius  
reprobasse quam approbasse & stabilisse vi-  
sus esset. Quarto, si Ioannes à connubij con-  
tractu & matrimonio iam inito liber & so-  
lucus fuisset, dicendum esset, eum, scæminæ  
& omnibus valedicendo, statim à nuptiis  
secutum esse Christum: at scriptum est, eum  
non in domo nuptiali, sed ad mare Tiberia-  
dis cum fratre Iacobo retia reficientem vo-  
catum esse, vt è duobus mox citatis Euan-  
gelistis manifestum est. Postremo, si Ioan-  
nes hic sponsum egisset, dignum profecto  
fuisset, ipsum ab Euangelistis litteris man-  
dari, at nemo ne gry quidem vel apicem  
hæc superre scripsit. Certum est igitur, nul-  
la id dici ratione posse, multoque minus ab  
aliquo magni nominis scriptore asseri aut  
credi.

*Lib. 8. ca. 30.*  
*3. part. sum.*  
*tit. 2. §. 5.*

Nicephorus autem, longius adhuc à veri-  
tate recedens; ait, harum nuptiarum spon-  
sum Simonem genere Cananæum, fuisse:  
Antoninus vero sponsam, ex aliorum sen-

tentia, Mariam Magdalenen, quæ quod  
sponso & matrimonij vsu priuata esset,  
illicitis se deinde & vagis amatoribus de-  
dit, vitamque lubricam vixit. Sed omnia  
hæc apocrypha sunt. Credibile tamen sit,  
aliquam è Virginis cognatione, quæ ha-  
ctenus cum illa virginitatem coluerat, ex-  
stitisse, eo quod Deipara ad nuptias voca-  
ta fuerit & Nazareth non nisi quinque mil-  
liaribus à Cana, qui Galilææ vicus erat, ab-  
esset.

*Nuptia facta sunt in Cana, &c.* Non est *Ioan. 2.*  
autem necesse antiquitatem huc epularum  
connubialium & nuptiarum ab vltima me-  
moriam & prima origine adducere. Legi-  
mus namque Laban in Lia & Rachelis nu-  
ptiis epulum instituisse, multosque ami-  
Epulum  
corum, ad id conuocasse. Samsone quoque nuptiale in  
vxorem ducente, instituit pater eius con-  
Sacris litte-  
uiuuium, quod in septimum diem extendit, ris notum.  
& in quo varia propoſita fuere ænigma-  
*Gen. 29.*  
ta. Quis ignorat magnificentiam & lauti-  
*Iud. 14.*  
tias, quas Raguel in matrimonio filia: para-  
uit, quam Tobias iunior ducebat à Raguel *Tob. 9.*  
uxori sua Anna dixit, vt institueret conui-  
uium, & prepararet omnia, quæ in cibo erant  
inter agentibus necessaria. Quas vero epulas  
instruxit Assuerus Medorum Rex cum  
Eiſtherem in coniugem adoptaret? *Iussit Eſth. 2.*  
conuiuuium preparari rex magnificum; cunctis  
principibus & seruis suis pro conuentione &  
nuptiis *Eſther.* Christus quoque inter cate-  
*Matth. 22.*  
ras parabolas, vnam singillatim de nuptiis  
habet, dicens, regnum cælorum simile esse  
homini regi nuptias filio suo instruenti. In  
Apocalypſi quoque illi beati prædicantur, *Apo. 19.*  
qui ad cœnam nuptiarum Agni sunt voca-  
ti. Hodie quoque nouum conuiuuium in  
Euangelio paratum contueor, in Cana Ga-  
lilææ, ad quod Christus cum suis vocatus  
venit.

At quoniam de nuptiis & matrimonio  
mentio incidit, quinque hæresiarchas ma-  
trimonium oppugnasse comperio, & in i-  
psum iniuriosum fuisse. Primus fuit Saturni-  
monium.  
nus, vt tradit Irenæus lib. primo, capite vice-  
1. Hæresis.  
simo secundo, quem secutus est Marcion,  
referente Hieronym. lib. prim. contra Ioui-  
nianum; illius vestigia sectatus est Tatia-  
nus,

nus, teste Epiphonio hæresi 46. Priscillianista, vt Adamura, vt refert August. lib. de hæresibus cap. vicefimo quinto. Qui vnanimiter asserunt nuptias esse malas, & matrimonium ob Adæ peccatum inuestum esse: eo quod in statu innocentia nullus matrimonij vsus esset, hominumque creatio & propagatio diuino auxilio, non vero per corporum coniunctionem fieret. At Christus hanc hodie reipsa hæresim iugulat & refellit, cum nuptiis interesse, easque miraculorum primitiis condecorare voluit.

2. Secunda, fuit Montanistarum, qui secundas nuptias veritas esse credere: tolerabant quidem eos qui semel matrimonium contraherent; ad secundum vero conuolant, penitus à communione sua reiciebant, quos specioso quodam titulo adulterium velare dicebant, imo ab adulteris ne minimum differre: sed non capiebant illi Scripturæ sensum, cum dicit: *Si dormierit vir eius, cui vult nubat, tantum in Domino.* Et alibi multo manifestius: *Volo immiores viduas nubere, filios procreare, matres familias esse.*

3. Tertia, Armenorum, & Lutheri, qui negant matrimonium Sacramentum esse, ac proinde vllam per ipsius contractionem sponfis gratiam conferri. Quos refellit Apostolus Paulus, qui ipsum Sacramentum, & quidem è magnis & primis esse ait: *Sacramentum hoc manum est, dico autem, in Christo, & in Ecclesia* Et in Epist. ad Hebræos: *Honorabile conubium in omnibus, & thorus immaculatus.*

4. Quarta, fuit eorum, qui credebant matrimonium & coniugium iam initum, volentibus & consentientibus coniugatis, vti sponte & voluntarie coaluerant & conuenerant: ita & dissolui posse: idque præter voluntatem Christi, qui apud Mattheum ait: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Et Apostoli sententia, dum ad Corinthios scribit: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit.*

5. Quinta hæresis, est Ioniniani, qui matrimonium virginitati anteponebat, virginitatq; meritis, conjugatorum merita, æquiparabat;

quem S. Hieronymus doctissime iuxta ac validissime confutans iugulauit, & clarius & paucioribus verbis Apostolus, loco superius citato, *Qui matrimonio iungit virginem suam, benefacit, & qui non iungit, melius facit.* Quidquid demum sit, nuptiæ ex se honorabiles sunt, quas & Dominus ac Redemptor noster Christus hodie præsentia & miraculis ornare dignatus est.

Porto contra priores illos hæreticos dicendum, Deum solum sanctissimæ matrimonij copulæ auctorem & institutorem esse auctorem, & ipsum primos nostros parentes in paradiso iunxisse, Adamoque occultos quosdam erga eum igniculos indidisse, dum diceret: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea.* Vnde coniugati facile perspicere poterunt, quantus inter illos vigere debeat amor & concordia; honesta tamen, licet extrema. Nam quamuis liberi parentes suos diligere Dei iussu teneantur, & quidem amore quodam singulari, maiorem tamen dilectionem erga uxorem vir demonstrat necesse est, quam ex toto corde diligere, & vterumque se amare fouereque teneatur. Vnde in Genesi legitur: *Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ.* Eodem illam amore prosequatur oportet, quo Christus dilectam sibi Ecclesiam profectus est, in cuius gratiam mortem amarissimam oppetiit. Vnde Apostolus: *Viri diligitis uxores vestras, non quidem amore quodam ficto & mentito, vt Sichimitarum princeps Dinam; non fucato & assentatorio, vt Sampson Dalilam; non ob cupiditatem, quæstum, dotes optimas, honoresque, quos per eandem obtinere contenditis, vt Adonias Abisai Sunamidem; non amore illicito, & lasciuo, & carnali, vt septem mariti priores Saram; sed ex toto corde & anima, sicut Christus dilexit Ecclesiam.*

Notat in hoc propositum Magister sententiarum, sceminam à Deo non è capite, ne fortasse superbiens & insolentior facta, aduersus maritum insurgeret, eiq; dominaretur; nec etiam è pedibus, ne maritus eam pedibus protereret, & mancipij loco haberet, formata sed è costa sinistra, quæ haud procul à corde abest,

abest, formatam esse; quo maritus eam vt comparem, suis eductam membris, ac velut alterum se & sui partem diligeret. Vtque amor hic manifestior foret, Deus cum diuersa Adamum & Euaem materia componere potuisset, & vnum haec, siamilla & quidem mixta, amborumque corpora inter se diuersa ac diuersimode formare; nihil fecit huiusmodi: sed ne qua inter vtrumque diuisionis & dissensionis occasio nasceretur, non nisi vnum conderet voluit, e quo partem traxit, & quidem cordi proximam, e qua foeminam composuit, vt iuxta Scripturam non nisi vnum corpus & vna caro, & duo in carne vna forent.

Egregia  
veterum  
opinio.

Hinc putarunt veteres, vt bene Plato in Symposiis ait: Deos iam inde à mundi primordio, homini duplicia membra attribuisse, non vero singula, vt modo habere eum videmus, sed bicipitem, quadrimanum & quadrupedem. at quoniam superbia elatus insolentius se gerebat, hinc deos hominem diuisisse, & ex vno fecisse duos. Atque hanc esse rationem putant, cur sit aliquod semper in amore discrimen, & hunc plus, illum vero minus diligamus quasi diligendo illam partem, qua nobis olim ablata fuit queramus, & inuentam vt nos ipsos amemus. Et quamuis hoc fabulosum sit, quam proxime tamen alludit ad id quod dicere cœperamus. Deum scilicet hominem quodammodo geminum formasse, & corpore ex vno duo constituisse subiecta. Atque ideo quandoquidem coniugati, duo in carne vna sint, & foemina non nisi viri membrum sit & caro; proculdubio se mutuo fouere, & singulari quodam amore prosequi debent.

Damon cum Iob Prophetae substantiam demoliretur & destrueret, nihil omnino inconcussum & intactum, prater coniugem eius, reliquit: honorem & gloriam ei abtulit, infamem penitus reddens; bona possessionesque succendit & euertit, inopiam extremam causatus, in corpus quoque illius sauiit, vlcere equo pessimo percutiens: vxori tamen illius pepercit. Dici quidem posset, intactam illam relictam, vt viro deinde reprobraret, & afflictio insularer: sed longe alia subest ratio, voluisse scilicet Deum, hic a-

moris coniugalis exemplum dare: ita nam- Insignis que cum Satana Iob cribrare expetente conceptus Deus conuenerat, *Verumtamen animam illius ex afflictio- serua.* Quamobrem cum vxor animæ viri di- midium sit, eam, vt vitam suam, diligere & Iob. 2. amare teneretur. Ideo nimirum vxorem immunem reliquit, quod Iob eadem extincta, superuivere minime potuisset, sed vno anime dimidio ablato, facile alterum concidisset.

Ecclesiasticus tria sibi placere, Deoque & Eccl. 2. hominibus probari ait, concordiam nimirum fratrum, amorem proximorum, & maritum xime coniugum consensum. *In tribus placitum est spiritui meo, qua sunt probata coram Deo* consentire. *Et hominibus: concordia fratrum & amor proximorum, Et vir & mulier bene sibi consentientes.* Quando enim vir & vxor inter se dissentiunt, rixantur, & litigant; eandem nunquam poterunt viam insistere: sed non secus ac duo inimici sibi inuicem connexi, aut duo malefici eadem catena colligati, diuersum spirabunt.

Tanta Mezentij tyranni immanitas & Mezentij scruitias erat, vt, quo miseris affligeret & crudelitas. cruciaret magis, mortuorum corporibus, vt tradit in Emblematis Alciatus, viuos superalligaret, vt ita sensim terentimo odore & memphyri enecarentur, longoque cruciatu exanimarentur. Audite quid de eodem scripserit Maro:

*Corpora corporibus iungebat mortua viuis.*

At non minus coniugatorum inter se dissentientium, assidueque rixantium est supplicium. Quis enim non existimet amarum & triste, duos eodem attellatos iugo, eodem cubantes lecto, eadem gaudentes mensa, iisdem commorantes ædibus, sese mutuo odio plusquam Vatiniario prosequi, & alterum alterius necem optare: an non hoc est, corpora viuorum atterere mortuis, & crudelissima tyrannidis imago?

E contra, mutuo coniugum amore & concordia nihil iucundius aut suauius, quem admodum, vt dicere cœperamus, nihil dissensionis & discordia eorumdem odiosius, Leo Byzantius Philosophus, & orator celeberrimus, obesus aliquin & aqualiculum prominenter gestans, cum ad Athenien-

Leonis Byzantij dictum.

ses legatus missus esset, seditionem quandam popularem & turbas civiles eloquentia sua cohibiturus, mox ut legationis suae capita enarraret, omnibus risum ob enorme abdomen mouit; sed ipse a ludicris seriorum occasionem captans, dicere coepit: **Quanam vobis risus causa, o Athenienses? an quod me pinguem & distento rideatis ventre? sed audite, est mihi domi vxor, quam cum quoad pinguedinem ipse non sum conferendus, utpote quae me triplo sit pinguior; ambos tamen vnus facillime lectus capit, eum eadem volumus & sentimus; sed dum alter ab altero dissentit, ipsa hanc, & ego illam viam insisto, integra nos vix capiat domus. Quo dicto Atheniensibus persuasit, ut pacem inirent, turbas & seditiones cohiberent, populusque cum magistratu in gratiam rediret. Atque haec omnia occasione nuptiarum in Cana Galilaeae celebratarum.**

Matrimonio  
nium du-  
rum onus.

Ac, veluti nihil matrimonio iucundius aut suauius, ita eodem nihil grauius, aut durius; quippe cum quo nullum onus aut iugum comparandum videatur, si spiritualia & pietatem quam impedire plerumque solet, consideremus. Recordemini hic obsecro parabola Euangelicae, in qua varij ad nuptias vocati describuntur; at cum multis excusarent, nullus tamen ait, se ire nolle, sed solus ille qui vxorem duxerat: *Vxorem duxi, & ideo non possum ire.* Deinde iam ab ipso mundi exordio de vxore dictum quidem est: *Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhaerebit vxori suae.* At hodie pro pudor! multi ut vxoribus placeant & adhaereant, non solum parentes, sed **DEVM**, optimum maximum parentem relinquunt. Idcirco prudenter admodum fecisse censo sponso hosce Caneas, dum **CHRISTVM** eiusque Matrem vna cum Apostolis, ad nuptias vocarunt.

Tom. 2. lib.  
3. hares. 78.  
Ioseph non  
interest his  
nuptijs.

Notandum autem, Iosephi nutritij Christi, nullam hic mentionem fieri, quem Epiphanius iam dudum obiisse censet, eo quod nec hoc in loco, nec in alijs vlla eius amplius habeatur mentio; qui si vixisset, sine illo Deipara ad nuptias sola non concessisset: creditque hic eum auctor statim post

duodecimum Christi annum, aut non multo post defunctum, quae & communis aliorum sententia est. Christus nihilominus & gloriosa eius mater ad nuptias vocati sunt.

Discant hic qui matrimonium contrahere volunt, vxoremque honestam, moratam, & prudentem ducere; caelestes omnes & **IESVM** ipsum ad nuptias vocandos. Hanc ob rem notat Rupert. in cap. secundum Genes. Deum, quo Euam crearet, Adamo somnum quendam placidum, omnia membra illius irrigantem, immisisse; id est, extra mentis statum & extra se rapuisse: quo designat, illum qui vxorem sibi seligere & ducere conatur, oculos & sensus exteriores ocludere debere, & solum Deum intueri; Deum deinde Adamo eandem dedisse: bona enim vxor donum Dei est; utque matrimonium auspiciato & bonis, ut aiunt, aibus contrahatur, a Dei manu & directione vxor sumenda. Vnde Salomon in Prouerbij: *Donus & diuitia dantur a parentibus, a Domino autem proprie vxor prudens.*

IV.  
Christus ad  
nuptias &  
sponsalia  
inuitandus.

Antequam igitur vxor ducatur, non forma illa exterior & venustas spectanda, ut filij Seth fecere, qui filiarum Cain pulchritudine inescati & transuersum acti, gigantes procreauerunt, ob quorum nequitiam diluuius orbis vniuersus obrutus perit. Non sunt etiam ducendae quae pigmentis & odoramentis exoticis formam adulterant & purpurisant, luxum vestium consecantur, Orientis diuitias fronte & capillitio turrato praeferrunt; ut magno suo damno fecit Elau, qui duxit quas parentes eius ob fastum & superbiam, ferre non poterant. Non denique externa & alienigenae, aut alterius religionis, ut infelix Samson, qui Dalila amonibus impeditus expedire se non valuit, sed interitum & suum & populi Israel duxit. Quae omnia damna, ut quis euitet, Christum & Deiparam ad nuptias ac sponsalia inuitet.

Gen. 6.

Gen. 28.

Quo enim matrimonium bene feliciterque succedat, Christus praeter ceteris & ante omnes ad nuptias vocandus: tunc vero inuitatus ad nuptias dicitur, cum ipse velut praecipuus matrimonij finis & scopus praefigitur. Id est, quando quis vxorem ducit, quo

Christus  
praeter ceteris  
ad nuptias  
vocandus.

quo

quo melius Deo seruiat, eiusque legem ob-  
seruet, eadem quo natura satisfaciatur, & for-  
nicationem ac libidinem omnem excludat,  
vrendo. At si auaritiā & Plurimū ante om-  
nes inuitemus, si pulchritudinem, volu-  
ptates carnales, & delicias spectemus, easque  
ambimus prae reliquis, nihil ab his matrimo-  
nii nuptiisque boni sperandum est. Testis  
sit Sara, quae septem quidem maritos ha-  
buit, sed his a dæmonio interfectis, virgo &  
illibata tandem Tobiae coniuncta est, quod  
velut equus & mulus ad eam accessissent, so-  
liusque pulchritudinis & diuitiarum intuitu  
illam duxissent.

Tob. 6. 7. 8.

Felix copu-  
la, quam  
Christus  
copulat.

Felix profecto fortunatumque illud vere  
dici matrimonium potest, quod a Deo prin-  
cipium habet; at infelix & detestandum, ad  
quod dæmon ante alios inuitatur; quale il-  
lud censendum, quod barbarorum ritu, ob  
solam delectationem sensualem, corporeas-  
que voluptates contrahitur. Talia Chris-  
tianos detestari & abhorere par est, utpote  
Christiano nomine indigna, Deoque inuisa:  
quod sponsa sua Tobias iunior hisce verbis  
representabat: *Filius quippe Sanctorum sumus,*  
patres nostri & maiores sanctitate vitae fue-  
re celebres; ideo, non possumus ita coniungi sic-  
ut gentes, quae ignorat Deum, nihilque praeter  
voluptatem deliciasque corporis brutorum  
instar spectant. Deum quoque deinde, ut  
coepa secundaret precatus, ait: *Et tu Domine*  
*scis, quia non luxuria causa accipio sororem*  
*meam coniugem, sed sola pesteritatis dilectione,*  
*in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum.*  
Hoc scilicet erat Christum ad nuptias  
vocare.

Tob. 8.

vid.

Sola virtus  
in cōubijs  
spectanda.  
Gen. 2. 4.

Tunc autem Christus ad nuptias vocari  
dicitur, & felix illud matrimonium & auspici-  
um conseruetur, cum sola virtus tam in viro  
quam femina, non vero dos, forma, nec di-  
uitiae spectantur. Eleazer oeconomicus domus  
Abraham, cum parentibus Rebeccae, de cō-  
nubio inter Isaac & illam iacundo tractans,  
hunc in modum locutus est: *Domine bene-*  
*dixit domino meo valde, & magnificatus est, de-*  
*dit ei oves, & boves, argentum & aurum, &c.*  
Primo ecce cum Deo gratum, & ab eo bene-  
dictum ait, antequam de diuitiis, & opib. ser-  
monem instituat. Heu quam vestra ca-

ritas est, patres si vel animalia copulanda  
sunt ad forum procreandum, soletis & pul-  
cherrima & valentissima seligere; filias vero  
vestras eloçatur, matrimonioque copula-  
turi, de genero probò, moratoque ne mini-  
mum laboratis, nec filiis vestris nurus hone-  
stas morigerasque quaritis. Hinc illa lacry-  
ma, hinc illa familiae dedecora & exitia, hinc  
carum ruina & pestis.

Non aliam Idololatriam Ioram regis, filii Impiae vxor.  
Iosaphat, qui patri interfectis fratribus in res maritus  
regnum successit, scriptura rationem reddit, ruinae causam.  
quam sceleratae vxoris consilium suggestio- 4. Reg. 8.  
nemque: *Filia quippe Achab erat vxor eius, &*  
*fecit malum in conspectu Domini.* Adeo ut mi-  
randum non sit: Ioram in idololatriam prop-  
lapsus, vxore ad scelus extimulante, quod  
a patre hauserat, & in maritum transfundere  
satagebat. Achab quoque rex, mouente &  
animante impia coniuge Iezabel, idolis im-  
molauit, ea ductrice Prophetas occidit, &  
veri Dei cultum regno Israël propulsare &  
exterminare conatus est, *Concussit autem eum* 2. Reg. 12.  
*Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est, in*  
*tantum ut sequeretur idola quae seruauit Amor-*  
*rhæi.*

Christus igitur ad nuptias inuitandus, V.  
Deusque orandus, antequam matrimonii co-  
pula inest, quo bona eius auspicio ducta in pestilen-  
que reperiri vxor queat: qui enim improbam tem vxore  
& peruersam nactus est, nam ille perpetuo in-  
cidit, per-  
ferni tormenta etiam viuens experitur. Vnde petuum in-  
Sapiens: *Commiserari leoni & draconi platebit,* fenum ha-  
quam habitare cum muliere nequam. Quanta bet.  
igitur cura, & quanta anxietate bona qua-  
renda est vxor, quot in ea dotes requirun-  
tur, quam multa examina facienda, ante-  
quam ducatur. In quam rem notetis velim  
verba illa Nathanis Prophetae, quibus Dau-  
dem compellauit, & quibus allegorice vnam  
vxoris proba dorem descripsit, cum illum  
adulterij coargueret: *Pauper nihil habebat o-* 2. Reg. 12.  
*mnino praeter vnam ouem paruulam, quam*  
*emerat & nutriuit, & qua creuerat apud eum*  
*cum filius eius, simul de pane illius comedens, &*  
*de calice illius bibens, & in sinu eius dormiens,*  
*eratque illi sicut filia.* Vocat ecce Vna vxorem,  
ouem: ouis enim sit oportet, quae cumq; bo-  
na dici vxor velit, id est, dulcis, mansueta,  
omnem





exemplum foret, ac ne ebrietas locum haberet & crapula, prospiceret. Quod ut nos edoceret filius Dei, hodie cum discipulis ad nuptias venit.

Molti  
Christum  
ad lachrymas,  
pauci  
ad nuptias  
inuitant.

Psal. 77.

Notandam hic interea, plurimos Christum ad lacrymas, luctum, exequiasque inuitare, id est ad eum confugere dum morbo affliguntur, vel in mortis periculo versantur, at paucos eum ad nuptias, id est, dum prospera omnia succedunt, omnia ad votum stant, vocare. Atque hoc notat in Israelitis Psalmographus: *Cum occideret eos querebant eum; & reuertebantur; & diluculo veniebant ad eum; at cum latior fortuna arderet, cum successu prospero latebantur: Ingrassatus est dilectus, & recalcitrauit, ingrassatus, impinguentis dereliquit Deum factorem suum; & recessit à Deo salutari suo. verum quicumque salutis suae studiosus, omnibus in occasionibus & vbique Deum inuitet, tam ad nuptias, quam ad funera; tam in prosperitate quam aduersitate, ut faciebat Propheta regius, qui de se testatur: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo: ait in omni tempore, insinuas Deum tam in lacris quam in tristibus inuocandum & benedicendum. At nimis his nuptiis innotati sumus, iam de miraculo quo eadem insignita fuere loquendum, de conuersione inquam aquarum in vinum, quae & altera concionis huius pars est: Deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, vinum non habent.**

Joan. 3.

In mundi  
huius nuptiis  
ne  
mo satiaripotest.

Cum igitur Christus una cum matre sua & discipulis his nuptiis interesset, vinum deficere coepit; quamobrè Maria, mater misericordiae, coniugatorum sortem miserata, eorumque honoris studiosissima, cognita filij potentia ab eodem petiit, ut praesenti eorum inopia & padori succurreret Defecit igitur vinum. Allegorice defectum hunc expositurus, dico vinum voluptatum ac deliciarum symbolum esse, & per has nuptias mundi huius conuiuia & epulas designari. Mundus hic, Auditores, multas quidem nuptias instruit, & conuiuia parat sumptuosissima, at semper in iisdem vinum deficit, meta in iisdem esse nequit satietas, nullaque perfecta laetitia aut voluptas; quae si aliqua sit, non nisi exigua admodum, quaeque breui

Tom. 1. Pars. Hymenaeus.

& in momento intercidat: *Ducunt in bonis Job. 21. dies suos ait Job, & in puncto ad inferna descendunt. O miseriam! dicit vitam inuitam, vitamque nomine indignam! in gaudio nimirum bi-duo aut triduo agere; & in momento ad supplicia aeterna è quibus nunquam liberari dabitur, deuolui.*

Splendidum quidem mundus epulam Balthasar regi Babylonio instruit, sed quam primum coepit vinum deficere; mortem siquidem & regni ruinam intentat, viteque amissionem denuntiat. Laute quoque excipit gulonem illum Evangelicum, qui epulabatur quotidie splendide: sed vinum tandem etiam defecit; cum mortuus est, & sepultus in inferno. Denique omnes filios Job in domo primogeniti voluptate perfundit, mille iis gaudia creat, epulantur, iucundantur, risus & laetitia locum habent; sed heu! mox vinum defecit mutante nempe aere, tempestatibusque validis quatuor domus angulos concurentibus illa ad terram corruit, omnes repentina ruina opprimens, itaque omnis Job posteritatis spes, quam in filiis habebat, misere extincta est. Quia & in nuptiis his Evangelicis deficere vinum coepit.

Dan. 5.

Luc. 16.

Job. 1.

Deficiente vino. O inopem, & mendicam VI. mundum! omnia ipsi defunt, & tamè omnia habere se iactitat. Deest imprimis panis, Omnia quem deesse sibi conquestus Saul, ait puer mundo: *Panis deficit in cisternis nostris. Vix inter-* defunt. dum ipsi aqua frigida suppetit, ut in libro 1. Reg. 9. *Tosua legitur: Defecerunt aqua Iordanis; & in Jos. 4. obadio Bethuliam, defecerunt cisterna. dies Iud. 7. quosque saepenumero deficiunt, quod conquestus* Psal. 77. *Dauid rex: Defecerunt in vanitate dies* Psal. 71. *eorum deficit interdum cor & anima, iuxta* Psal. 103. *querelam Psalmographi, deficit caro mea & cor meum. Peccatores aliquando etiam deficere incipient: Deficient peccatores à terra* Psal. 30. *ita ut non sint. vita quoque deficit & quaeritur, quae nimirum breuis & angusta, Deficit, ait Propheta, in dolore vita mea: sola auaritia & dolus nunquam illi deficiunt, sed quotidie augentur & inualescunt: Non deficit de plateis eius Esu, & dolus caelo autem nihil omnino deest, sed abundant & largissime ei cuncta suppetunt, quod his verbis in* *Euangelio testatur Dominus: Thesauri*

zate

*est: vobis thesaurum non deficientem in celo.*

Mundi vinum turbidum & infidum.

*Psal. 74. Davi. 32.*

Præterquam vero, quod mundus adeo mendicus sit, ut in nuptiis eius vinum semper deficiat, ipsum quoque quod aliquatenus dat, vinum turbidum est, vappa, insipidum, & fæculentum. Vnde *Psal. Veruntamen fax eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terra.* Vinum quoque acerbum & acidum, & felli draconum haud ab simile, *fel draconum vinum eorum*: at vinum interea noxiū & fumosum, ipsum nimirum, quod Noachos inebriat, eorumque pudenda reuelat. Vinum Sodomiticum, quo inebriatus Loth incestum committit. Vinum quod sacerdotibus olim ne gustarent ni mori vellent, vquerat Deus: *Vinum & omne quod inebriare potest, non biberitis, tu & filij tui, quando intrabit in tabernaculum testimonij, ne moriamini.*

*Gen. 9. Gen. 19. Louis. 10.*

Quin & Nazaræis, cum votum Domino fecissent, vinum & omne quod inebriat interdixerat. *Vir siue mulier cum fecerint votum, & sanctificentur, & se & lucria Domino consecraverint, a vino & omni quod inebriare potest, abstinent.*

*Num. 6.*

Vinū est, quod pellax & lenocinans mundas fœminis & filiabus propinat, quo eas inebriatas prostituat, & in interitum trahat; quale scelestus ille pararius & leno Holofernis Vagao, Iudith matronæ castissimæ sapientissimæq; propinavit: *Non veretur bona puella intrare ad Dominum meum, ut bibat vinum cum iucunditate.* Vinum quod scelesti & impij oppleti & quodammodo immeriti iustis detrahunt, eorumque vitam & agendationem explodunt: expertus ipsum testatur *Psal. 68. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum.* Vinum denique, quod in Canticis sponsa reiiciens dicebat: *Meliora sunt vbera tua vino*, id est, consolationum ruzarum ambrosia & lac, & omne, meliora sunt magisq; reficiunt, quam omnes omnino mundi voluptates vnam in locum coaceruata.

*Judith.*

*Psal. 68.*

*Cant. 1.*

Virgo Dei- Sed relicta allegoria his, ad miraculum para filium nostrum descendamus; Deipara viso vnum rogat, ut vi- deficere, sponforum fortem in serata, filium ad defectui, adiit, quem maximæq; virtutis & omni-

rentem esse nouerat, ut huic inopia honeste prospiciat consuleret, videretq; nequa coniugatis hinc oriretur infamia; quare placidis & benignis ad eum verbis vsa ait: *Vinum non habent.* Perinde ac si dicere voluisset: Ecce, qui nos ex amicitia & in grati animi signum ad nuptias vocarunt, vinum non habent, si modo velis, potes namque, eorum inopia tua omnipotentia succurrere, vtrumque tibi magnopere deuinxeris, si vero auxiliari detrectes, infamiam non modicam adibit, & confundentur coram omnibus contumix. **VII.** Materna postulatione audita Christus subitatus, & quasi indignabundus respondit: *Quid mihi, & tibi mulier, siis vinum defecerit? nihil hoc ad nos.* **Ioan. 1.**

Notandū hic, Deiparam non nisi secundo, in vniuerso Euangelij campo, mulieris nomine appellatam: primo *Lue. 1.* deinde *Ioan. 19.* nempe in his nuptiis; & sub cruce Christi: sed post partum illum gloriosum, decies & amplius *mater Iesu* audit. Filius autem hinc eam mulierem nominauit, non quod matris eam nomine indignam censeret, aut materno eam amore non prosequeretur; sed antonomastice, respiciendo nimirum ad verba illa *Solomonis. Mulierem fortem quis inueniet,* & ipse communiter se *filium hominis* dixit. fuere tamē hæretici qui ex hoc loco astruere conati sunt, Christum non habuisse verum corpus, quale hoc nostrum est; inter quos fuere Montanistæ, Valentiniani, Manichæi, & alij, sed cum hoc responso Deiparam, ut matrem non agnouisse; quasi dixisset: *Nihil mihi tecum commune est, o mulier,* nec te ut matrem meā agnosco. Testatur hoc Origenes & Augustinus. **Matth. 13.**

At communis veterum & nuperorum interpretum sententia est, Christum hac loquendi ratione verū se Deum esse declarare voluisse; & nō humana, sed diuina potentia miracula edere: simulq; matrem semitæ reprehendendo ostendisse, se non ut puerum hominem, id est in quantum mulieris filius, sed in quantum Deus, opera supersacralia parat; atque ita nihil se cum Maria habere commune. Ita siquidem hæc exponunt Origenes, Augustin. Gregor. Beda, Euthymius, alij; sæceni.

Aliam

Serm. 1. in  
hac Euang.  
Eph.

Aliam porro viam inquit mellissus Bernard. putatque hic Christum, etiam ut hominem, locutum esse, & ita respondendo designare voluisse, se hactenus, antequam Patris missionem exequeretur, hominumque prædicationi & redemptioni inculceret, ob quæ in mundum venerat, matri obremperasse, & ab illius autu ac directione pendisse; erat enim subditus illis; ut Evangelista ait: sed hodie aliam se viam ingredi coepisse, & officium, ad quod à Patre cœlesti hunc in mundum missus erat, aggredi; ac proinde nihil se amplius parentibus carnalibus obsequij debere, sed aliam vocem sequi, (vti & deinde Apostolus docuit) imo eodem vix nosse, dicendo: *Quid tibi & mihi mu-*

San. 1.

Rationes  
cur Christus dure  
matri responderit.  
Tract. 9. in  
Euan. Mat.

Porro rationes, cur Christus dure & non ita benigæ aut placide matri responderit, variæ à SS. Patribus allegantur; sed vna è præcipuis fuit demonstrare eum voluisse, nihil se in operum sanctorum exercitio, mimulorum patratione, & Evangelij ad quam venerat prædicatione, eum matre habere commune. Hanc refert Augustin. dum ait: *Miraculum exigebat mater; at ille, tanquam non agnoscat viscera h. mana operaturus facta divina.* Doceat porro rudius hoc Christi responsum etiam in matrem carissimam, vicarios Iesu Christi in terra, Episcopos inquam, præfules, & sacerdotes, ne in conferendis dignitatibus & officiis, functionibusque quæ Ecclesiam concernunt, tam temporalibus quam spiritualibus, sanguinis & carnis intuitu affines & amicos, eosque quos mundus præferret dignioribus, & ob virtutem eruditionemque promeritis præponant. Ita sentit hoc Evangelium exponens Bernardus: *Docet ut ad Dominum conuersus simul, de carnali propinquitate minus simus sollicitus.*

Serm. 2. in  
hanc Do-  
min.

Lib. 4. c. 3.

Hæc optime facere videtur, quod in Clemente Quarto laudibus celebrat Fulgosius. Habuerat hæc ante Pontificiam dignitatem & sacerdotium uxorem, cum Bononiæ ius Canonicum proficeretur, ex eaque duas susceperat filias, quas nondum elocauerat. quæ audito patrem ad summum Ecclesiæ apicem secutum, dorem patre dignam peti-

turæ ad eum venire; sed repulsam passæ sunt, dicente patre, Pontifici nullas filias esse, & proinde patrimonio, quod nactæ erant, contentas esse oportere: quare mœstæ domum reuersæ. Rarum profecto exemplum, at quo rarius, eo & admirabilius, & laudari dignius.

Referam hic etiam, quod in concionibus suis doctis iuxta ac zelosis retulit Philippus Post Pentecost. Diez: tria nimirum cæcorum genera esse; *cost.* sunt enim quos scipio sustineat, sunt quos Tria cæco- carellus, sunt & alij quos proles aut nepotes manu deducant: vade moralem sensum elira. eians ait totidem cæcorum, quoad oculos internos genera reperiri. Primi sunt, qui ad honores & dignitates mundanas euecti conspiciuntur, qui vt dignitatum pedum gestent, rationis limites perfringunt, & in illicita nefandaque impingunt. Qui à catello deducuntur, sunt caudidici & legulei illi forenses, qui prauo & illicito lucello excæcati, de lana caprina & asini vmbra vitiligium insti- tuunt, & in tribunalibus instar canum la- trando assidui sunt, nefandum esurienti ma- nu lucrum velut corui captantes. Vlumi & omnium cæcissimi, sunt præfules & sacerdo- tes, qui quo nepotes, ne dicam liberos suos biterent, cæco quodam amore & affectu trans- uersum acti beneficia Ecclesiastica in eos- dem congerunt, eosque magno Ecclesiæ dis- pendio, rationis limites excedendo, digni- tatibus & opimis sacerdotiis onerant: ita porro ducti in præcipitium & voraginem profundam ruunt, in qua cæcitaris suæ pænas dabunt.

Infamiam Themistocles Atheniensis dux Themisto- non parvam sibi peperit, cum pro concione clis Apoph- diceret: *Meam uxorem puer regis, uxor me, thegma Athenas ego; ergo Athenas puer meus dirigit.* At moraliter longe maiorem infamiam sibi accessit sacer- dos & Præsul, maiusque sacrilegium commit- tit, dū à nepotibus se duci patitur, affinium- que commodis promotionique cum sui in- famia inuigilat, adeo, vt non ipsi, sed paren- tes & agnati, Ecclesiam regere videantur.

Ioannes Gerson regie vniuersitatis Pari- sienfis Cæcellarius dicere solebat; reū quam- diu in loco sacro hæreret, à iudicibus & li- toribus comprehendi non posse, sed mor-

Lib. de vita  
contempla-  
tione.

Deus abusu rerum & bonorum Ecclesiasticorum puniunt.

vt templo aut loco sacro egressus est, seclari brachio eius in carcerem abducendi potestatem dari. Ad eundem etiam modum dico, beneficia & redditus Ecclesiasticos, bona maleficorum & peccatorum esse, Deo ab iis in remissionem expiationemq; seclerum oblata; quæ cum in pios usus & opera sancta expenduntur, in Ecclesia velut in alylo manere censentur, ac vbi in profanos vsus expenduntur; dum a finibus & consanguineis perperam conferuntur, dominos & sarrapas seculares Deus excitat, qui vel necessitate adacti, vel auaritia aestuantes, vel ministrorum diuinæ iustitiæ vice fungentes, dum eadem à loco sacro abducta vident, inuadunt, pessundant, inq; proprium dominium conuertunt. Beatus igitur ter & amplius præfatus ille dicendus, qui saluatorem Christum imitando, dum Ecclesiæ res agitur, matrem non agnosci, etiam dum miracula patrandæ sunt, qualia hodie Christus edidit, aquam in vinum præstantissimum conuertendo, & sex hydrias eod. m. implendo.

Hoc die Christus & aquam conuertit, & à Magis adoratus est, & baptizatus. Ioan. 2.

simile.

Cæterum luculentum hoc miraculum eodem contigit die, diuersis licet temporibus, quo & reges, Oriente profecti Berlehem uenere, Christum adoraturi, & Iesus à Ioanne in Iordane baptizatus est, quod etiam omnium eius miraculorum primum fuit, vt hac ratione potentiam & gloriam demonstraret, se sequi verum Dei filium ostenderet. Unde Ioannes: Hoc fecit initium signorum Iesus; Et manifestauit gloriam suam; non potuit signo aliquo euidentiori gloriam declarare suamque diuinitatem testatam facere, quam hoc ipso quod hic edidit. neque enim minor requiritur potentia ad aquam in vinum mirandam, quam ad vnum è nihilo producendum. Si enim factori præciperes, vt tibi vestem conficeret, nullam vero materiam qua pararet afferres; an non quamprimum diceret, se è nihilo nihil efficere posse? Deinde si allato laxo diceres, vt è dura illa materia apram tibi vestem concinnaret, an non eo quo prius modo responderet se à lapide durissimo, non secus atque è nihilo, nihil omnino formare posse? Ad eundem modum dicendum, non minorem, ad aquam in vinum conuertendam, quam ad vnum è nihilo

hilo producendum, potentiam requirit.

Primitias autem miraculorum suorum Virginis matris precibus & postulatione inductus edidit; in quo eam Satan præuerrere studuit, dum in deserto efficere conatus est, vt Redemptor saxa durissima in panes potentia sua conuerteret. Mirandum deinde, & simul notandum est, Christi miracula in Transubstantiatione cõpisse & in eadem, sanctissimam Eucharistiam instituendo, desinisse, hic aqua in vinum, illic vino in sanguinem illius transeûte. Vinum porro, quod hic ex aqua conuerterat, optimum & præstantissimum erat & sapidius eo, quod è torculari descenderat. quidquid enim Deus præbet & operatur, perfectissimum est. inuere hoc Architrachelinus volebat cum sponso diceret: Tu vero seruasti bonum vinum vsq; adhuc: cæci quoque quibus oculorum postea usum reddidit, multo videbant perspicacius, quam qui nullum in oculis detrimentum ex peti; claudi denique quos ambulare fecit, celerius & ocyus incedebant, quam quibus nullum in pedibus vitium fuerat. vnde bene Propheta: Salus sicut ceruus Isai. 38 elandus.

VIII. Primum Christus miraculum matris precibus inductus edidit. Vinum hoc erat exquisitissimum.

Eadem his etiam opera considerate non prius Christum vinum meracum bibendum præbuisse, quam vinum nuptiarum defecisset; vt ostenderet tum demum Dei prouidentiam auxilium adferre, cum mundus ferre nequit: nec enim prius manna Israelitis cæliis præstitum, quam farina & alia Egypti defecissent. Deinde, tum Deum gaudia & solamina spiritus immittere solere, quando mundanæ deliciae voluptatesque seculi exhaustæ sunt, & deficiunt. Hinc meliora sunt vbera tua vino, dicebat Amans illa sponsa, dilecti delicias ebria; id est, consolationum tuarum dulcedo omnem mundanarum deliciarum saporem superat & excedit: & vt infaas, qui solidiori vesci cibo nequit, lacte nutritur; ita quicumque deliciis cælestibus iam assuevit, & cui eadem sapiunt, omnem mundanam voluptatem repudiat ac spernit.

Exod. 16. Cant. 1.

Atq; vt Israelitis tunc manna deficere cõpuit, cum terræ promissionis fructus gustarent; ita mox vt consolationes terrenas conlectamur, cœlest. nobis manna deficiat, & alio.

alio refectis cibo diuina subtrahuntur solamina. suggestit hocce mihi Bernar. dū quodam in loco ait: *Praoccupatum secularibus desideria animum delectatio sancta declinat, nec misceri poterunt Vera Canis, aeterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, ut patenter sapias, & qua sursum sunt, & qua super terram.*

Serm. 6. de ascensione.

Christus panem & vinū multiplicauit.

Psalm. 9.

Cant. 1.

Ioan. 6.

Comment. in Ioan.

Luc. vi.

Deniq; is ipse, qui diuina sua potētia hodie vinum multiplicat, suo etiam tempore Ioannis sexto, panem eiusque fragmenta multiplicabit, quo se patrem illum familias ostendat, qui vniuersis mundi incolis velut domesticis, vinum & panem subministrat. In cuius rei signum, Sapientia aeterna domum & splendidum sibi epulum parasse dicitur, vinumq; miscuisse; *Sapientia adificauit sibi domum, posuit mensam, & miscuit vinum.* Sponsa quoque illa caelestis, quae hortos habebat fructibus refertissimos, habebat & vineas, quas vulpes suffodere & demoliri conabantur: *Capite vobis vulpēculas, quae demoliantur vineas.* Quibus omnibus inquit, Christum aeterni Patris sapientiam panem simul & vino omnes mundi incolas reficere, & pascere. Quoad vinum, euidentis hodie dat testimonium, dum sex hydrias capientes singulas metretas binas vel ternas, quae implerentur, in vinum commutat, quae nostra metiendi ratione centum nonaginta vini pœula conficerent; tum vt extremae spēs forū inopiae succurreret, tum vero vt largitatem potentiamque suam testatum faceret; vt & postea patet, cum quinq; hominum milia quinque panibus hordeaceis in deserto pauerit, ita vt ē reliquis decem sportae completerentur.

Augustinus sex hasce hydrias mystice exponens, per easdem lex mundi arates designari credit, & eas omnes aqua plenas, id est, oraculis de Iesu Christo, verum quae a nemine comprehenderentur: tum vero aquam illam in vinum transiisse, cum deficientibus iam figuris veritas affulsit, & oracula quae de Christo agebant, completa sunt & reuelata: vnde Lucas de Christo ipso loquens ait: *Asperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas.* Luculentum hoc igitur miraculum est, & nuptiae iucundissimae, quibus & vos recrea-

tos, & abunde refectos existimo; igitur tempus iam est ē mensa surgendi, tempus quo vnusquisq; domum secedat.

Conclusio.

Quamobrem obsecro vos, coniuuē, qui huc epulo interfuistis, singula vt eiusdem fercula menti insculpatis: discite, inquam, hoc ex Euangelio, Matrimonij Sacramentum inter praecipua Ecclesiae Sacramenta recenseri, illius Christum auctorem esse, eumque nuptiis & conuiuio coniugali interesse voluisse. Discite adhuc, quo bene & auspiciato matrimonium succedat, Christum imprimis ac deinde Deiparam & Apostolos ad nuptias inuitandos. Nolite autem peruersam illam mundanorū consuetudinem imitari, qui tibicines potius & cornicūs quam caeli ciues & amicos Dei inuitant. Recordamini ad haec diuini illius miraculi, quod in coniugatorum gratiam hodie Christus patrare dignatur, dum aquam in vinum transmutat. Mutauerat quidem olim Deus Pater, in pernicacitae & obdurationis Pharaonicae correptionem, aquas Aegypti in sanguinem; at filius eius vt eadem se pollere potestate declararet, aquas Canenses in viam gratiam & beneficium collaturus; conuertit: Considerate igitur, vt necessitatibus nostris prospiciat, vt inopiae nostrae succurrat, vt, quamprimum ac mundus nos pra inopia deserit, sua nobis prouidentia & auxilio subueniat.

Mundi in nuptiis celebrandis abusus.

Tu autem mundi Redemptor, mirabiliū opifex, admirabilis Sacramentorum auctor & institutor, vere connubiorum auspex & protector Christe, gratia illis tua hodie benedicere dignere, fauorem matrimonij contrahentibus ostende, nuptias nostras adi, tuo auspicio sponsalia peragantur; te auspice conuenta partes incant, omnia autē tuo dirige, coniugatos tuo benignus auxilio prosequere: quid namque sine tuo numine haberi auspiciatum & foelix potest? nisi enim tu coeptra secundes, nulla affulgere potest prosperitas, sed perpetua dissensio & discordia coniuges excruciat, & ingens calamitas & perpetuum supplicium eos manet. At tu, o elementissime mitissimeq; Deus, in necessitatibus nostris auxiliator & sospitator, rebus in arctis spes & praesidiū, sancta tuam

providentiam. Erga matrimonia coniugatosque demonstra, non patiaris quidquam tuis deesse, ac vinum honesti solaminis, lactisque Christianæ multiplica, ac delicias coniungi adauge. Præsta, inquam, Domine ut in iugo illo amoris, in mutua illa copula, corporumque coniunctione non nisi amor, pax, amicitia, dilectio, & sincerus affectus reperiantur, ut benedictionibus tuis hoc in mundo locupletati, & donati coniuges, tandem aliquando in cœlesti regione, in qua nullus de connubiis matrimoniisque est sermo, ubi neq; nubent, neq; nubentur, honorem & gloriam tibi sempiternam dare queant, ad quam qui aquam hodie mutare in vinum dignatus est, & cum Patre & Spiritu S. vivit & regnat in sæculorum sæcula deduce nos dignetur. Amen.

### DOMINICA TERTIA POST EPIPHAN.

#### Partes.

- 1 Vanam gloriam esse noxiam.
- 2 Leporam insicere.
- 3 Breuem orationem esse efficacem.
- 4 Humilem situm orantis multum prodesse.
- 5 Iesum cito sanare.
- 6 Ad sacerdotes remittere.
- 7 Ingratitudinem Deo odibilem esse.

Domine, silyu, pates me mundare. Matth. 8.

#### FIGURA.

4. Reg. 5.

**E**LISAVS Propheta Dei mundavit olim in veteri lege Naaman Syrum Purpuratum, quem lepra infecerat: hodie vero omnium Prophetarum rex ac Dominus Christus pauperem leprosum pristino nitore restituit, Vtrinque mundatio, sed cum aliquo tamen discrimine coniuncta: Elisæus alienigenam illum virtute Dei sanavit, Christus vero mendicum hunc propria auctoritate & potestate; Ille ad Iordanem, hic ad sacerdotes mittitur. Atqui hic Evangelij hodierni nucleus & princeps pars est, quam ut ad maiorem Dei gloriam, animarumque vestrarum salutem explicem, Sanctissimi Spiritus auxilium pre-

cibus gloriosa Deiparæ, & illius medianæ suffragio cunctis contendamus, ideoque omnes in genua prouoluti salutatione Angelicam salutemus. *Aus Maria.*

Inter cunctos virtutis hostes, honorumque operum antagonistas nullus deterior, magisq; formidandus excogitari potest, quam inanis gloria, & vana quædam de habita vel exercita virtute præsumptio. Hanc nimirum Basil. opum spiritualium prædatricem, thesauri animæ direptricem appellat, multisque aliis eam nominibus describit, quæ & horrorem & admirationem audientibus affectant; ut tamen eadem sciatis, eius huc verba adducam: *Inanis gloria spiritualium opum est latro, blandus animarum hostis, sub mellis illita fraudis sua venena propinat, & poculum mortiferum porrigit.*

Equidem dum sanctissimi Præsulis hæc verba audio, genuinam mihi meretricis, de qua in Apocalypsi, audire descriptionem videor, quæ ostro & coccino circumdata, & aureo circumquaque rutilans, aureum manu poculum, sed abominatione & immunditia plenum, gestans omnibus tartareum & nefandum liquorum propinat. Quid enim inanis gloria aliud quam meretrix, pretiosis indura vestibus, ex honore & laude aliena contextis, aurea manu vasa, ut est, merita ac virtutes præferens, quæ deinde unicuique abominationibus referta sunt.

Ezechias rex quod arcas referasset, & thesauros Assyriorum legatis ostentasset, graviter à Propheta correptus poenas dedit, & post eum filius, qui vna cum suis & congesto thesauro in Babylonem captivus abductus est. Dixit itaque Isaias, mala interminando, regno ex Ezechia: *Audi sermonem Domini, Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui usque in diem hanc, in Babylonem, &c.* Assyrij hire præstant proxima nostrum, cui animæ nostræ thesaurum, opera, inquam, pia virtutesque ostentamus, cum laudari ob eadem & magnificari volumus, quæ vera sanctorum hominum peris est & exitium.

Manna, quo olim in deserto reficiebantur Israhelites, dū per diem sabbati custodiretur, Manna

I.  
Vana gloria peccis.

Vana gloria meretricis Apocalypso comparatur.

Apoc. 27.

Ezechias quod thesauris ostentatis ostendit.

4. Reg. 18.

Exod. 16.

die sabba-  
ti non pu-  
tescebat,  
sed aliis  
diebus.

integrum permanebat & recens; sed dum a-  
liis diebus collectum in sequentem die re-  
servaretur, verminabat postmodum & putre-  
scebat. Ita opera bona dum reservantur in  
diem sabbati celestis, vtridem laudem, &  
gloriam sempiternam obrineant, integra  
perseverant, nullique corruptioni obnoxia;  
sed aliis diebus in vita huius hebdomade  
laudata, quamprimum putescunt, quin pec-  
catorum vermes progignunt.

Manus bo-  
norum o-  
peru sym-  
bolum.

Manus Moysi quamdiu sinu contineretur,  
sana & viua apparebat; sed in aperta prola-  
ta, & sinu exerta lepram praeferbat. Et, quia  
manus sacris in literis opera designat, mysti-  
ce hic innuitur, opera nostra, quamdiu ani-  
mae sinu continentur, & intra pectoris latebras  
delitescunt, sana Deoq; gratissima existere;  
sed in aperta prolata, mundoq; demonstra-  
ta, quo laudem & gloriam aliquam adipi-  
scamur, leprosa & maculosa esse, quamvis &  
Moses ipse eadem fecisset. Inanis igitur gloriae  
lux opera nostra lebrae foetidissima inficit.

Vana glo-  
ria basilisco  
collata.

Basiliscus serpens ille venenatus & iuratis-  
simus homini hostis, si quem visu praevertet-  
rit, venenoso afflatu necat; ac contra si ab ho-  
mine prius visus fuerit, quam primum emori-  
tur. Non secus & vana gloria, Auditores, ipsa  
virulentus basiliscus, cuiusq; conspectus no-  
xius admodum & perniciosus: quod si priores nos  
videre possumus, fugit & delitescit; si vero  
nos illa praevertet, & in prouidos aspe-  
xit, enecat, & animae nostrae perniciem affert.

ANIM.

Arsenius Anachoreta dicere solebat, eum  
qui virtutem exercebat, ut ab hominibus lau-  
daretur, similem esse aquam quidem semper  
haurienti, sed in perfusum dolium insun-  
denti. Ille enim qui bonis operibus in cum-  
bendo, & virtutem exercendo, vanam inde  
gloriam aucupetur, auramque & flabrum  
populase caprat; nugae agit, tempus perdit,  
rebus sanctis abutitur: ideoque si ob eadem mer-  
cedem à Christo expectat, fallitur, & audiet  
quod in Evangelio habetur: Amen dico vobis:  
quia vacoperunt mercadem suam. Consultum  
est igitur, quidquid boni sanctive actum  
est, quidquid virtutum lucratus fueris, ab-  
condere, & thesauro clauicula potiri.

Matth. 6.

Matth. 13.

Lego in Evangelio: Simile est regnum caelo-  
rum thesauro abscondito in agro, quem quis in-

uenit homo abscondit, &c. Virius bonaque o-  
pera thesaurus etiam sunt, in animae nostrae  
apro absconditus; ac proinde ne quis con-  
scius eundem surripiat aut effodiat, omni di-  
ligentia occultandus.

Amygdali, quod ante debitum tempus Vanagloriam  
florant; gelu & brumali iniuria obnoxia riam captam  
sunt, & fructum maturum vix ferunt: è con-tes amy-  
tra mori, quod non nisi sero gemmaeunt & gdalo com-  
florant; ventos noxios, gelu & frigus non parantur,  
metuunt. Docere hic nos rerum parens na-  
tura voluit, eos qui hoc in mundo florere  
gestiunt, meritaque sua late ad ostentatio-  
nem diffundunt, amygdalo praecipiti perli-  
miles esse: quorum nimirum fructus, id est,  
bona opera nunquam matureseunt, sed ina-  
anis gloriae pruina & aquilone aduruntur &  
destruuntur, atqui non nisi serius & circa al-  
terius vitae vesperam florescunt, nec illi arbo-  
res feraces, fructibusq; onustae, moris simi-  
les, quarum fructus nec ventos, flabra, bru-  
mam; nec villas prorsus mundi huius iniu-  
rias perhorrescunt.

Eadem natura, sagax & prouida, inque o-  
mnibus actionibus cara, noluit mulieres  
pregnantes parere, quando iis visum foret; potestate  
ac sibi hoc reservauit, ut nimirum; dum o-  
portunum foret, dolores prauij pariendi  
portunum foret, dolores prauij pariendi  
tempus instare innuerent. Quos enim mon-  
strosi passim partus ederentur; quam infor-  
mes in cunis foetus vagirent, si in prae-gnan-  
tium potestate esset, dum iuberet, partum  
effundere. Id ipsum de virtutibus dicendum  
est, quae, si ante tempus debitum parerent,  
gloriamque hoc in mundo confectarentur,  
informes & prodigiosos saepenumero foetus  
ederent. Ne omnia in alteram vitam reser-  
uata sunt.

Non est in  
mulieris  
potestate  
parere,  
quoties &  
quando  
labugit.

Animalia illa portentosa quae Ezechiel vi-  
dit, quatuor alarum remigia habuisse scri-  
buntur duabus nimirum volabant, & duabus  
velabant corpus. Quo mysticum hunc sen-  
sum intelligamus, credamus velim, aliis qui-  
bus volabant, opera nostra ac virtutes desi-  
gnari, quae semper sursum tendant; alas au-  
tem quibus corpora reguntur timorem spi-  
ritus & humilitatem significare, quibus vir-  
tutes earumque nucleus & substantia aduersus  
inane gloriā, regenda sunt.

Execl.

Solene.



Viatorum  
industria.

Solent, qui longo se itinere accingunt du-  
as crumenas habere, vnam, qua aurum coro-  
nati, scutarique nummi condantur, quam  
diligenter, ne a furibus auferatur, abscon-  
dunt, & aliam, qua minores nummuli, quo-  
rum in diuersis & hospitii ad soluend-  
um vsus est, continentur, quam etiam  
& hanc ostendere non verentur. Imitemur  
id ipsum & nos; quamdiu enim in tristi &  
periculoso vica huius itinere versamur,  
duo matropia gestemus; vnum ad virtutum  
nostrarum aurum recondendum, id est,  
cor, alterum vero ad minutos nummulos  
& obolos, & quidquid vilioris pretij est,  
asseruandos, ipsum aquam os. Illud sem-  
per regi debet, ne a latronibus surripia-  
tur; hoc vero sine discrimine interdum a-  
periri poterit, operaque bona aliis inter-  
dum enarrari, & virtutes obiter demonstra-  
ri, quo in mundi huius diuersorio, viuere de-  
tur.

Haecenus, & pluribus quidem, in vanam  
gloriam inuectus fui, quod hodie egregium  
contemptus illius exemplum in Euangelio  
cernam. Christus enim leprosum cum mun-  
dasset, ut opus hoc eximium lateret, omnem-  
que vanam gloriam aditum occluderet, ne cui  
ipsum diceret praecepit. Rei seriem Mat-  
thaeus descripsit, audiamus quomodo se ha-  
beat: *Domine si vis, potes me mundare.* Equi-  
dem miraculi huius hac hora interpretem  
acturus, eiusque magnitudinem declaratu-  
rus; primo de leprosi ad Christum accessu e-  
iusque oratione loquitur, ac deinde, quomodo  
ab eo mundatus fuerit, miraculumque diuul-  
garum sit, aperiam.

Euangelij  
historia.

CHRISTVS, cum praedicatione finita mon-  
te descenderet, & magna eum hominum  
multitudo sequeretur, verba opere ipso con-  
firmaturus, miraculose leprosum sanauit,  
qui ei in via occurrebat, & eminus clama-  
bat. Scio Domine, auditis tor quae edidisti  
miraculis, & fide quam de te concepi indu-  
ctus, quod, si vis, potes me mundare; hinc obse-  
cro, misericordiae tuae oculos in me miserum  
coniice, meamque lepram, quae hominum  
me consortio excludit, dexterae tuae potentia  
tolle.

II.

*Ecco leproso veniens.* Mille hic confide-

raciones, mille conceptus occurrunt. Hinc  
namque colligo, leprosus ab aliis homini-  
bus separatos vixisse, ita nempe apud Iu-  
daeos moris erat, ut nimirum, qui lepra in-  
fecti essent, vrbibus exules in agris locisque  
desertis commorarentur; hinc est, quod le-  
prosus hic Christum in agro reperiat. Ita  
namque praeceperat lex, ne eorum conta-  
gio & alios inficeret, vrbesque integra in-  
quinarentur. Vnam & sancta illa consue-  
tudo hodierna die in Christianorum vrbibus  
quoad lepram spiritualem, id est, peccata  
locum habeat, ne eorum ad alios serpat con-  
tagium, lepra corporali longe deterius ac  
perniciosius. Sed et heu, vrbes hodie lepro-  
sis scaten, nemo ab isdem se cauere aut pro-  
ripit, memphyrim illam tetram nemo ob-  
sensum stuporem percipit. Hoc ipsum est,  
quod Isaias Propheta deplorat: *Facta sunt,* *E/sai. 5.*  
*inquit, morticina eorum, quasi steruus in me-  
dio platearum.* Scio ad litteram eadem hic  
& stragem quam Babyionij Ierusalem va-  
stantes, per vicos & compita, in omnium  
conspectu edidere, designari, quid obstat ta-  
men mystice mortuos spiritualiter hic intel-  
ligere, qui mortis & stragis exercitae causa  
fuerit?

In Leuitico etiam hoc Deum modo He-  
braeis comminatum legimus: *Si non volue-  
ritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex  
aduerso mihi, ego contra vos incendam, & mit-  
tam pestilentiam in medio vestri, &c.* Vt a rebus  
temporalibus ad spirituales assurgamus;  
credendum est, saepenumero Deum in scele-  
rum poenam, pestem & contagionem quan-  
dam huc corporum longe deteriorem im-  
mittere, quae per vrbes & regna serpat, & ob-  
uios quosque inficiat; publicam nimirum  
morum corruptelam sceleratamque viuendi  
consuetudinem, & ipsam inueteratam, nulla  
quae arte medicamentoque pelli queat: qua-  
lis est, peruersum peruersorum exemplum,  
& impiorum inualescentia & numerus, qui-  
bus nihil ad morum corruptionem & rerum  
publicarum ruinam haberi potest pernicio-  
sius.

Cum duae illae populi Israel tribus, & alte-  
rius pars, iuxta Iordanem confidere & habi-  
tare vellent, volebant enim flumen trans-  
cundo

Leprosi se-  
paratim o-  
lim viue-  
bant ab a-  
liis.

Leuit. 26.

eundo in terram promissionis ingredi eam- que incolere) increpauit eas Moyses, verbisq; a superioribus castigauit, dicens: Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnam, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus? Nonne ita egerunt patres vestri, quando misi eos ad explorandam terram. &c. Et paulo post: Vos surdus estis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, ut augetis furorē Domini contra Israel. Quod si nolueritis eum sequi, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. Quam viuacia hinc elici argumenta possunt, ad demonstrandum, quātum malorum exempla detrimenti afferant, quantamq; perniciem prauorum consuetudo causari soleat? Quamobrem vitandi sunt impij, & aliorum consortio, non secus ac lepra infecti, excludendi, exemplo sit leprosus hic, qui eminus ad Dominum clamat, & confertā hominum multitudini se ingerere non audeat.

Num. 33.

Matth. 8. Interiectio ecce semper admirandum quid in S. Scriptura iudicat.

Ecce leprosus veniens, &c. Quotiescunque autem in Sacra Scriptura interiectio ecce occurrit singulare aliquid designari innuit. At, quoniam aegrotis & male habitibus loicenne est, ad medicum confugere, sanitatemq; postulare, non videtur hic ecce tantam admirationem mereri, aut inuere: sed erro Auditores, et o, non enim sine ratione hanc spiritus S. hi. particulam vltimam: nam cum inter ceteros quibus hominum natura obnoxia est morbos, nul us melius peccatum designat quam lepra, utpote quæ corpus à capite ad plantam vsq; inficiat; non sine miraculo contingere dicendum est leprosum, & toto quidem corpore leprosum, ad medicum properare, & manus adhuc miraculum esse, sanitatem consequi.

Peccati & lepræ similitudo. Peccatum intellectu excæcat. Sap. 2.

Vere autem peccatum lepra dici potest; nã vt illa omnes corporis sensus inficit & corrumpit; ita peccatum omnem animæ fortitudinem & vires eneruat & destruit. Intellectui imprimis tenebras offundit, & mentem excæcat; ita namque in Sapi. libro legimus: Excæcauit illos malitia eorum. Et si, de rebus spiritalibus loquendo, fides animæ oculus sit, certum est etiam eandem à peccato offuscari. In cuius rei signum, Ammonitarum

Tom. 1. Pars Hyemalis.

rex Naas, crudelitate & immanitate nobilis, cum habitatores Galaad obsidione premeret, non prius illos in gratiam se recepturum ait, quam dextrum singulis oculum eruisset. Cuius rei hæc est ratio. Erant Galaaditæ viri ad debellandum strenui, & corporis mole celebres, qui in præliis & ense ictus infligerent, & infictos clypeo repellerent; & quoniam hac ratione pugnantibus oculus dexter imprimis necessarius est, ideo, quo eos bello ineptos redderet, dextrum illis oculum eruere moliebatur. Animæ oculi sunt fides & bona opera, & ad victoriã in certamine, quod cum dæmone quotidie inimus, obtinendam apprime necessarij; at dexter, id est fides, imprimis: opera enim fide destituta nihil sunt; hinc diabolus omni ratione eam ipsam nobis eripere conatur. Ipse quin etiam Gentium Doctor Paulus amice nos monet, vt in omnibus, quæ cū dæmone suscipimus certaminibus, fidei securum assumamus: Si- mentes securum fidei.

1. Reg. 17.

Fides dexter animæ oculus est.

Ephes. 6.

Peccatum adhuc animam surdam efficit, ita namq; aures obrundit, nullum vt motum ferat, a deo, vt qui eam ad meliorem frugem conuertere studet, oleum & operam perdat, mortuoque verba facere videatur. Passiones enim internæ tantum strepitum intrinsecus excitant, vt verbo Dei nullus accessus pateat. Infantes eum idolo Moloch immolarentur, tympanis & sambucis sacrificali perstrepebant, ne victimarum clamores & ciulatus parètes ad commiserationem animiq; teneritudinem impellerent.

Peccatum surdos nos reddit.

3. Reg. 11.

Manus quoque animæ debilitat & eneruat, opera inquam & actiones, quarum symbola sunt manus: peccatum siquidem eadem pigritat & graues efficit. Huc respicit Salomon, dum pigrum describens inquit: Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suum eas conuertit; cum tamen eas ad bene operandum extendere deberet. Per pigrum hunc, an non peccatorem intelligit, semper brachia complicata, & manus sub axilla habentem, dum virtuti incumbere, bonaque opera exercere negligit: Adeo, vt lepra ad viuum peccatum repræsentet, quod & ex Euangelio hodierno confirmari potest, in quo legitur: Ecce leprosus veniens.

Manus eneruat.

Proverb. 6.

P Non

Matth. 8.  
Lepra peccato assimilata.  
Leuit. 13.

Nō solum autem lepra peccati imago est, & leprosi peccantium, propter effecta, quæ iamiam enumerauit, verum etiam propter legem circa leprosos, eorumque curationem præscriptam. In Leuitico namque iubetur leprosus vestem circa latera disiuram gerere, non solum quo eandem facile nulloque negotio indueret & exueret; sed etiā, ut morbo prospecto nullum aliis detrimentum afferret: capite quoque nudato & aperto incedebat, leprosum sese esse denunciāns, altaque inclamans voce: Declinate & à me recedite, quia lepra infectus sum: Grauius porro puniebantur, si qui leprosi ab aliis distinctam vestem non gestarent, vocemque sani & bene valentis imitarentur. Ad eundem modum nulli maius reipubl. ciuibusque afferre detrimentum solent, quam qui exterius quidem moribus sanctitatem præferunt, ac luporum sub agnina pelle truculentiam fouent; qui in Angelum lucis, dæmone deterioriores cum sint, se transfigurant. Hinc hypocritæ publice quidem vitam honesto dignam viro instituire solent, ut clam iniquitatem operentur, & flagitiis se plusquā diabolicis contaminent. Tales fuere tempore Christi Scribæ & Pharisei, & nostro noui Evangelij deprauatores, qui exteriori pietatis velo ambitionem & auaritiam suam, quam corde fouent, tegere conantur. Atque ut Iudæi, Christum comprehensum, tristissima Passionis nocte, hinc quidē flexo genu adorabant, datoque in manus sceptro Regem salutabant, dicendo, *Aus Rex Iudæorum*; illinc vero foetidissima sputa in sacratissimū illius vultum egerebant; conuitia in eum exonerabant, & in faciem colaphos impingebant: ita quoque hypocritæ agere consueuerunt; hinc quidem magno humilitatis indicio Deum eolentes & adorantes, illinc vero ipsum peccando offendentes, irridentes, & faciem illius conspuentes.

Leprosus os tectum habebat.

Secundo iubebatur os semper tectum habere, ne forsitan grauior anhelitus accedentes inficeret, lepramque in alios diffunderet. Quam scire lex hæc in publico peccantes aptetur, dici vix potest: illi namque graui suo anhelitu, verbisque contaminatis omnes vicinos & proximos inficiunt, quos descripsit

Psalmista dum cecinit, *sepulchrum patens est Psal. 57. gurgur eorum*: quicunque enim loquentes audierit peccatores, foetentesque eorum fauces & blasphemias sentit; dicet, os illorum à bustuario, sepulchroque cadaveribus pleno, tetrumque odorem spirante, nihil differre.

Cum Christus dæmonia hominū corporibus eiecisset, & illa virtutem eius quamuis inuita circumquaque prædicando diffunderent; increpans silentium iis indicebat, *nae sinebat ea loqui*. Quid enim adferre commodi emolumentique diaboli verba, præconiaque diuina ore eius decantata poterant? quamobrem bene Psalmographus, ait, *Muta sicut labia dolosa*. Huiusmodi autem sunt labia peccatorum, qui animam flagitiis variis contaminatam habentes, virtutem tamen ore præferunt, proximumque fucata quadam pietatis specie eius animis illabendo, fallunt & inficiunt. Merito igitur peccatorem; iustitias Dei annunciantem, quamuis seipsum hoc etiam modo coargueret ac damnaret, corripuit per Prophetam Dominus, *Quare tu enarra iustitias meas, & assumis testimonium meum per os tuum?* Eius namque verba, quamuis iustitiam redoleant ac spirant, Deo tamen magnopere displicent, quamobrem os ei obturandum ac silentij frænum iniiciendum.

Tertio, extra castra, procul ab urbibus, & Viuebarum ab omni hominum consortio separatus vitra castra, uere debebat, ne ad vicinos contagio & maculosus ille morbus serperet, *Omni tempore Leuit. 13. quo leprosus & immundus, solus habitabit extra castra*. Doctæ lex voluit, sanctiorem nullam legem, decretumque salutarius nullū reperi posse, quam castris Ecclesie & ciuitatū muris arcere eos, quos spiritualis lepra infecit, ne & alios lepra & lue albicante inficiant.

Ozias rex Israel lepra, occulto Dei decreto, in fronte percussus, templo quidem à sacerdotibus eiecitus fuit, nō tamen vrbe: hinc, ut bene notauit Origenes, Hieronymus, & *Homil. 6. in Esai.* Chryostom. quinquaginta duorum annorum spatio, quibus regnum ipse occupauit, nullum in omnibus regni finibus reperire Damascum. Prophetam fuit. *Quantū vero vnus publice peccantis vita flagitiisque detrimenti afferre queant, dici non potest. An non peccatum.*

Hypocritarum astus.

Matth. 26.

2. Paral. 26.

Homil. 6. in Esai.

Epist. ad Damascum.

In Comm. in Esaiam.

10f. 71

3. Reg. 17.

3. Reg. 19.

4. Reg. 24.

Matth. 8.

III.

4. Reg. 10.

Isai. 38.

4. Reg. 4.

4. Reg. 5.

Esth. 3.

Matth. 8.  
Modestia  
in leprosi  
oratione  
glucet.

tem Achab, qui Dei ducis que iniussu clam  
ex spolijs Ierichantinis aurum furtiuerat,  
in causa fuit, cur populus Israel prello supe-  
ratus, in obsidio Hai, hostibus dare terga co-  
actus fuerit? an non ob Achab regis flagitia  
impietatemque, Iudæa cum triennio & am-  
plius nulla cælo pluuia descenderet, extre-  
mam rerum penuriam passa est? quid ob bla-  
sphemias Sennacherib, Angelus vindice ma-  
nu, nocte vna, centum octoginta quinque  
hominum millia, in castris Assyriorum inter-  
emit. Denique ob vnum Davidis delictum  
septuaginta millia virorum, sine parulis &  
vzorbis peste contagioque interiere. Hu-  
iusmodi ergo leprosus procul à vobis pel-  
lite, Auditores, hos à consortio vestro excludi-  
te, vt hic vrbe exclusus fuit, qui viso eminus  
Seruatore, alte in clamauit: *Domine si vis, potes  
me mundare.*

Dicere forsitan voluit; Scio, & firmissima fi-  
de in ductus firme teneo, te esse illum ipsum,  
qui Ezechia diebus quindecim annos addi-  
disti, dum lecto affixus, & facie ad parietem  
conuersa, tibi suppliciter factus est: illū ipsum,  
qui Elisæo, Sunamitidis filium ad vitam re-  
uocandi potetiam elargitus es: qui Naaman  
Syriæ regis purpuratum à lepra mūdasti, vir-  
tute tua in Iordanis fluenta deriuata; eandē,  
si modo volueris exercere mecum virtutem  
potes. Ambrosius, Hieronym. & Chrysosto-  
dum hanc leprosi orationem, verbis quidem  
breuem, sed effectu magnam considerant. si-  
dem eius miris laudibus efferunt & deprædi-  
cant, qui nimirum omnipotentiam Christi  
agnouerit & confessus fuerit. Equidē eadem  
ipsum paucis orasse censeo, quæ olim Mar-  
dochæus coram Domino prostratus: *Domine  
mi rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt  
posita, & non est qui tua possit resistere voluntati;  
si decreueris saluare nos, continue liberabimur,  
subest enim tibi cum volueris posse. Leprosus no-  
ster vix aliter, terminis quam proxime in-  
hærendo: Domine si vis, potes me mundare.*

Singularem in hac leprosi supplicatione  
modestiam notare est: hinc namque lepram  
& inualerudinem suam, illic potentiam &  
misericordiam Dei depromptit; & tametsi  
ingenti sanitatis consequendæ desièrio te-  
neretur, non dicit tamen, Domine, sana me;

sed si sanitatem mihi restituere velis, potes.  
Efficax autem hæc precandi ratio esse con-  
suevit, quando supplicans totum se in Dei  
voluntatem resignat. Atque hoc orandi mo-  
do vsq; sunt nobiles illæ Lazari sorores, cum  
solum aiunt: *Eccce, quem amas, infirmatur;* non  
autem, Veni, propera Domine, afflicti nobis  
succurre: sed necessitate fratris moribundi  
ob oculos breuiter posita, reliquum potesta-  
ti eius commiserunt.

Assyriorum ductor Sennacherib, copiosa  
Hierosolymam manu obsidens, superbia &  
insolentia plenam, & in regem Deumq; in-  
iuriam epistolam in urbem misit, qua lecta  
Ezechias rex templum Domini mox adiit, &  
paucis verbis eius maiestatem deprecatus  
est, dicens: *Aperi Domine oculos tuos, & vido &  
audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt ex-  
probret nobis Deum viuentem.* &c. Diuina  
profecto & modesta oratio, quæ nos doceat;  
Deo solum necessitates apericandas, ac de-  
inde auxilium ab eo expectandum.

Mardocheus cum populi liberationis  
quam propriæ salutis & vitæ esset studiosior,  
sciretque Amani se inuidia cum omnibus  
Iudæis in regno Assueri latissime imperantis  
constitutis, post menses aliquot neci traden-  
dum, genibus in terram prostratis, supplici  
voce, oculisque lacrymis madentibus, bre-  
uissime Dominum obsecrauit, dicens: *Domine  
in ditione tua cuncta sunt posita.* Pauca au-  
ditis verba, sed tamen efficaciaz plenissima,  
& in sancti Spiritus officina procusa: quæ  
docent, orationes breuiores & restrictiores,  
pregnantiores esse & validiores longis & la-  
te diffusis. Sola namq; necessitas nostra Deo  
aperienda, idq; quam fieri potest succin-  
tissime.

Cum turbulenti & nouarum rerum stu-  
diosus Abialon, ambitione transuersum ac-  
tus aduersus patrem insurgeret, & maxi-  
mam regni partem ad arma coegisset; David  
regni amittendi periculum veritus, corde &  
vultu in cælum conuerso, solum ait: *Facias  
Deus quod bonum est coram se.* Samuel cū He-  
li sacerdoti multa sibi occultis reuelata quæ  
futuram eius calamitatem prænuntiarent e-  
narrasset, ait s. nex: *Dominus est, quod bonum  
est in oculis suis, faciat.* Discamus hinc semper

Ioan. 11.

2. Paral. 32.

Esth. 3.

1. Reg. 17.

1. Reg. 3.

nos diuinæ voluntati subiicere, & maxime dum oramus; & hanc suos ipse Redemptor olim precâdi formam edocuit; cum diceret:

Matth. 6.

*Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra.* Hoc etiam in ludo edoctus erat leprosus noster, quando summæ animi modestia diceret: *Domine, si vis, potes me mundare.*

Matth. 8.

Orationes breuissimæ optimæ.

Breuissimæ & succinctæ oratio, sed pondere peritoria optimæ & prudentissimæ censentur, quæ paucis quidem verbis, sed iis grauibus postulata proponit, & quemadmodem optime ille soluere prohibetur, qui auro solutionem; & nô are peragit: adeo, vt quamuis pauciores det nummos, maius tamen & eminentius det pretium; aurum quippe licet strepitum & tinnitum non excitet, pretio tamen & pondere præualeat; ad cum modum optimas esse putant orationes, pondere, non numero, valentes.

Plut. in A. pophæg.

Agessilaus rex cum declamantem olim disertum oratorem audiret, qui ex musca faceret elephasem, remq; nihili verbis amplificando in longum protraheret, indignabundus concione se subdixit dicens, egregium cerdonem, qui tantillo pediram amplum adapat calceum! Et merito quidem; nihilenim turpius aut indecentius, quam rem frivolum & nullius momenti nimis amplificando deducere. Hinc laudari solent litteræ Laconicæ, quæ breuitate sua multum rei includerent; quarum aliquas posteritati reseruauit scriptorum diligentia: inter quas sunt illæ Lylandri ducis, quibus Ephoros victoria de Atheniensibus partæ certiores reddidit, in qua & Athenas inuadi contigit & diripi. Litterarum series hæc: *Capta sunt Athenæ.* cui Lacedæmones respondendo rescripserunt: *Sat est capi.* Gratus igitur omnium auribus Laconismus, rhetoricæ vero amplificationes, verbosæque deductiones insidæ.

Lylandri ducis epistola.

Et alia Lacedæmoniorum ad regem Philipp.

Lib. 2. c. 19.

Breuitate item commendantur illæ Lacedæmoniorum, quibus Philippo de multis seiscitanti respondere, his verbis conscriptæ: *Ad id quod scripsisti, non.* Fidem etiam Philippo eisdem per epistolam petenti, vtro ad illos vt veniret modo, vellent, hostili, an amico; Laconica breuitate rescribere: *Neutro*

modo. Omnia hæc Alexander ab Alexandro; nos vero huic adduximus, ad demonstrandum sermones breuissimos, & præsertim preces orationesque, esse efficacissimas. Ita nimirum docuit Christus, dum Iudæos de multiloquio & verbositate corripuit: *Orantes nolite multū loqui sicut Ethenici: putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur.* Hoc imitatus leprosus; tribus orationem postulationemq; suam verbis absoluit. *Domine, si vis, potes me mundare.*

Matth. 6.

Matth. 8.

Nô hic in vna corporis parte, sed à capite ad plantam vsque leprosus erat; *plenus lepra;* ait Lucas: qui ad Redemptorem magna animi demissione, vltusque reuerentia, quin & genu flexo, vt Marcus quidem ait, & proci-dens in faciem, addit Lucas, accedens, adorauit eum, teste Matthæo. Notate hic qua corporis compositione, quantaque vultus reuerentia ad Deum per orationem accedendum sit; ad qua referri potest genu flexio, in terrâ prostratio, & vera animi demissio, humilisq; sui accusatio. Hoc autem modo Paulus se orasse ad Ephes. testatur, *stecio genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi.* Ipse etiam Saluator noster Iesus, cum Patrem in Oliuero supplex pro nostra omni salute deprecaretur, genibus in terram positis & prostratus supplicauit. Quod diligenter obseruans quidam Patribus ait: *Prostratus in terra oras medicus, & non inclinatur aegrotus.* Hæc autem corporis animique demissio, diuinæ maiestatis oculis gratissima est. Nam veluti animalium fortissimus leo neminem in terram prostratum lædit, sed deiectis parcit; ita Deus iis adesse & parcere, eorumque preces exaudire solet; qui in animo contrito humili vultu coram eius se maiestate prosternunt; resistere autem præfatu insolescentibus & magnū quid dese præsumptibus. In cuius rei testimonium videte, vt erga leprosum hanc, suis pedibus prouoluam; & magna humilitate clamantem: *Domine, si vis, potes me mundare.*

Marc. 1.

Luc. 5.

Matth. 8.

IV.

Ephes. 3.

Casarius d.

relat. 5.

hom. 29.

Leo prom-

stratis nos

noet.

Matth. 8.

Domine, inquit, sanare me si volueris, potes quidquid enim vis, & te posse certissimū est; nullus autem in hoc mūdo rex est, cuius potentia & voluntas æquis procedant passibus, vt illa huic per omnia respondeat. Reges multa

multa quidem volunt, ad quæ tamen potentia eorum non extendatur, quæq; ad exitum deducere nequeant, multoq; se longius voluntas quam potentia exerit: Monarchatum siquidem singuli ambiunt, & cæteros regno excludere cuperent, sed ob limitatam potentiam nequeunt: immortalitatem exoptant, sed eodem pertingere non valent: quidquid hæcenus in orbe gestum est, aut modo etiam geritur scite desiderant, sed fieri nequit.

Deus quod potest. Job. 2. Sap. 12.

Solus autem Deus est, qui quod vult, re ipsa potest, qui quod vult, quin possit. Ita quippe philosophatur præclarus ille Physic<sup>us</sup> Iob: *Ipsè solus est, inquit, & nemo avertare potest cogitationes eius, & anima eius quodcumq; voluit, hoc facit.* Et sapientissimus mortalium Salomon: *subest tibi, cum volueris posse.*

4. Reg. 5.

Rex Syriæ Benadad cum unum ex optimaribus suis, Naamã nomine, lepra eo operum, cum litteris commendatitiis ad regem Israel mitteret, rogans ut salutem eius, quam posset citissime procuraret, Rex Israel lectis litteris, subitatus & stomachatus vestes laceravit, dicens: *Nunquid Deus est osum?* id est: *Requænam hæc audacia, quænam præsumptio, ecquæ blasphemia? Egone homo, non secus ac Deus, possum quidquid velim? ad solum Deum hoc scilicet spectat, & illi quarto modo proprium est.*

Apophthegma regis Sersarum.

Cum quidam Sisanni Persarum regi adulescentes dicerent, mirari se cur omnia quæ tantus Monarcha animo conceperit & velle non quamprimum implerentur; magna prudentia & singulari quadam modestia quamvis barbarus alioquin esset, ait: *Ego Dominus verborum tantum, & non orum.* perinde ac si dixisset: *Multa quidem volo, atque volo, ut solius Dei est eadem in opus eogere & equi, adco, ut quamvis Poeta dicat:*

Vilvan. 16. 35.

*Qui nescit, longas regibus esse manus?* ipsi tamen lingua longitudine non suat patres, multa siquidem dicunt, quæ re ipsa exequi non valent. Hoc autem in solo Deo reperitur, non vero in hominibus: quod hoc emblemata veteribus designatum est.

Bicipitem efformabant Deum, sed manus & pedibus truncum; cuius picturæ hic erat sensus: Biceps erat, quod Deus omnia morit, visibilia simul & invisibilia, præterita

& futura. Pedibus vero carebat, quod nulli mutationi sit obnoxius, & in eodem semper esse perseveret. Unde de se apud Prophetam ait: *Ego Deus, & non mutor.* Manibus denique truncus erat, quod mea quidem opinione, uniuersa vitro, à nemine impulsus, at propria inductus voluntate, condidisset, nullisque eo in opere manibus, nec instrumentis opus habuisset. Ideo etiam leprosus noster voluntatem illius imprimis ferit, & ait: *Domine, si vis, potes me mundare.*

Malach. 3.

Matth. 8.

Cæterum pauculis hæc verbis omnia perfecta: oratione requisita complexus est, fidem inquam, & obedientiam illam quidem, dum vera vere potentiam agnoscat; hæc namq; de essentia orationis est, ut Iacobus Apostolus testatur: *Postulet in fide nihil habens, id est de potentia & voluntate Dei datoris nihil omnino dubitans.* Talem se habere fidem confessus est Dauid, cum in Psalmis canit: *Si exurgat ad me, sum me prælitum, in hoc ego sperabo.* Hanc vero, cum diuine se voluntati penitus submittit, dicendo: *Si vis.* Huius humilitatis vim Scriptura celebrat, dum ait: *Oratio humiliantis se penetrat caelos;* tunc autem orans se humiliate perhibetur, quando quod petit, à misericordie Dei manu dandum sibi sperat.

Oratio perfecta: oratione requisita complexus est, fidem inquam, & obedientiam illam quidem, dum vera vere potentiam agnoscat; hæc namq; de essentia orationis est, ut Iacobus Apostolus testatur: *Postulet in fide nihil habens, id est de potentia & voluntate Dei datoris nihil omnino dubitans.*

Iac. 1.

Psal. 26.

Hanc in orando humilitatem adhibuit Psalmographus; toto corpore leprosus (qui nimirum de se ait: *Non est sanitas in carne mea*) dum de admissio peccato veniam postulans orauit: *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Non ait: *Miserere Dauid Deus,* uti, dum in statu gratiæ esset, assueverat: *Memento Domine Dauid;* ac ita sui se proprietum ut nomen præ confusionem & ruborem subiret: nec dicat, ut aliquoties dixerat: *Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.* Imo ne dicere quidem audeat: *Miserere mei Deus,* eo quod miser & mortalis sim, variis ærumnis subditus; sed, *secundum magnam misericordiam tuam* atq; ita etiam orauit leprosus noster: *Domine, si vis, id est, si infinite misericordie tuæ ita visum fuerit, mundare me potes.*

Psal. 50.

Psal. 131.

Psal. 26.

Matth. 8.

Alexander Macedo cum inopi etiam magnam vim auri elargiretur, ait: *Ne existimes ob me, ita in me tua hoc me tibi munus conferre; sed scias, Alexandro dignum quid dare*

Alexandra scitum dicitur.

me voluisse. Idipsum proposito adaptans, dicit Deum suam interdum peccatoribus misericordiam demonstrare, non quod eorum id exigat merita, sed quod ipse infinitæ benignitatis & clementiæ sit, & sua bonitate dignum opus credat, peccatores ad gratiammittere. Hinc leprosus hic orando, ait: *Domine, si vis.*

Deus multa potest, quæ tamen nolit.

Voluntatem ecce præuenit, eamque prius quam potentiam & factum requirit, multa namque potest Deus, quæ reuera nolit, Milles & iterum milles vno in momento creare de nouo mundos potest, sed non vult: omnia quoque rursus vno momento destrucere, & in nihilum redigere, sed huius faciendi voluntas deest; referare inferni voraginem potest, quæ peccatores vos deglutiat, sed nihil minus vult; omnia denique morborum genera in actu oculi per sanare; ægrotosque pristinae valetudini restituere, at semper dicendum, ipsum nolle. Quod leprosus hic perspectum habens, vnicam voluntatem insteetere satagit, dicens: *Domine, si vis;* in quo vera cum Deum esse agnoscit, neque enim ait: *Domine, si Patrem tuum rogaueris, confestim mundabor;* sed pure & simpliciter, *si vis,* eiusdem illum cum Patre potentia esse confitendo, vt bene notauit cum Chrysostomo, Theophylactus, & Euthymius.

Ibidem.

Homil. 16. Homil. 21. operis imper.

Adde autem cum eodem Chrysostomo, de voluntate illum diuina nequidquam dubitasse, quæ quidquid bonum, congruum & rationi consentaneum, semper vult, sed, num sanitatem ei reddere vellet: nam non fuisset forsitan salutis eius expediens, sanitatem consequi. Verba autem illius adducam: *Non de voluntate Christi ad omnia bona parata dubitat, sed de iudicio voluntatis. Christus enim cum sit bonus, nocua non vult prestare, etiamsi rogetur.* Sed nimis hac in parte prolixi fuimus, aliam iam auspicemur, & ipsam lepræ depulsionem examinemus.

Matth. 8.

Leprosus igitur cum Dominum hunc in modum orasset, mox ab eodem vicissim audiuit: *Volo mundare.* Quid ais, Domine? vide quid dixeris, verba tua examina, an ignoras hocce dicendo vitam te tuam & sanguinem in discrimen adducere, quem in lepræ mundatione effundi opus erat? Lex quippe lepro-

sum hyssopo sanguine tincta lustrari & aspergi iubebat: *Et in purificatione eius sumo duos passeres, lignumque cedrinum, & vermiculum, & hyssopum,* quæ ceremoniæ denotabant per crucem tuo tinctam sanguine, animarum nostrarum lepras tollendas; atque ideo huc alludens regius Prophetæ dicebat: *Asperges me Domine,* aliquando hyssopo crucis, sanguine tuo cruentata, & ab omnibus animæ fordibus mundabor.

Psal. 50.

Accedit adhuc, Domine, quod, vt leproso sanes, leprosus ipse prius sis oporteat. Præuidit hoc Isaias, & dixit: *Et vidimus eum quasi leprosum.* Huius rei figura fuit mirabilis illa Moysi manus, quæ intra sinum illius delitescens, sanitatem præferrebat, extensa vero & in apertum prolata, lepra scatebat: qua declaratur, te qui Dei Patris dextra, quamdiu in æternitatis illo sinu manebas, sanum, vegetum, integrum & pulchrum permanisses; sed in publicum prodeuntem, teque ipsum ad mundandos leproso extendentem instar leprosi habitum iri, sed non obstat hoc, inquit, & mea nihil interest: *Volo mundare.*

Propitiatorium illud toties in Sacris litteris decantatum, alas Cherubim extensas habebat, prout Dominus Moysi mandauerat habitus. *Vtrumque, latus propitiatorij tegant expandentes Isai. 53. alas.* Hic mystice desiderium declaratur, quo Dei filius ad nos volare dignatus est, & facere nobiscum misericordiam suam, quamuis cum summo id vitæ periculo coniunctum foret. Notate æstuantem affectum & vehementem illius adiuuandorum hominum desiderium ait: *Volo mundare.*

Matth. 8.

Ex hoc autem loco Patres Christi Domini diuinitatem asserere, & testari consueuerunt, quod nimirum sanitatem morbidis collaturus, propriæ innixus virtuti, ab akerius nutu & potentia non dependeret, dum enim vellet & iuberet, morbos & infirmitates curabat; quod ipsum puræ & veræ diuinitatis indicium & genuinum character est. Testatur hoc ipsum in expositione fidei Iustinus, Tertullian. lib. 4. contra Marcionem, Athanasius lib. de communi tribus essentia, Patri, Filio, & Spiritui sancto; Ambrosius lib. 5. in Luc. Chrysostomus homilia 26. Alij profundius adhuc verba hæc penetrantes, & accuratius sangu-

Exod. 25.

Designatur

his verbis

Christi di-

uinitas.

singula examinantes docent, non diuinitatis  
veritatem modo, sed & humanitatis hinc  
colligi posse, vt Tertullian. Cyrill. Ambros.  
cuius mihi verba, vt hic referam selego, quod  
ad rem qua de agimus optime facere videat-  
tur, *Volo ergo dicit propter Photinum, imperat  
propter Arium, tangit propter Manichaeum*: Ari-  
us namque eum negabat Deum, Photinus  
non nisi hominem esse asserbat; Manes vo-  
ro eum corpore carere credebat.

Matth. 8.  
Historia à  
Francorum  
annalibus  
deprom-  
pta.

*Volo mundare*, & liberalitatem singularem  
re ipsa scilicet compleuit, quod comuni pro-  
uicio dici consuevit. *Quis cito dat, bis dat*: quo  
faciet etiam, quod in Annalibus Francorum  
proditum est. Ludouicus XI. Gallorum rex,  
eum quidam magistratum aliquem regium  
in pago suo vacantem ab illo postulasset, ni-  
hil moratus, quamprimum denegauit, omnem  
eius obtinendi spem vno ictu praecidens. Egit  
humiles mox regi alter gratias, & abiit. *Quis  
abeuntem rex, sagacem & astutum eum esse  
ratus, reuocari iussit*; credebat namque quid  
responderet, eum non intellexisse. Anne quid  
responderim, intellexisti bone vir? ait rex.  
Maxime, inquit. *Vt dixi igitur, subinfert rex*:  
Operam & oleum, inquit alter, me perdere  
& firmiter tecum animo statuisse, alteri mu-  
nus hocce conferre. Rex viri candorem de-  
miratus ait, cur igitur tantas mihi grates e-  
gisti? Quod, aiebat ambiens, tam cito peti-  
tionem penitus denegatis. Vocant me nam-  
que domum alia grauiora negotia, & qua  
relinquere me non sine detrimento oportuis-  
set, si aulam frequentare, postulationemque  
meam, inani lactatus spe, prosequi necesse  
fuisset: Adeo, vt non exiguo me à maiestate  
tua beneficio affectum censeam, dum in pe-  
titione mea repulsam passus sum; firmiterque  
mihi persuadeo, me, quidquid vana exspe-  
ctatione inescatus perdere potuissem, in re-  
pentina hac & non dissimulata repulsa lucra-  
sum esse. Candidati huius iudicio perspecto  
rex, animi sententia mutata, quamprimum  
ait: *Habebis, quod postulas, quo bis mihi gratias  
agas*, hominemque dignitate hac auctum  
ad aulae & parlamenti ministros ablegauit;  
praecipiens illis, vt quod ille fieri voluisset,  
quamprimum exequerentur, ne, si forte diu-  
nus in aula morari contingeret, negotia il-

lius & res domesticæ detrimentum aliquod  
paterentur. Hinc igitur manifestum reddi-  
tur, gratiam & munus cito collatum gratissi-  
mum esse; quod vero in longius tempus pro-  
trahitur, non esse vt que adeo, quamuis tan-  
dem conferatur, gratum.

Laudauit hanc in Augusto Caesare virtute-  
tem Ouidius, quod nimirum in suppliciis ir-  
rogandis lentus, beneficiis conferendis præ-  
ceps audiret:

*Tardus es ad poenas, princeps; ad premia Solox: In Trifido.*  
Quod ille in exilium relegatus, ideoque redi-  
tum in patriam Caesari adulando exoptans  
ait, vere ipse sine vilo adulationis furo, de  
Saluatore meo vsurpem; ille siquidem prin-  
ceps, rex, & Deus est, qui à suppliciis inten-  
tandis abhorreat, & in meritis digna merce-  
de compensandis, beneficiisque amplissimis  
conferendis nimius sit & effusus; quod vt re-  
ipsa videatis, intuemini miserum hunc le-  
prosum, qui quamprimum vt mundari pe-  
tiit, mundari meruit; ait namque vnicuius  
verbo inductus Christus: *Volo mundari*; & à  
verbis ad opus descendens, manum, quo il-  
lum mundet, extendit.

*Et extendens Iesus manum.* Mirum profe-  
cto est & accurata consideratione dignum,  
Christum Dei filium, benedictam, quo lepro-  
sum tangeret, manum, hic extendere; quippe  
quem lex ob hunc contactum inter immun-  
dos recenseret. Varias apud varios reperire  
est rationes. Primam apud Cyrillum Alexan-  
driam, qui ait, Christum ægros quosdam  
carnis suæ attractu sanitati restituere voluis-  
se; quo nimirum ostenderet, carnem ipsam &  
corpus, ob indiuiduam illam cum Deitate  
vniionem, salutari quadam virtute, vitamque  
& sanitatem conferente, donata fuisse. Alter-  
ram refert in Lucam commentatus Ambrosius,  
dum tradit, Christum hac ratione humanita-  
tis suæ, quæ vt verus homo assumpserat, ve-  
ritatem probasse. Tertiam nonnulli hanc po-  
nunt, ostendere videlicet Christum voluisse, se  
ad legis Mosaicæ obseruationem nulla ratio-  
ne teneri, neque ei subiectum esse, sed, vt legis-  
latorem, lege omni superiorē existere. Hæc  
opinio Chrysostr. est, & Auctoris operis im-  
perfecti, ite Ambrosij loco supra citato, Eu-  
thymij ac Theophyl. Quarta, vt demonstra-  
ret, a

Cur Chri-  
stus lepro-  
sum manu  
retigerit.  
Prima ra-  
tio.

Secundâ.  
Ambrosij  
in Lucam.

Tertiâ.  
Homil. 6.  
in Matth.  
& Homil. 7.  
ex variis lo-  
cis Matth.  
homil. 11.  
Quarta



ret, à se & non ab alio leprosum hunc mundatum, cum ab illo & non ab alio tactus fuerit: hanc D. Tho. ex Chrysoftomo citat.

Quinta.

Quinta vero & postrema, vt doceret, legem quæ leprosis tangi prohiberet, ne tangens forsitan lepram contraheret, in se nullum habere locum; quippe qui nullam contrahere contagionem posset: deinde quo evidens fieret, leprosum hunc ab illo tactum non vt inficeret, sed sanaretur. Hæc Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem. Atque hoc etiam modo lex illa Euangelica capienda est, quæ cum hæreticis agere & conuersari nos verat, vt Paulum legenti manifestum redditur. non enim vetitum est cum hæreticis agere, quo tandem ad Catholicæ gremium Ecclesiæ redeant, sed ne eorum commercio familiaritateque deprauemur: serpit enim hæresis instar cancri. Quicumque igitur Christus est, id est, quicumque non peruertit, sed alios poterit conuercere (quales doctores Ecclesiæ sunt, qui Christi personam in terris representant) leprosus tangat, cum hæreticis agat: ceteri vero eosdem velut pestem ac luem maxime contagiosam declinent & fugiant. Sed ecce quid aliud, postquam Redemptor in leprosum hunc manum extendisset, eumque à lepra mundasset, prohibuit ne cui miraculum hoc in se patrarum aperiret aut narraret: *Nemini dixeris.*

2. Tim. 3.

Matth. 8.

Cur Christus miraculi diuulgationem vetuerit.

Luc. 8.

Consideratione profecto dignum est, cur Christus tam singulare beneficium à diuina bonitate collatum diuulgari prohibuerit, & leprosum ingratum quodammodo esse coggerit: cum tamen abas, dæmoniacum, è quo legionem malignorum spirituum eiecerat, misericordiam Domini vbiq; locorum diuulgare iusserit: *Narra, quanta fecerit tibi Deus.* Respondebit pro me magnus Hilarius: *vt salus hæc, inquit, non offerretur, sed quaeretur.* Id est, ne Dei iussu miraculum hoc diuulgatum videretur, ne reliqui, qui in Iudæa erant ægroti ad medicum sospitoremq; festinantes, fidei meritum amitterent, si non sponte & intetius excitari, sed miraculorum fama per regionem sparsa exciti, venissent. Hæc etiam Ambrosius. Hieronymus autem aliam viam insistens, ait ideo Dominum miraculi huius euulgationem vetuisse, quod verbis

diuulgari id opus non esset, re ipsa euidens mundationis testimonium perhibente. Verbis enim & oratione opus non est, loquentibus aliunde miraculis. Alij id per humilitatem factum credunt, ne gloriam aliquam, quæ non exigua è tanto miraculo oriri poterat ambuisse videretur; huius opinionis est Ambrosius, Chrysoftomus, Beda, Euthy. & Theop.

Probabilior porro cæteris mihi videtur sententia Auctoris operis imperfecti, in quâ manibus pedibusque contedo, & in quam doctissimus Maldonatus propendet. Nimirum, non vetuisse Christum miraculi diuulgationem, sed tantum, ne prius de eo alicui verbum faceret, quam coram sacerdote apparuisset: ne forte fama miraculi ad sacerdotum aures perlata, de mundationis veritate ipsi dubitassent, eamq; imminutum iussent, præsertim cum suo cum calculo nondum mundatum censuissent. Bene igitur ait: *Ostende te sacerdoti.*

Matth. 8.

Hic iterum variant Patres, inquirentes VI. cur Christus leprosum hunc ad sacerdotes, Cur leprosum miserit. Nonnulli, inter quos Tertullianus, sum Chrysoft. Hieron. censent Christum se leprosus ad sacerdotem declarare voluisse; alij vero aiunt, ideo eum ad sacerdotes destinatum, miserit, ne si se sacerdotibus non ostendisset, iuxta *Lib. 4. con-* legis præscriptum, vrbe adhuc, quasi immundus, exclusus viuere cogeretur, atque ita beneficium nullius momenti aut vanum fuisset. Verabantur enim, qui à lepra mundati erant, urbem ingredi, nisi prius sacerdos eos à lepra vere mundatos esse iudicasset. Atque hæc Theophyl. est sententia est.

Duas alias rationes adfert Hieronymus. Prima est: Humilitatem hic suam Christum declarare voluisse; altera, quam sequitur & Beda, quæque mihi & optima & probabilis maxime videtur, est: Vt sacerdotes, si in illud deinde nollent credere, cuius prima miracula sententia sua & calculo approbassent, inexcusabiles forent, quæ è verbis mox sequentibus, *In testimonium illis,* redditur manifestum; perinde ac si dicere voluisset: Nihil horum cuiquâ dixeris, sed sacerdoti te solummodo ostende, & munus quod in lege præcepit Moses, in gratiarum actionem offerro: vt

ij ipsi,

Matth. 8.

ij ipsi, qui mihi maxime iam aduersantur, inque necem in eam conspirant, primi miraculorum meorum pracones sint & testes, eorumque incredulitas suo ipsorum testimonio coarguatur. Ideo, *Ostende te Sacerdoti.*

*Matth. 8.*  
Christus docet quis honor sacerdotibus habendus, Lib. 3. de sacerdotio.

Equidem, relictis egregijs his sanctorum Patrum rationibus, Christum nos omnes hic docere voluisse credo, quis honor, quae reuerentia sacerdotibus sit exhibenda. Incredibile enim est, quantum in omni aeo & lege, sacerdotibus honorem impendi voluerit Deus: ex honore porro, quem in veteri lege ipsdem exhibitum voluit, facile colligi potest, quanta nouae legis sacerdotes reuerentia & venerationi digni sint. Si enim, vt diuine Chryostomus, sacerdotes veteris legis adorati sint, quod lepram à lepra discernent, non dico mundarent & sanarent; quo honore nouae legis presbyteros afficere par est, qui non corporum modo, sed animarum etiam lepram auferunt?

Sacerdotii dignitas.

Tanta porro horum dignitas, honor, potentia & dignitas, eorumque officii splendor & amplitudo tanta est, vt eos solos, Iudices iniquorum, malorum vindices, delictorumque inquisitores & actores Deus constituerit, tantamque iurisdictionem illis tribuerit, vt clauem non erante. quidquid dereis visum fuerit, licite facere queant. Cuius auctoritatis diploma, ac decretum in Matthaei commentarium relatum est: *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis.* Atque vt suos Magistratus & prouinciarum praefecti habent gladios, cruces, paribula, rotas, eculeos, carceres, lictores & carnifices: ita & sacerdotes, viri Ecclesiae Iudices & Praesides: carcer quippe eorum, infernus est; gladij, cruces, eculei ipsa poenae & poenitentiae; satellites & lictores, diaboli. Vnde Paulus, auctoritate sua vsus, blasphemos aliquos *Satana tradidit.*

*1. Tim. 3.*

Hanc autem dignitatem idem Apostolus exaggerans, & regale sacerdotium mirificis laudibus in caelos efferens, ait: *Sic nos existimet homo sicut ministros Christi.* & alibi: *Pro Christo legatione fungimur.* Id est, Scire vos velim, nos sacerdotes, Christi legatos, nuntios, Ecclesiaeque illius vicarios generales esse.

*1. Cor. 4:*

*3. Cor. 5.*

Et sane ipsi sacerdotes Iudices sunt, & Iudices summi, à quorum tribunalibus ad vl-

*Tom. 1. Pars Hyemalis.*

lum superius appellari nequit: quorum potestas adeo ampla & magna est, vt ipsos etiam daemones sub se complectatur; & iurisdictione adeo late patens, vt ad inferos vsque sese extendat. I estem habeo Apostolum, qui iudiciariam quam à Deo accepit potestatem extollens, ait: *Nescitis quoniam angelos iudicabimus?* id est, daemones, angelos illos iniquitatis. Nam quemadmodum rerum Praefectus capitalium, & Auditor castrensis ducibus & militibus etiam validissimis actionem intentat, & capitis condemnat: ita sacerdos curiae caelestis quodammodo praefectus, daemones dicam scribendi, damnatorumque duces & tenebrarum principes condemnandi potestatem accepit.

Diaboli sub iurisdictione sacerdotum sunt.

*1. Cor. 6.*

Tanti porro idem Apostolus sacerdotale ministerium facit, vt illi sacerdoti illatas iniurias blasphemiarum nomine appelleret: quo facta, blade ad Corinthios scribens conqueritur: *Blasphemiae spernamur, ac obsecramus.* Merito autem hoc sunt apud Deum. blasphemiam egeratur, & sacerdos cum hoc in mundo repraesentet, proculdubio quae huic fit iniuria, Deo fieri censetur, & blasphemiarum loco habenda est. Vnde discipulis suis bene olim ait Dominus: *Qui vos spernit, me spernit:* & ipse exemplo suo sacerdotes honorandos hodie afferens, leproso praecipit, vt se sacerdoti ostendat.

*1. Cor. 4.*

*Leuit. 16.*

Hinc, obsecro, fideles discant, discant inquam, filij Dei exemplo, omnes sacerdotibus cultum & reuerentiam deferre, eorum defectus, quatum commode possunt tegere, imperfectionesque omni ratione velare, quod ipsum allegorice ex Euangelio probabimus: Christus Apostolos reprehensurus, eorumque incredulitatem pusillanimitatemque taxaturus, naui conscensa eam in altum deuchi iussit; quo docere voluit, sacerdotum peccata, ne plebi offendiculo sint, omnimodo nobis regenda & reticenda esse. Eandem materiam ingressus Nicolaus Papa in litteris ad Ludouicum Imp. datis, egregiam & diuinam Constantini Magni sententiam in exemplum adfert; qui, dum ad eum Episcoporum nonnullorum peccata & vitia deferrentur, dicere solebat, se, si peccantem sacerdotem aut monachum cereret, pallio eum suo, ne ab aliis

Sacerdotum vitia & defectus tegendi.

*Matth. 8.*

c. 121

cerni posset, confestim cooperturum, quod in peccatis occultis & vulgo ignotis, non vero publicis & cuius notis locum haberet: dum enim iam publica sunt & notoria, grauiet & seuerè castigari debent.

Debitum igitur sacerdotibus honorem & reuerentiam deferre, Auditores, & Spiritui Sancto sancte per Salomonem monenti auferunt: *In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica; in omni virtute dilige eum qui te fecit, & ministros eius ne de aliquo.* *Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & cetera huc optime facienda.* Ad duo autem capita reuocari longior hæc oratio potest; vt nimirum Deus ex toto corde diligatur, sacerdotib. vero præ reliquis mortalium, honor impendatur, & debita reuerentia deferatur.

*Ecclef. 7.*

*Spiritus Sanctus sacerdotibus honorandi, vulg.*

*Psal. 71.*

*Sacerdotes montibus comparati.*

*Sacerdotes sublimiores Angelis & S. Ioanne Baptista.*

*Maiorem honorem merentur regibus. Ecclef. 4.*

*Sacerdotum san-*

Idiplum & Psaltes, sed obscure admodum & implicite, habet: *Et erit sicut mamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus eius.* Ad litteram de Ven. Eucharistia Sacramento Vates hic lacutus est, vt è varia loci huius lectione, vnum tamen & eundem sensum efficiente, erui potest. Est enim qui legit: *Et erit in terra panis substantialis;* alius vero: *Erit sacrificium panis;* tertius denique; *Erit in terra una torta panis.* Porro per celos illos montes, sacerdotum intelligit, qui vere montes Dei dici possunt, quod nullus ijs in Ecclesia sit alior aut sublimior: adeo vt vnus nonæ legis sacerdos omnes veteris Testamenti Leuitas, Sacerdotes, Patriarchas, Ioannem etiam Baptistam, ipsos quinimo Angelos, dignitate & meritis longe antecellat.

Atque ideo maiorem etiã, quam Princeps aliquis secularis aut mundi huius rex honorem & venerationem merentur, vt propemodum adorandi & colendi esse videantur. Censuit hoc etiam Regum omnium sapientissimus & amplissimus Salomon, dum ait: *Sacerdoti humilia an manum tuam, & Principi caput tuum.* Vnde manifeste colligitur, sacerdotum potius quam Reges, venerandos & honorandos; vt pote quibus anima, cum regi caput tantum detegi velit, aperienda sit?

Magna quidem, fateor sacerdotum dignitas & excellentia, sed vitæ quoque sanctitas,

morumque honestas eidem per omnia respondere necesse est. Quod veteres egregio quodam emblemate expressere, dum senem quendam dextra solem, sinistra horologium tenentem suserunt. Solare iubar, ita presbyteros vitæ sanctimonia & honestate, lucere in terra debere ostendebat, vt sol in cælis omnia radijs illustrat, & lumen effundit copiosissimum, quo in ijs locum habeat diuinum illud Pythagoræ symbolum: *Aduersus solem ne lequaris;* id est, noli repugnare aut aduersari, noli reprehendere eum qui inculpate viuunt, noli vitam illius carpere quæ instar Solis, vt quidem Paulus Scaliger exponit, collucet. Adeo vt sacerdotum vitam de quibus Christus ait: *Vos estis lux mundi;* instar solis nihil reprehensibile continere oporteat; omnes enim ad eorum vitam vitæ iter dirigant & componant necesse est. Et quemadmodum Persarum reges solis imaginem vitro inclusam, cum ad bellum proficiscebantur, semper præsebant, eamque dum prælium confertendum esset, in tentorijs omnium oculis exponebant; ita sacerdotum soles esse debent & ductores, qui Ecclesiæ agmen tam domi quam belli dirigant & præcedant. Horologium porro, quod horas & tempora distinguendo indicat, & directione sua vniuersam urbem gubernat, denotat; ad proborum sacerdotum exemplum vniuersam rempublicam componere, & ab ijs dependere debere. Atque hæc est ratio, cur leprosum hunc fenerator ad sacerdotes destinet, eiq; debitum pro adeptâ mundatione munus & in lege præscriptum offerre præcipiat.

Mandauit leprosis Deus olim, vt quando à lepra mudati essent, in grati animi signum, Peccator actionemque gratiarum, duos passeres offerrent, quo facto memores nos beneficii esse gratiam si debere insinuauit, ne ingratitude arguamur, & ad maiora amplioraque suo tempore resipienda indigni reddamur: displicet enim Deo mirum in modum ingratitude eius qui è peccati tenebris ad lumen gratiæ redijt, & à lepra animæ præ qualibet corporis maxime pertimescenda, mundatus est. Detestabatur hos ipsos Dauid omnemque ingratitude odierat, nam in beneficii accepti agnitionem dicebat: *Benedic anima mea Domino, & nolis.*

*Simonia eximia sit. Valder. serm. 2. post Dom.*

*Lib. 4. Epist. Math.*

*Caluus Rhen. dig. lib. 5. ca.*

*VII. Peccator admittit si ingratus sit. Deo exorsus est.*

*Psal. 102.*

*Nonli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.*

*Eccl. 46.*

Voluit olim Dominus eos, qui templum ingrederentur, per aliam ianuam eodem egredi, ne egredientes Propitiatorio tergum obuerterent, adeo, ut qui per australem portam intraissent per septentrionalem egrederentur. Verba decreti sunt hæc: Porro, qui ingreditur per viam porta meridiana, egredietur per viam porta aquilonis: non reuertetur per viam porta per quam ingressus est, sed e regione illius egredietur. Denotare mystice hac cæremonia voluit, insignem ingratitudinis notam esse, post acceptum aliquod à diuina misericordia beneficium, tergum eidem obuertere, & datoris amantissimi obliuisci.

*Cantic. 1.*

*9.*

Sponsus cum dilectæ suæ pulchritudinem admirans, singula illius membra describeret, & catalogum quodammodo congestarum in eam dorum teneret, ab oculis initium sumpsit, quos columbinis similes esse ait: *Oculi tui sicut columbarum.* In quo insignem illius gratitudinem indicare voluit: solet namque columba, ad singula quæ deuorat grana, oculos cælum versus extollere, quam fideles omnes imitentur oportet, ut ad singula quæ cælitus recipiunt à largitore omnium Deo beneficia, cor & oculos in altum sustollant, quo Deo immensas gratias agant, seseque gratos exhibeant.

*Proh. 6.*

Ingratitudinem detestandam, & Christianis fugiendam: quam Dauid Propheta morte & inferno castigari exoptat: ait quippe: *Conuertentur in infernum omnes, qui obliuiscuntur Deum,* id est, morte omnes amarissima extinguantur, & ad inferos præcipitentur quasi vita indignissimi, qui post gratias ac beneficia plurima cælitus accepta, Dei datoris obliuiscuntur, & ingratos se erga munificentissimum largitorem ostendunt. Hanc porro Bernardus suis depingens coloribus, ac magnopere detestatus, his nominibus appellauit: *Ingratitudo est quasi ventus exsiccans, & ardens fontem pietatis rorem misericordie, stuentis gratia.*

*Ingratitudinem solias Dei*

Nulla legibus humanis, ut bene notauit Seneca, ingratitudini poena statuta erat: sed, quia ingens eius malitia est, idcirco soli Deo

cuius castigatio est relicta, quo iuste & rigide est castigata in eam tandè aliquando animaduertat. Hinc rogatus olim Diogenes, ut refert Ælianus, *Lib. 4. Var.* quid omnium citissime senesceret & emoreretur: beneficium, respondit: irrogatas siquidem iniurias marmori & æri incribimus; beneficia vero ab aliis accepta pulueri, eorumque memoriam quamprimum intermori patimur.

*Conclusio.*

Eia igitur Christiani, agnoscamus, quæ nobis Deus contulit beneficia, ingratitudinè detestemur, sacrificia donaque, nostra illi offeramus, sacerdoti nos sistamus, coram confessariis appareamus, leprosos & male habentes, id est impios & sceleratos procul à nobis pellamus, eorum familiaritatem & commercium fugiamus, bonis & honestis affluemus: nam, ut impiorum societas noxia & Proborum damnosa, ita sanctorum vtilia, & magna societas vtilis est. Mortui cadauer caecum, quamprimum ut ossi Prophete attingit, redanimatum subito in pedes constitit. Docet hæc nos allegoria, ad solum bonorum, iustorumque, cõtractum familiaritatem, consuetudinem, fetida illa & putrescentia cadauera, peccatores inquam, in quibus gratia iam mortua est, reuiuiscere & recreari posse. Carbores extincti iam & mortui, prunis admoti eudentibus ignem concipiunt, & ignescentes ardorem emittunt. cum peccatoribus eodem agi modo certissimum est: sola quippe conuersatione familiaritateque iustorum, ad virtutis studium pietatemque velut igni admoti, accenduntur, sopitaque pietas ab eorum ardore vires sumit & inualecit. Hos igitur in socios admittamus, horum à latere nõ recedamus, leprosos vero & peccatorum maculis deformes declinemus, Deumque eadem opera rogemus, ut lepras tam eorum, quam nostras benignitate sua emundet.

Hoc igitur in genua prouoluti, humili à te prece contendimus, omnipotens rerum Pater. Omnes, fateor, peccatores sumus, ac proinde leprosi; peccatum siquidem vera anima lepra est. At si velis, sanare & mundare nos potes, clementissime Deus; non minus enim tua hic voluntas, quam potentia, requiritur. Vtrumque igitur nobis pro tua

*Q. 2. beni.*

benignitate concede, concede inquam, ut quod tua in rem nostram potest potentia, simul etiam velit voluntas. Tu quippe, o cœlestis Æsculapi, cœlo ad morbos persanandos, & præsertim ad lepram emundandam, delapsus es: Tu nos igitur, summe Elisæe, velut Naamanes, passionis tuæ Iordane abluc, tu nos, o summe Sacerdos, crucis tuæ hysopo, pretioso sanguine tuo cruenta asperge, ut potenti manu tua sanitati restituti, postquam coram sacerdote, ex legis Evangelicæ præscripto, apparuerimus, tibi vota nostra & laudum sacrificia in hoc mundo offeramus expectantes interim, donec in altero te laudare, in quo omnis beatitudo nostra sita est, mereamur. Huc porro nos deducere summi Patris, & Filij, & Spiritus S. Maieestas dignetur. Amen.

DOMINICA QVARTA  
POST EPIPHAN.

Partes.

1. Quod Dei omnipotentia in mari declarare soleat.
2. Quot mare sit mundus.
3. Ecclesia navis.
4. Quod in adversis nos præcat Christus exemplum discipulorum imitetur.
5. Motus magnus cur factus.
6. De irratione Apostolorum.
7. De dormitione Christi.

Ascendens Iesus in naviculam, secuti sunt eum discipuli eius. Matth. 8.

FIGVRA.

**I**onas Propheta cum in altum à facie Domini fugiens, navi deuectus esset, tanta subito tempestas exorta est, ut naue fluctibus ventorumq; turbibus agitata, omnes qui eadem vehabantur certissimum vitæ periculum adierint. Vota hic singuli diis facere, penatibus supplicare, nauem exonerare, merces in mare deicere, & hæc, ut mortem instantem effugere, & optatum ingredi portum valeant. Et ecce, ad omnem hunc stre-

pitum, ad procellarum ventorumque furias Ionas non expergiscitur, sed vtramq; in aurem securus dormiens, in carina delitescit: quem ubi stertentem nauarchus excitasset, his cum verbis aggressus est: Quid hic rerū agis amice? an nō vides, extremo nos in discrimine versari? quin expergisceris, Deumq; tuum etiam inuocas, ut nostri misertus nos naufragij periculo eripiat, & sospitem in portum sistat? Cui respondens Jonas, ait: Noli turbari aut percelli vir bone, vnica tempestatis sedanda marisque pacandi ratio est, si me in profundum deturbaueris. Quod quāuis nauar, rei horrore perterriti, facere initio detrectarent, tandem tamen sui saluandi ergo, eum in profundum præcipitem dederrunt, quo facto pacatū mare, & omnis tempestas resedit. Ad viuum casus hic historiam Euangelio hodierno comprehensam representat, in qua Christo cum discipulis nauiculam ingresso orta tēpestas dicitur, & tam scua quidem, ut omnes submerisionem viderentur, & magistrum in nauis fundo instar Jonæ dormitantem, excitaret dicentes: Heu Domine, salua nos, perimus. Et quamuis excitatus Dominus; tunc in mare se deici non præcepit; venient tamen dies, in quibus, Jonæ exemplo, maioriq; cum ærumna (quod Jonas sospes adhuc in littus eiectus sit) in passionis Oceanum deicitur, in quo & exspirauit, & moriens fluctus, quibus homines in hoc mundo concutiebantur, compescuit: quamuis & ad imitationem Jonæ, quem tertia die cœtus in littus exspuit, post triduum à morte resurrexit. Quid præterea Dominus in hac tempestate fecisse scribitur: imperauit ventis, & eorum rabiem refranauit, dictoq; citius tumida æquora per Neptunia arua resederunt: adeo, ut omnes admirantes nimis stupore perculsi dixerint: *Quis est hic, quia* *mare & venti obediunt ei.* Hanc Euangelij nostri ager segetem profert, quam & in aurium vestrarum horreum in ferre contendam, si æterni Patris Sapientia, maternis precibus inuocata, auxilium mihi & opem lætæ non dedignerit, atq; ideo communi suffragio eam compellemus dicentes: *Aue Maria.*

Ea omnium semper opinio fuit, Audito: res, terram & mare & omnia, quæ in iis sunt, præ-

Matth. 8.

Ibid.

præ

Terra & mare mirabilia Dei theatrum.

Psal. 55.

Psal. 105.

Iob. 9.

Apoc. 1.

præ omnibus locis, velut in theatrum & arena delecta esse, in quibus totius vniuersi monarcha & opifex mirabilia sua & prodigia, quæ creaturarum oculis patere cupit, exercere & ostendere confuevit. Nā quamuis plurima in igne & aeris regione miracula producat; tamen quoniam homo omnium operum illius scopus & causa est, utpote de quo locutus est Psalmista: *In me sunt Deus, vota tua*, qui nec in flammis, nec in aere, sed in mari & terra victitet; idcirco in duobus hisce elementis mirabilia sua, & miracula maxime admiranda, ac potissimum in mari & aquis, Neptunioq; regno, solet producere, adeo, ut quotquot hactenus potentiam miraculorum que patrandorum virtutem in summo nomine celebrare conati sunt, e mari potissimum eadem elicerint, indeq; laudum præclarissima argumenta depromserint. Testis sit Dauid, qui mirabilia Dei operum catalogum texens ait: *Magnalia in Ægypto, terribilia in mari rubro.*

Idem iter insistens Propheta Iob, prodigiorumq; diuinorum quod immo modo numerum recensens postquam ea, quæ in cælo & terra operatus est, enumerasset: *Qui commouet terram de loco suo, & columna eius concutuntur, qui præcipit soli, & non oritur, & claudet stellas quasi sub signaculo, &c.* mox subiungit velut quid mirabilius: *Qui graditur super fluctus maris, qui facit Arcturum & Orionem: quasi dixisset: Tanta illius potentia est, ut fluctibus velut pavimento inambulet, & vndas non secus ac terram salcet. Quem locum moraliter Greg. Magn. exponens, credit per mare hoc mundi huius afflictiones intelligi; super illius autem fluctus Deus ambulare dicitur, eo quod, dum persecutionum fluctus & tempestates exsurgunt & furunt, ea ipsæ quamprimum ad stuporem mirabilium eius collidantur & frangantur. Porro per Arcturum illum septem stellis coruscantem, Ecclesiam intelligit, septem, ut in Apocal. declaratur, candelabris, id est, septem Spiritus S. donis & charismatibus insignitam, quæ eam non secus ac sidera quædam & faces illustrant. Et quem admodum Arcturus, ut idem subnectit semper voluitur, & mari mergitur, & rursus inde emergit, non secus etiam Ecclesia perse-*

curionibus infidelium semper agitur, hæresumq; tempestatibus voluitur, nullum tamen naufragium patitur, nec mari immersa vquam extinguitur. Atq; hoc est, in quo se Deus admirabilem reddit & stupendum, id est, in aquis & maris imperio.

Et est reuera quidam Altissimi & omni-potentis Dei potentia radius, ac specimen Dei in a non vulgare: solius quippe Dei est huiusmodi operari; ac talē potentiam exercere. Hinc clarat. Moses, magus ille mysteriorum diuinorum interpres & scriba, cum omnipotentis virtutem & potentiam describeret, ait, velut singulare diuinitatis indicium, spiritum Domini super aquas leni volatu volitasse, & post eum Dauid, Deam eiusque potentiam efferre laudibus gestiens: *In mari, inquit, via tua, & semite tua in aquis multis.* petinde ac si dixisset, fluminibus in ambulas Domine, mare non secus ac terram percurris, in quo potentiam & infinitam virtutem tuam declaras.

Veteres quidem ut aliquid impossibile, omnineque hominum robur excedens exprimerent, pedes efformabant fluctibus maris rogl. superimpositos: è contra vero Sacra Scriptura, ut Deum omnipotentem nihilque ei impossibile esse declaret, sub imagine imperantis terræ marique eum depingit; utpote, qui modo aquis, modo ventis, modo tempestatibus dominetur. Cuius rei egregium in Apocal. emblemata legimus: vidit Ioannes Angelum itide coronatum, cuius facies solis instar radiaret, femora vero instar columnarū ignearum solida essent, cuius pes vnus mare, alter terram premeret. Angelus hic Deum representabat, & vtriusque pedis situs super binam illa elementa, dominium & imperium quod in terram & mare habebat. Multum autem ænigma hoc interpretes torsit, inquirentes, cur dextro pede mare, sinistro autem terram calcaret.

Fuere siquidem nonnulli, qui dixerent, Deū cōsulto & data opera pedem dextrum super mare velut valentius, nobilium, & fortius elementum, quod ipsam natura procellosum, variū, instabile, tempestatibus obnoxium sit, & ventorum turbinibus ut plurimum exagiteretur habere; sinistram vero super terrā,

quod

Potentia Dei in a non vulgare: solius quippe Dei est huiusmodi operari; ac talē potentiam exercere. Hinc clarat.

Gen. 1.

Psal. 76.

Apoc. 10.

Deus terræ & mari dominatur.

Gentiles quod ipsa natura quæta sit, & nunquam loco mari, Judæi moueatur. Alij vero allegoricum sensum ferre com-  
parati.

Psal. 106.

cuti, existimantur, in hospedis vtriusq; si-  
eu populum Judæorum & Gentiles designa-  
ri, hos quidem mari, illos vero terræ compa-  
rando, quod Judæis ob malitiam reiectis ad  
Gentes se Dominus conuerterit: & quemad-  
modum Jacob filios Joseph benedicendo,  
dextram iuniori, sinistram vero maiori natu  
imposuit; ita Christus, in Judæorum repro-  
batione, pedem dextrum super Gentes, sini-  
strum autem super Judæos posuerit. Ne ve-  
ro me existimetis nugas agere, & in incertū  
collimare, certum est illos terræ, hos vero  
mari in Sacris litteris comparari: Gentes scil.  
mari, quod errorum fluctibus exagitaren-  
tur, nullumque sanctitatis fructum ferreat:  
Judæos autem terræ, sed quam Dei dextra  
elaborat, quæque amplissimos fidei, virtu-  
tis, zeli denique fructus proferret. de qua lo-  
cutus est Psalmographus: *Posuit flumina in  
desertum, & exitus aquarum in sitim, terram  
fructiferam in salsuginem à malitia habitantium  
in ea, &c.* quem locum Aug. etiam de Judæo-  
rum reprobatione intellexit.

Abac. 3.

Ipsè quæ etiam Propheta Abacuc Genti-  
les mari confert, dicens: *Viam fecisti in mari  
equis tuis in luto aquarum multarum, vel, vt lxx.  
Interpretantur: Superinduxisti in mare equos  
tuos, conturbantes aquas multas, quod Hieron.  
fidissimum hic interpretem agens, de genti-  
libus exponit. Vere enim Christus equis in  
mari viam fecit, id est præconibus suis iter  
commodum reddidit, quando eos gentibus  
euangelium annuntiaturos emisit. Hinc Dei  
Verbum in Apocal. equo candido inuectum  
scribitur, quod varij eiusdem coloris equites  
sequuntur. Hunc quoque sensum è superio-  
ribus Prophætæ verbis elicit Gregor. dum  
ait: *Viam fecisti in mari equis tuis, esse apparui-  
sti iter prædicatoribus tuis inter doctrinas huius  
sæculi, sordida & terrena sapientes.* Quibus in  
verbis notandum, Prophetam secundū sen-  
sum litteralem, in signo aliquod miraculum  
exprimere voluisse, dum Deum equos, non  
in terram nec fluuios, sed in mare profundis-  
simum ait emisisse, quæ diuina potestas in  
mari potissimum sese exerat.*

Apoc. 19.

Lib. 34.

Morral. 48.

Hinc veteres, vt Amorem scite depinge-

rent, eiusq; qua pollet potetiam & virtutem Amorem  
exprimeret, varios ei flores, & frumenti ali- vt expresse  
quor spicas, quin & pisces in manus dedere. rint vete-  
Inuere scilicet volebant, non terræ modo res.  
cum, è qua flores & frumentum producitur,  
sed & mari dominari, quod nimirum in agni-  
tæ potentæ & dominij signum pisces ei, vel  
ut tributum persolueret. Vt autem pagano-  
rum hisce nugis & inaniis veritatem myste-  
riorum nostrorum insignium, crediderim  
mystice-hinc demonstrari posse, Deum, qui 1. Ioan. 4.  
vt Joannes quidem ait non nisi amor & cha-  
ritas est, in terram & mare imperium suum  
exercere (dicitur quippe in Prophetis: *Et non  
est alius Deus in celo, & in terra, in mari & in  
omnibus abyssi*) at in mari præsertim poten-  
tiam suam declarare, virtutemq; ostendere.

Notauit hoc ipsum hisce verbis Ecclesia-  
sticus: *In sermone eius siluit ventus, & cogita- Eccl. 47.  
tione percussit abyssum.* Quod hodie vniuersa  
etiam Judæa, videns Christum mare con-  
scendere, ventis imperare, tempestates com-  
pescere, demirans, ait: *Quis est hic, qui a mari Math. 8.  
& ventis obediunt es? cuius rei rationem red-  
dens Origenes ait: Cum enim milia magna &  
miranda ostendisset in terra, transit ad mare, &  
& ibidem adhuc excellentia opera demonstraret,  
quatenus terra marisq; Dominum se esse omnibus  
ostenderet. Atque hoc Euangelio hodierno  
continetur, in quo legitur: *Ascendens Iesus in  
nauculam, secutus sunt eum discipuli eius.* quod  
ipsum vt methodice & certo quodam ordi-  
ne deducam, prima concionis parte Christi  
eiusque discipulos mare ascendentes repræ-  
sentabo, deinde tempestatem excitatam, &  
mox compositam ob oculos ponam.*

Principio igitur, cum in Euangelij limine  
Christum nauem ingredientem, tempestati  
bus imperantem & procellas compescentem  
video, præclaræ mihi & egregiæ cuiusdam  
imaginis in mentē venit, qua diuinā veteres  
providentiā expressere. Pingebat scilicet na-  
uim, cuius clauum Deus dirigeret ac mode-  
raretur, & cuius etiā remos impelleret: quo  
edocete conabantur, vitam hanc nostrā, re-  
rumq; harum mundanarum statum, nauim in  
medijs mundi huius vndis fluctuanti persi-  
milē esse, at Deum clauo illius assidētō, o-  
mnia dirigere, mouere, nutuq; suo moderari.

Hinc

Diuinæ  
providen-  
tiæ symbo-  
lum.

II, Mundus mari peris- milis.

1. Hinc efficere volo, mare hoc, quod fluctibus hic intumescere, tempestatibus agitari, & ventis in altum librari dicitur, veram mundi imaginem esse, idque varias ob rationes. Mare enim instabile est, & stratum iam & quietum quam primum turget & inflatur: mundus quoque iam prosperis affluens, crastina die tristitia ciebit, & aduersitatum procellas superinducit, quin & in momento faciem mutat, risumque lacrymis, & veneno mel permiscet. Fluctus maris & vnde momento insurgunt & intumescunt, & momento subsidunt & placantur: in mundo etiam potentes in momento ad honorum culmen & fastigium euehantur, & momento ad imum paupertatis deurbantur; hodie montibus exceliores, & cras humiles in terra serpentes, & sortem suam deplorantes. Testatur id ipsum experientia eioctus Dauid: *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, transiit, & ecce non erat.*

Psal. 36.

3. Mare non includit mortuos.

Sap. 2.

4. Potentes in mundo infimos deuorant.

I. Cor. 11.

5.

Isaem. 5.

Rom. 6.

6. Mundus mari periculosior.

Mare tertio, nulla patitur cadauera, sed eadem fundo educta ad litus eijcit: mundus etiam non fert eos qui mundo mortui sunt, & animam sensusque mortificatos habent, nullaque eiga res terrenas ratione afficiuntur, ita porro intelligend sunt verba illa Sapientis: *Grauis est nobis ad videndum.* In mari quoque pisciculi minores a maioribus deuorantur; in barbaro mundi statu potentes & opulenti tenuiores deglutiunt & depascunt, in eorumque perniciem & excidium totis viribus conuertuntur. Conqueritur hoc ipsum in sui saeculi moribus Paulus, Corinthiosque, vt hic tolerantis sint & magnanimi, adhortatur: *Sustinete: si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat.*

Quinto, nihil in maris fundo praeter arenam videtur, quae & sterilis & grauis est. Vnde Ierem. *Qui posuit arenam terminum maris.* Mundus ad eundem modum, praeter puluerem, cinerem & vanitatem nihil continet, est quoque sterilis & infecundus peccatis adhuc grauis & sub scelerum pondere fatiscens. Testatur id ipsum Romanis scribens Paulus: *Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis?* Mille discriminum etiam mare officina est, & innumerabilium periculorum parens: plura tamen in mundo dif-

crimina & subeunda & portimescenda sunt; hic namque maiorem animarum perniciem caufatur, quam corporum Oceanus. Nam vix e quatuor mare conscendentibus nauibus vna naufragium facit, at e quatuor hoc in mundo viuentibus animabus vix vna salutis portum ingreditur. Scripsit hoc experitus Augustinus, vtque alij sibi cauerent, ait: *Amas saeculum, absorbebit te, amatores suos raro nouit, non portare.*

Septimo, portenta & monstrosos abortus plurimos procreat; at non minora nec pauciora portenta habet mundus, qualia in primis sunt illi quibus gladius in labijs, quibus duplex cor, item qui duas vno ore exerunt linguas: *Os bilingue deservatur Deus.*

Mare habitationi & sedi stabiliendae ineptum est: ita mundus: confirmat at hoc Hebraeis scribens Paulus: *Non habemus hic ciuita em permanentem, sed futuram inquirimus:* neque enim est aliud quam diuersorium, e quo postridie emigrandum sit.

Mare nono amarum est, salsum, & insipidum, hanc quamuis saluginem pisces, qui in eodem viuunt nec sentiant nec gustent: Idem de mundo hoc inferiori iudicium esto, Auditores, qui amaritudine & miseriarum salugine plenus est, licet qui in eodem affidui sunt, & immersi, eandem non percipiunt: Tangit obiter Propheta, dum de mandatis orationem instruens ait: *Esse sub senibus delicias reputant.* Mare denique nunquam satiaplenus, sed hydropici instar quo magis bibit eo. *amplius sitit, nam quamuis torrentes, amnes, fluuiosque absorbeat, qui in ipsum quotidie se exonerant, numquam tamen limitibus suis, quasi saturum egreditur, sed alios haurire fluuios paratum est: ad hunc modum etiam mundus saturari nequit, sed semper habendi siti laborat: qui enim ad honores euectus est, ampliores & maiores ambit; concupiscentiam cernis & delicias corporis consecutus & consecutus alias cupit & nouas excogitat; cupidus, auro distentas arcas habens, cupiditate non extincta, sed prouocata, ad nouas diuitias aspirat. In mari quoque hoc temper turbines, ac procellae, & tempestates assidue, vnde textus Euangelij: *Motus magnus factus est in mari.**

7. Mundus scateret montibus. Eccles. 2. Prou. 8.

8.

Heb. 13.

9.

Mundus amaritudinis replentur. Iob. 30.

Cymba



III.  
Matth. 8.  
Ecclesia  
navi com-  
parata.

Gen. 7.

Cant. 6.

Valer. lib.  
7. asp. 3.

Luc. 10.

Prov. 30.  
Ecclesia  
navis est  
in medio  
mari flu-  
ctuans.

Cymba porro hæc, quæ ventorum furis & procellis agitari hic dicitur communi omnium sanctorum Patrum sententia, verus Ecclesiæ typus & imago est: ipsa enim Ecclesia scite admodum & convenienter navi comparatur. Nam quemadmodum diluivij tempore, nullus ab aquis immunis fuit, nisi qui Noe arcam ingressus, cæteris omnibus diluivio absorptis, & oceano circumquaque stagnanti immeris: ita nulla prorsus extra Ecclesiæ arcam constitutis salus, nullisque salutis portum ingredi datur, quam quos Christi navis excipit, reliqui autem non diluivij modo, sed damnationis æternæ fluctibus submergi intereunt.

Navis adhæc nullas patitur rimas aut foramina per quæ subingrediēte sensim aqua, mergeretur, ac triste naufragium faceret: Idem de Ecclesia dictum volo, quæ nullum schisma, divisionem nullam, nullam denique diffusionem ferre potest. Hanc ob rem spōsam suam laudavit in Canticis sponsus, dicens: *Vnica est columba mea, vna perfecta mea.* Vna scilicet Ecclesia sit oportet, & ita vna, vt quicumque eamdem diuisam velit, nã ille fatuus & demens censendus, ac regem Antiochum imitari dicendus sit. Hic enim cum piratam quemdam, qui mare myoparonibus infestum reddebat, ac nõ nisi rapto vivebat, magna nauium copia obsedisset, adeo vt nullus ei effugij locus pareret; ita tandem eodem traniegit, vt cum dimidia nauium parte sospitem eum dimitteret, quod & sacramento confirmavit. Pirata igitur cum in regis se manus tradidisset, singulas quamprimum naues Antiochus in duas disseccari partes iussit, piratæque vtram sibi partē vellet, electionem dedit, atque ita naues omnes inutiles navigationique ineptas reddēs, eius potentiam fregit. Id ipsum, mihi credite, Ecclesiæ eueniret, si in plures diuidi partes posset. Porro vnum est necessarium.

Inter cætera quæ ingenio se Salomon suo comprehendere posse diffidebat, erat *Via nauis in medio mari.* at dum hæc illius verba mente voluo, dato studio Spiritum sanctum de nauis Ecclesiæ locurum censeo, quæ in medio mundi huius pelago varie impellitur, & fluctuat. Et est profecto difficile admodum in-

genio humano, intelligere aut perfecte comprehendere, quomodo sacra illa Iesu Christi navis tot annis ventorum turbine concussa, & tempestatibus agitata in persecutionum oceano incolumis, nec minima tabula amissa, insultantibus & frendentibus nequidquam inimicis, fluctuet, vno nullum naufragij periculum pertimescat.

Ecclesiæ igitur imago navis hæc est, de qua trina asseri veritas poterit. Imprimis in fracta quædam & pertinax firmitas, ac sempiterna duratio; idque propter assiduum sancti Spiritus auxilium, quod nullo vniquam tempore intercederet aut deficeret. Promisit siquidem Christus perpetuum se sospitatorum Ecclesiæ futurum, ac nullo eam æuo a se deserendam: quod autem promisit, irritum non reddet. Vnde in Matthæo legitur: *Et portæ inferi non praualebunt aduersus eam:* quin & Paulus ideo, Timotheo suo scribens, firmitatem eam & columnam veritatis nuncupat. apud Ieremiam autem Dominus instar ciuitatis munitæ & columnæ ferreæ eam se redditurum promisit: *Netimeas, ecce dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream.*

Deinde vehemens & assidua persecutio: Ecclesia tam graues quippe & turbulentas procellas patitur tamque vehemētibus turbinibus concutitur, vt absorbenda & peritura penitus videatur, & tamen incolumis semper caput effert; & frendētibus persecutionibus magna anima & heroica quadam constantia insultat, naufragiumque quid sit, ignorat. Et profecto tres iam Ecclesia graues persecutiones perpessa est: primā a tyrannis, Nerones, Domitianos, Traianos, Diocletianos, Maximinos aliosque intelligo: secundam ab hæreticis, de qua vari cinatus olim Petrus Apostolus ait: *Et in vobis erunt magistri mendaces:* tertiam a peruersis Christianis: quarta & postrema, omniumque crudelissima futura est persecutio illa Antichristi. At his nequidquam insultantibus Ecclesia victrix semper & superior euadet. Eiusce rei si figuras desideretis, arcam Noe considerate quæ fluctibus quidem agitata & rupibus marinis illisa est, nunquam tamen quassata fundum petijt. Graues etiam luctus Rebecæ vterus exper-

Ecclesia  
perpetua  
& perennans  
est.

Matth. 16.

2. Tim. 3.

Ierem. 1.

quadru-  
plici per-  
secutioni  
subiecta.

1. Pet. 2.

Gen. 7.

Gen. 25.

ricba-

nebatur cum gemini inter se collatis viribus decerentur, & civili & intestino bello conuenterentur; nullus hinc tum abortus seorsus est. Domus illa Evangelica rupi inædificata, à ventis quidem impulsæ & petita fuit; aquilonibus ludibrium; ideo tamen ad terram non concidit. Mulierem illam prægnantem; cuius meminit Apocalypsis, bestia quidem deuorare conata est, sed infracta permansit & immobilis. Idem omnino de Ecclesia cogiteris velim, ipsa quippe Noe arca est omnia animalia ratione prædita, munda & immunda continens; vterus Rebecca est, Iacobū & Esau in se complectens, iustos inquam & peccatores, est domus illa rupis confessionis Petri, quam de Christi diuinitate protulit, inædificata; est mulier illa Apocalypseos, quæ insulibus, persecutionibusq; exposita constans permanet, omniumque vires eludit.

Matth. 7.  
Apoc. 12.  
Ecclesia de persecutione in tribumphant.

Postremo, quod periculis omnibus superior euadet, inimicos debellatura, deq; ipsis triumphum reportatura, & testes victoriae, infamiazq; hostilis notas trophæa erectura fit; idcirco rubo quem Moses in Exodo vidit inter flammam non flammantem, eam haud ab similem licet confiteri. Quamuis enim Ecclesia in medijs persecutionum ignibus constituta sit, nullum tamen sentit incendium aut ambustionē; at inuictabilis semper permanet. Hinc inter cætera sponsus in Canticis eam comparat palmæ; quæ quo violentius deprimitur, eo amplius exurgit & cristas obtinendo erigit. Ecclesia igitur nauis est, sed nauis quam Christus hodie ingressus scribitur. *Ascendente Iesu in nauiculam.*

Exod. 3.  
Cant. 7.  
Matth. 8.  
Christus semper in laboribus præcedit.

Quor nauis hæc consensio mysteria, quot mirabilia & dignas considerationes includit! Primo docet Christum in tempestatibus & laboribus ducem semper & primum esse, ipse nimirum magnanimus ac generosus ille ductor est, qui in ærumnis, laboribus, periculis subeundis primus est, primus in periculis maris, in pœnis terræ primus, viam aperiens ac vadum tentans: vt quicumque sequi desiderent, tentatum iam & complatum iter ingrediantur: ipse vitæ huius angustias & amaritudines sua constantia perfringit, ac quodammodo melle super-

Tom 1, Pars Hyemalis

iecto dulcorat, ne earum difficultate ceteri deterriti pedem retrahant, ac potius, facile illecti, vterius progrediantur. Magnus ille & validus Abimelech cum pinum mediam dissecuisset, eiusque ramos in milites distribuisset, orationem ad eos conuertens ait, *Quod me vidistis facere, cito facite*, hodie namque de inimicis vindictam sumamus necesse est. Idem omnino ductor ductorum, Christus suis ait, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.*

Iud. 9.

Moyles Hebræorum ductor & tutela, cum virgam manu gestans populo in trāsitu maris rubri ducarum præstaret, alta voce inclamauit: Sumite animos popule meus, audacter me ducem sequimini: neque enim vos in syrtes aut cæca vada deducam, eadem vtriusque fors & discrimen erit; nolite timere: hi, quos cernitis, aquarum congeffi & conglobati montes, non subident, aut in caput vestrum descendunt. Idem hodie & Christus facere videtur, nam quo nobis omnibus per tribulationum oceanum ingredientibus animum adderet, primus nauem ascendit, primus mari se committit, primus denique tempestatibus & procellis sese exponit.

Exod. 14.

Secundo quoniam maris, & cymbæ mentio incidit, notandum hic occurrit, eos, qui nauigationem instituunt, mare iam cõscendere parant, de necessarijs sibi rebus semper providere, nequid se dum in medio itinere constituti periculum aliquod adire coguntur, desit; malum quippe, anchoras, vela, remos funesq; comparant, deniq; de vigilanti ac sedulo sibi nauarcho prospiciunt. Via, qua ad cælum tenditur, difficilis est, & quidem per mare instituenda: magna hic discrimina, & euidencia pericula adenda, multaq; ad hoc necessaria sent. At inprimis det operâ vnusquisq; ne vnquam sine diuino numine iter aggrediatur, eius semper auspicijs imploratis nauem conscendat, ipse Deus in nauarchū & directorem assumatur, ipse inquam primus in naues nostras admittatur; vt hic factū videmus; vix n. nauem conscendit quin omnes eum Apostoli comitentur, & præcedentē sequantur. *Et secuti sunt eum discipuli omnes.*

Christus semper in nauclerum assamendus.

Matth. 8.

R Nihil

Sanctorum exempla afflictis consolationi sunt.

1. Mal. 3.

Ios. 4.

Nihil autem est quod animos roboret ac confirmet magis, nihil quod eos ad labores & difficultates aequanimiter perferendas amplius exstimulet, quam sanctorum hominum exempla, earumque vita ob oculos posita. Hinc zelosus ille patriarum legum Mathathias filios alloquens ait, *Memento qualiter salvi facti sunt patres nostri, cum persequerentur eos Pharae in mari rubro.* Quin & Iosue, cum filij Israhel Iordanis fluvia sicco vestigio pertransissent praecepit, duodecim vt lapides vastos fundo educos in ripa, in rei tantae memoriam, erigerent; quibus posteris visis, Deo confidere, inq; ipsum spem suam conijcere discerent, qui nimirum patres tantis angustijs calamitatibusq; eripuisse. Hodie quoque Apostoli, dum Christum Dominum mare conscendere vident, ipsum quantocius secuti sunt & nauem cum ipso conscenderunt, ad vsq; pericula a latere illius non decedendo. Sed quid hic noto? quoniam sese hic paradoxa aperiunt?

Multi Christum in prosperitate terra, pauci in aduersitatum mari sequuntur.

Video, plurimos Christo, dum in terris ambulat, adherere, adeo vt saepenumero praecopia sese mouere non potuerit; at mox, vt mare ingressus est, in quo maiora pericula, tempestates assiduae, & procellae frequentiores: solos Apostolos & discipulos eum sequi. Quod & hoc in mundo iam locum habet: multi namque in terram prosperitatis Christum sequuntur; ac paucissimi in mari tribulationum aut in afflictionum tempestatibus: in quo hirundines imitari videntur, quae interea dum aestas ridet, & calores vehementiores sunt, nobis & laquearibus nostris adherent; at quam primum frigus & bruma ingruit, recedunt frigoris impotentia.

1. Cor. 26.

Apostolus cum coram Agrippa Rege & Praeside fessio, de Christo eiusq; oraculis ac lege loqueretur, tanta eloquentia & verborum efficacia vsus est, vt commotus rex & tactus intrinsecus dicerit: *In modico fieri me suado: Christianum.* cui subintulit Paulus, *Opro apud Deum. Et in modico & in magno: non tantum te, sed etiam omnes qui a diuinitate hodie, fieri tales, quales & ego sum, exceptis vinculis huius.* Id est, Vellem omnes Christianam religionem amplecti, & in eo me imitari; non autem vsq; ad vincula & compedes quibus consti-

ctus sum. Perinde ac si dixisset, Scio paucos admodum esse, qui Christum ad vincula & carceres vsq; sequi, & coram praesidibus & iudicibus, ob Christum sisti velint. Nam quamuis paradisi gaudia & coelestes deliciae omnibus paratae sint, crux tamen & calamitates, tormenta quoque non nisi discipulos eius manent; qui hic in mari, in tempestate constituti trepidant, quorum aliqui in amara passionis procella Dei filium vendunt, quidam vero eum deierando pernegant, ceteri fuga distrahuntur, quid igitur tenelli & molles mundi amatores agerent? *Et secuti sunt eum discipuli eius.*

Matth. 8. Amor sui homini proprius.

Solos hic discipulos Christum secutos tradit Euangelista, quod ipse magistrum tam in vijs asperis ac scruposis quam laetis & planis, tam terra quam mari, sequeretur. Sunt enim nonnulli, qui Dominum non nisi in campistris, vijs latis, terraq; sequuntur, & ab eodem vocati, non nisi in ijs quae ad gustum sunt voluntati illius obsequuntur, atq; hoc ex inordinato erga seipsos affectu, nimioq; amore proprio, ortu habet, qua nulla deterior aut exitiosior a peccato pestis in nos deuoluta remansit. Adeo vt vnusquisq; in omnibus erga quae afficitur, aut quae aggreditur, in ipsum primo oculos conijciat, vilitatiq; & emolumento priuato praeceteris studeat, inque ipsum ante omnia collimet.

Gen. 27.

Isaac geminorum pater, quamuis alias vir vitae sanctissimae, Iacob iusto posthabito, erga Esau agrestem & profanum potissimum afflictebatur, quod de huius venationibus interdum vesceretur. Non proprie diligebat Esau, sed seipsum; quod venator hic ferina sapius paternam mensam instrueret, epulisque delicatioribus patris palatum subinde reficeret. Ad eundem modum & homo sui ipsius erga commodum & lucro studens, Deum propter ea diligit, quod plura ab eodem beneficia recipiat, non ergo quod amari dignus sit, & coli ab omnibus debeat. Horum de numero erat

Deum homo proprio modo diligere. Psal. 118.

& Psahnographus, dum de seipso canit, *Inclinasti cornu meum ad faciendam iustificationem tuam, propter tribulationem.* Id est, affectus quidem meus Domine in mundanarum rerum amorem propendebat; sed ab ijs retraxit, & mandatorum tuorum viam, quod larga mihi donaturum te beneficia promittebat, ingressus

lura.

sum. Jacob quoque in mercedem & praemium oculos coniciens, votum vouet Domino, Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me, ut in super quam ambulabo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuerit prospere in domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum. Videre obsecro, et proprii emolumenti respectu, priuati commodi intuitu, Dei seuerum consecratur.

Et proprius hic atque inordinatus affectus in causa est, ut nullus laborem aliquem aut tribulationem, etiam minimum, in Dei seruitio occurrentem, vitio subire velit, sed ea remis velisque fugiat. Quod tedium & naufragandam pigritiam in Proverbiis exaggerans Salomon, ait, Dicit piger, Leo est foris in medio platearum occidendus sum. perinde ac si dixerit, Credit piger ea, quae factu facilia & periculis constituta sunt, magnam difficultatem includere, ac detrimentum sibi aliquod allatura: dicit quippe vnus ieiunium, leonem existimat, a quo se enecandum opinatur, horam oratione tradendam, feram credit: quae iugulo suo insiliat, & incautum praefocet.

O inanes ac pueriles affectus! o amicitiam fallacem & inimicam! an ignoras, o homo, perfidi & sceleratissimi esse, amicum in necessitate & periculis constitutum deserere, opemque & subsidium efflagitanti denegare, de quo spiritus sanctus apud Salomonem locutus, Est amicus secundum tempus, non permanebit tempore tribulationis. At, omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur. Adeo, ut quicumque perfectio Deum amore diligere se dicit, tam in aduersis & tristibus, quam laetis, & prosperis; tam in maris procellis & tempestatibus quam terrae amoenis, & suauiteridentium horum delictis cum amare & sequi debeat. Ast hodie, pro dolor! in tranquillitate quidem plurimi, paucissimi vero in tempestate & aduersitate procellis Christum sequuntur.

Hebraei cum Aegyptios venditarum vortibus absorptos, marique rubro immerfos cernerent, se vero diuitiis, spoliis & thesauris Aegypti, Angelo ductore, locupleatos, & sospites per aquora traductos, laetum Do-

mino praena deprecabant, *Cantemus Domino, Exod. 15. gloria enim magnificatus est. At, non multo post cum rerum penuria laborarent, & rebus ad vitam necessariis indigerent, omnes aduersus Moysen & Aaronem in deserto murmurarunt, & querelarum plaustra in eosdem desperabundi exonerarunt. Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti quando sedebamus super ollas carnium.* Seruiebant nimirum Deo, quamdiu ad votum fluerebant omnia; at ubi aduersa ingruerent, a Deo recedebat. Quotnam hodie, Deus bone, Israelitis his partes reperiemus, qui non nisi in terra Deum sequuntur, eumque quam de voluptatibus delictisque carnalibus aliquid remittere malunt.

Genezaenis etiam similes esse dicere quid verat? namque audito Christum damnosibus porcos inuadendi eosque in aquarum fluentia praecipites agendi potestatem dedisse, enixe ab eo petierunt, obuiam procedentes, sinibus ut eorum egrederetur. His sunt Genezae longe deteriores sunt Christiani, qui Dei sui iacturam facere, eumque amittere malunt, quam corpora in seruitutem redigere, spirituique subicere, sensuumque inordinatos appetitus refrenare: Adeo, ut nemo Christum, si vel minimum quid aduersitatis ferendum occurrit, aut aliqua rerum iactura facienda sit, sequi velit; at si qua lucri spes voluprasque exterior affulget; nemo non eum sequitur.

Historia Job refert, filios Dei quadam die in conspectum Dei venisse, & inter illos & Satanam adfuisse, cui Dominus ait, Nunquid considerasti seruum meum Job, quod non sit ei similis in terra homo simplex & rectus ac timens Deum & recedens a malo? Satan respondens mox dixit: Nunquid Job frustra timet Deum? Nonne tu vallasti domum eius, uniuersamque substantiam per circuitum: operibus manu eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? Sed extendende paululum manu tuam, & tan euncta quae possidet, nisi in facie benedixeris tibi. Nouerat scilicet Satan, homines Deo tunc potissimum seruire, eique se subicere, dum rebus eorum benedicit, eum omnia ad votum fluunt, cum fortunatum nauem prospero & laeto ventu propellit, in o periclitam solidam & non

Qui Deum non nisi in prosperitate sequuntur similes

Matth. 5.

Credens diabolus Job Deo seruire rerum temporalium quas ab eo recipiebat gratia.

subsidentem eos dirigit: at ubi mare tribulationum, aduersitatum, tempestatumq; condescendum, ubi contraria aura superuenit, quamprimum eum deserere, & aliud iter ingredi. Sed iam satis superque de priori concionis membro; tempestates iam & ventorum procella aures meas feriunt, meq; ad se vocat. Deerat nimirum navigationi huic altera quam auspicamur, pars.

V. *Et ecce motus magnus factus est in mari.*

Matth. 8.  
Tempestas  
hæc super-  
naturalis  
fuit.

Luc. 8.

Psal. 134.

Psal. 148.

Exod. 14.

Exod. 10.

Quamuis natura tempestatem hæc ciere potuerit, credibile est tamen supernaturalem eam potius, atque Deo permitente factam fuisse. Quod innuere videtur Lucas dicens, *Et descendit procella venti in stagnum*: cum tamen vndarum tumor & fluctus à ventis sub aquis latentibus seseque exere volentibus gigni soleant, qui cum efferre se & erumpere gestunt, fluctus voluunt & mare à sedibus imis excitant Philosophatus hunc in modum est Propheta David: *Educis nubes ab extremo terra, qui producis ventos de thesauris suis*. Hi porro venti hac ratione procreati, ad Dei nutum diriguntur, illiusq; imperio parent, de quo Pfaltes, *Spiritus procellarum, qui faciunt verbum eius*. Illius scilicet voluntate & nutu venti mare rubrum in duas partes dissecuere, fluctusque in altum velut mole concretos sua suspenderunt: ipso volente venti dispulere ex Aegypto ciaphes & locustas: ipse imperio iudem coturnices & aues à transmarinis locis in castra Israelitarum pepulere; hodie quoq; Aëolo suo & creatori obsecundantes tempestatem causantur.

Tempestas  
hæc ingens  
fuit.

Hæc porro tempestas, quantum augurari è circumstantiis possumus, vehemens admodum & periculosa fuit: eamque varias ob causas oriri Dominus permisit. Primo, vt ita Apostoli Christum in carina dormitantem excitare compellerentur; quod haud dubie, si exiguum periculum fuisset, non fecissent. Pleriq; enim eorum nauigio assueti erant & naucleri, sæpiusque dum in mari piscarètur, tempestatè & irarum mare experti fuerant Deinde, vt hinc euidentius miraculi ipsius magnitudo appareret, dum Christus ventos & turbines cõpescuit, serenitatemq; superinduxit. Tertio, vt quidè Origenes ait, ingens fuit, vt ingens etiam opus appareret,

quale nullus vnquam prophetarum edidisset. Quarto, vt tanto maius Apostolorum gaudium foret, cum tanto se creptos discrimine cerneit: quo enim fluctus magis magisq; intumescabant, quo & metu & formidine maiori examinabatur, atq; vt timor periculi ingens fuit, ita quoq; liberationis gaudium magnum fuerit oportet. Ideoq; *motus magnus factus est in mari*.

Matth. 8.

Porro, nullum hic mare aliud intelligendum, quam stagnum Genesareth; ita namq; ipsum Lucas c. 8. appellat: maris autem nomine Matthæus vocandum ipsum censuit, quod late pateret, & multa passuum millia cõplecteretur. Nemo autè, dum tam horrenda tempestate nauè hanc cum maximo naufragij periculo audit iactari, tantam ventorum vndarumque audaciam fuisse sibi persuadeat, vt nauim qua Dominus, ventorum fluctuumq; moderator, veheretur, cõcurrens præsumperint; nisi diuina huc volutate cõcurrente, tantamq; maris rabiem permittere: vt ita potentiam suam, quemadmodum olim tempore Jonæ Prophetæ, declararet.

Porro mare  
hoc Gene-  
zareth sta-  
gnum in-  
telligenda-  
dum.

Notandum hic etiam, semper insolitum quid & rarum accidere, ubi Deus adest: nam quamprimum vt Ierosolymam intrauit, *com-mota est vniuersa ciuitas*. Arca Domini cum in castra Hebræorum descendisset, Philisthæi ob insolitum hostium gaudium obstupescerunt, dixere, *Qua exultatio est hæc? qualis nõ fuit heri? & nudius tertius?* quo insinuat, Deum pernicaces & obstinatos animos, quos lemel subierit, conuertere, & cera molliotes red- dere.

Vbi Deus  
adest, sem-  
per rarum  
quid acci-  
dit.

Matth. 21.

1. Reg. 4.

1. Reg. 5.

Colos. 3.

Cum eandem Arcam in fanum Dagon intulissent, miser Dagon quamprimum comminutus ad terram concidit. Docemur hic, Deo animam subeunte, idola eius cõscium concidere & perire: ruere inquam idolum a-tuaritæ, quam hoc nomine Apostolus nuncupauit, idolū quoq; gulæ, luxuriæq; omnia deniq; animæ nostræ idola trunca & mutila ad terram delabi. Deus siquidem animarum nostrarum territorium ingressus, easdè mirabili quadam ratione conuertit, mutat, inq; novos nos homines transformat.

Spiritus Domini cum in Saulem descen-  
disset, in alium profus virum eundè muta-  
uit,

1. Reg. 10.

Deus animam intrans, eandem immutat.

uit, adeo, ut qui agrestis & minax fuisset, iam mansuetissimus & benignissimus mortaliū videretur. Quod olim Regi huic, quotidie iis accidere conuevit, quos Deus visitare & inhabitare quodammodo dignatur: omnia nimirum mutata, quadrata rotūdis, ita summis naturam veterem trāformat in nouam, longeq; meliorem, petram conuertit in torrentem, vitia in virtutes, tenebras in lumen iucundissimum, procellas in serenitatē, turbas in quietem & pacem, inscitiam in scientiam, mortem denique in vitam. Docuit hoc me Psalmographus dicens, *A facie Domini mota est terra, a facie Dei Iacob: qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Hæc autem mutatio rarum quid est & insolens a dextera Ecclesiæ profectum, & virtutum Altissimi patefaciens, eius inquam qui ventos hodie & fluctus compefcit, iisq; arma extorquet.

Matth. 8. Judas huius motus causa.

*Motus magnus factus est in mari.* Credit Ambrosius, Beda, Thomas, & Glossa ordinaria ob scelestum & proditione infamem Judam Iscariotem hanc tempestatem excitatam, ex quo colligere poterimus, quot mala & calamitates illi domui impendant, in qua sceleratus & impius commoratur. Si ob vnus Jonæ inobediētiam qua nūis metu inuectam, mare concitatum nauem qua alij plurimi vehabantur in extremam naufragij discrimen coniecit; si ob vnus Achā furum Israel ad internecionem propemodum deletus est; si ob trium virorum illorum ambitiosorum Core, Dathan & Abiron superbiam, omnes eorum domestici & cōmilitones viui ad inferos, per dehiscētem terræ voraginem descendērūt; magnum profectō afferre exitiū perniciōsq; vnus prauis sceleratq; cōmercium credendum est. Semper namq; vbi impiorum congregatio est, tempestates excitantur, pericula frequentia sunt, & discrimina obuia. Date igitur operā, ne quem impium aut vitium infamem in familiam vestram ad optetis, nisi extremam capiti vestro ruinam accessere velitis.

Psalm. 100.

Hanc poro in familia instituēda regniq; ministris seligendis cautionem adhibuit rex Dauid: *Oculi mei ad fideles terræ, ut videant mecum, ambulans in via immaculata hinc nōbi nō*

*nistrabat: non habitabit in medio domus mea, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.* Id est, nullos vnquam nisi probos in hoc mundo dilexi, & si quem in regno meo iustum Deiq; timentem reperire erat, hunc in familiam meam adoptaui, quin & ita improbos, vitiaq; contram nata, superbos, turgidos, vitiosq; edditos abominor & detestor, vt nullus vnquam impios domum meam sit ingressus. Et merito; cum peccatores tempestatum & malorum familiaris in quibus habitāt superuententium causa sint.

*Motus magnus factus est.* Ipsi forsitan Christus motus huius causatus; antequam enim nauim conscenderet, mare pacatum & quietum erat; insolere vere & temere cōpit, dum in altum prouectus esset. Docemur hic, eos qui sine Deo viuunt, eiusq; societate nō gaudent, euentura quadam & ficta paces, bellisque deteriore gaudere. Testatur hoc ipsum Christus in Euangēio dicens: *Cum fortis armatus custodit arrium suum, in pace sunt omnia qua possidet.* Tunc scilicet Dæmon gaudens ait, quod Holofernes olim de se iactabat, *Ego numquam nocui viro, qui voluit seruire regi Nabuchodonosor.* Sed dici non potest, quā pax hæc noxia sit & periculosa, quā tristes sub visu hoc lacrymæ delitescant: de hac siquidem Esaias locutus viderur, *Ecce in pace hæc amaritudo mea amarissima.* Idcirco quamprimum animarum nostrarum Deus eymbam ingreditur, tempestates & turbines expectemus necesse est. Huc alludēs Christus, dicebat se bellum & nō pacem mundo attulisse: *Non venit pacem mittere, sed gladium.* Cum enim quis firmiter secum statuit peccatis egredi, & virtutum semitam ingredi; tūc bella interna desatiunt, tribulationes & tentationes ingruunt, tempestatesq; validæ concitantur.

Appositam huic proposito similitudinem Diabolus attulit Chrysostom. Fur, inquit, domui non nullos tenet insidiat, quam sceno, scutis, rebusq; aliis tatar, nisi qui nullius momenti scit plenam esse, sed palatibus, ædibusque amplioribus, quibus lautam supellectilem & magnam opum vim nouit inclusam. Dæmon, latro ille sacrilegiis & rapina iniamis, nullos etiam infestabit aut tentabit.

Davidis in seruatorum delectu cautela.

Matth. 8.

Ind. 11.

Esai. 38.

Matth. 10.

tabit, nisi quos meritis, virtutibus gratiarum donis & charismatibus, eique perfectione prouectos nouerit; inopes vero & in via perfectionis non usque adeo progressos delerit aut contemnit. Quod & Gregorius calculo suo conformat, *Demon eos tentare negligit quos quietis iure se possidere sentit*, virtutibus inopes, & vitis opulentos. Exemplum euides, quod modo præ oculis habemus, rem testatam faciet, in quo mare nauē Apostolorum exagitat, quod Christus eam ingressus sit.

VI.  
Matth. 8.  
Nihil in mundo stabile.

Hebr. 28.

Qui Christum sequitur, tempestates experiantur.

*Motus magnus factus est in mari.* Cum cymbam qua Christus mundi Redemptor vehitur, tempestatibus quassari video, & Apostolos pelago iactari ipse mihi persuadeo, nihil in hoc mundo stabile aut solidum reperiri. Notauit hoc Glossa. Et sane quantumuis Christum socium haberemus, quantumuis ille nobis semper adesset, semper tamen metuere oportet, imo nusquam non timere. *Beatus enim, inquit Sapiens, qui semper est pauidus.* quin & Bernardus exclamat, *Nusquam est securitas, nec in paradiso; multo minus in terra.* Angeli quippe cælo excidere, primi mortalium factores paradiso cieciti sunt, & Judas sancto Apostolorum contubernio, indignum se reddens expulsus: hodie ecce nauim, qua Apostoli nauigant, tempestas exagitat, adeo, ut omnes præ metu exalbescant.

Antequam Christus nauim ingrederetur, mare stratum videbatur, vnde quiescebant, fluctus peccati subsidebant, nec venti prælia inter se miscebant: at mox ut Christus mare conscendit, ecce tibi subito tempestates insurgere, mare inrumescere, vnde sursum librari, venti desæuire, decumani fluctus volui, aer turbari, piceoque regi cælum velamine, tonitrua exaudiri, fulgura coruscare; omniaq; sursum deorsum moueri, & discrimē certissimum minari ac naufragium; malus ecce comminuitur, vela lacerantur, funes & ruderes ut festuca distinguntur, nauis quoque iam iam aquis absorbenda & fluctibus videtur haurienda, adeo, ut cælum, terra, atq; omnia elementa in Christum eiusq; discipulos conspirasse visa sint. Cur autē qui Christum sequuntur, tempestatibus exagitantur, inque periculo versentur, variè dari rationes

possunt. primo quod quicumq; Christum in aqua & alto religionis mari sequi desiderant, tacite carpent & coaguant eos, qui in terra desides & meticulosi permanent. Hinc de Christo dixere impij, *Contrarius est operibus nostris*, qui nimirum paupertate sua diuitias nostras, humilitate superbiam, sobrietate ingluuiem castigat ac reprehendit. scilicet, omnes sancta vitæ illius nauigatio exagitat, quia tacite omnium mores corripiebat.

Atque ut simia, superbia & malitiæ symbolum speculum horret, & vbiusque potius odit, tuerit, irangit, ne in eodem corpore sui turpitudinem videat, & ut camelus, monstrum illud doriferorum animalium, aqua limpida semper turbat, ne gibbum, quem se gestare tergo nouit, videre cogatur: ita mundus, ne vita sua videat, proborum vitam semper capit & aduersus eosdem bellum mouet, exemplum queritis? Quamprimū ecce, ut Ioannes Zachariæ, anachoretatum caput & Primas, He. odis aulam ingressus est, omnia cōcitantur, tantaque aduersus eum tempestas insurgit, ut ceruicem simul & vitam amittat: austeritate namque sua regias delicias suaque continentia adulterium & incestum regis castigabat.

Altera tempestatis huius ratio est, ut hinc Iusti semper manifestum foret, iustos & probos, quādiu per tempe mundi huius mare nauigant, tempestatibus starent patet & procellis concuti: mundus enim fideles mundi huius instar habet. Quod ne insolitū aut nouum Apostolis videretur, Christus eos præmonendos censuit, dicens: *Si essetis de mundo, mundus diligit vos mundus; quia vero de mundo non estis, mundus odit vos mundus.* Cuius ciuem, ut ciuē tractat, probos ut sed alienigenā & externum, non nisi ut ignoscat, iustos persequitur, piis bellum mouet, sanctā instituere vitam volentes grauissima tyrannide premit; & quoties aliquis nostrū aliam vitæ rationē inire conatur, tempestates excitat: contra vero si per omnia vitiorū genera euagetur, ad omnia scelerata habenas laxet, viāq; latā ingrediatur; pace perpetua gaudebit, deq; nullo hoste sollicitus, quietem ager.

Quamdiu enim maleficus carceribus cōclusus tenetur, nemo ei grauis est, aut nego-

tium facessit: si clam fugam instituere, aut  
 carcerem repagula violenter velit effringere,  
 omnes in eum manus iniiciet, quotquot ob-  
 vios habuerit, tot hostes experietur. Quod  
 egregia etiā figura est libris Regum deprom-  
 pra manifestum reddam. David priusquam  
 molem illam carneam, colosseum illum gi-  
 gantem funda ad terram deiecisset, & ense ei  
 proprio ceruicem præcidisset, omnib. gra-  
 tus acceptusque erat, omnes illius societatem  
 ambiebāt, ipse quā etiam rex Saul eo ut cy-  
 tharædo utebatur, eumque in delicijs habe-  
 bat: at heroico hoc facinore edito, gigante  
 prostrato, & Israel in libertatem asserto, o-  
 mnes in eum collatis votis conspirabant, ne-  
 cemque ipsi machinabantur. Quid hoc aliud  
 nihilquam Christianos, mundo bellum in-  
 ferre & pessum dare eundem volentes, tem-  
 pestatibus obnoxios reddi, & animarum eor-  
 um cymbam, ut hodie Apostolorum, itatū  
 oblocutorum & dæmonum mare experiri.  
*Matth. 3. Motus magnus factus est.*

Christia-  
 nus mun-  
 dum oppu-  
 gnaturus  
 tempestatē  
 sentiet.  
*Matth. 3.*  
 Dæmon pi-  
 ratae pesti-  
 milis.

Pirata eas porissimum inuadere naues so-  
 lent, quas auro, gemmis, rebusque pretiosis  
 onustas norunt: non secus etiam infernalis  
 ille prædo Satan, viso hodie nauem illam o-  
 pulentam & diuitem, in qua omnes thesauri  
 sapientiæ & scientiæ Dei reconditi erant,  
 Christus inquam & discipuli, mare conscen-  
 disse: omni ope eandem inuadere, depræda-  
 ri & exspoliare nititur, ventos armat, tempe-  
 states ciet, fluctus coaceruat, & vniuersum  
 mare turbat & concitat. Hoc igitur modo  
 Satan pirata, ille barbarus, & cerdo ille immi-  
 tis cum animab. agere consuevit. Cum ma-  
 gnus ille doctor Paulus, velut vas & nauis e-  
 lectiois, gratijs & donis spiritualibus onu-  
 sta, in mundi huius mari nauigatura, tertio  
 celo delapsus esset, ecce subito spiritum il-  
 lum improbratis, angelū Satanæ, tanto im-  
 petu in eum insilientē, ut necessitate urgente  
 genua in terrā sæpenumero prostertere co-  
 actus sit, diuinum auxilium implorās, quo ab  
 hoc tyrāno liberaretur; *Da us est mihi*, inquit,  
*stimulus carnis meæ angelus Satana qui me cola-*  
*phizat, propter quod ter Dominum rogavi, ut di-*  
*scederet à me. Equanā bella, ecquā tem-*  
*pestas! inde discimus eos quos meditatio*  
*incedum in akum tollit; quique vitam hoc*

1. Cor. 13.

in mundo viuunt angelorum, importunis  
 nihilominus mundi insultibus obnoxius esse,  
 & Satanæ ac principum tenebrarum mo-  
 tibus subiectos, imo nunquam sine tempe-  
 statibus viuere.

Hos insultus dum Christus metueret, sui-  
 que in libertatem vindicandi ergo in desertum  
 secessisset, atque instar mercatoris pre-  
 tiosis cimelijs onusti latebras quæreret; tar-  
 tareus ille prædo hæc subodoratus, tempe-  
 states ciet, tentationes in aciem producit,  
 mundum quin etiam vniuersum ad eum cir-  
 cumueniendum offert, *Hæc omnia sibi dabo.*  
*Matth. 4.*  
 Ita quotquot Deo seruire decreuerit, eumque  
 sequi, tempestates experiantur necesse est,  
 quod perspectum habens Propheta regius  
 dicebat, *Custodi animam, quoniam sanctus sum.*  
*Psal. 85.*  
 non hic de sanctitate parata, non de proprijs  
 meritis loquitur, sed diuino se seruitio man-  
 eipatum confitetur; quasi dixisset: Toto vitæ  
 tempore me clientem tuum confiteor, &  
 nunquam à seruitio tuo declinabo, atque ideo  
 maiori auxilio indigeo.

117  
 8. 1. 1. 1.  
 2. 1. 1. 1.  
 3. 1. 1. 1.  
 4. 1. 1. 1.  
 5. 1. 1. 1.  
 6. 1. 1. 1.  
 7. 1. 1. 1.  
 8. 1. 1. 1.  
 9. 1. 1. 1.  
 10. 1. 1. 1.  
 11. 1. 1. 1.  
 12. 1. 1. 1.  
 13. 1. 1. 1.  
 14. 1. 1. 1.  
 15. 1. 1. 1.  
 16. 1. 1. 1.  
 17. 1. 1. 1.  
 18. 1. 1. 1.  
 19. 1. 1. 1.  
 20. 1. 1. 1.  
 21. 1. 1. 1.  
 22. 1. 1. 1.  
 23. 1. 1. 1.  
 24. 1. 1. 1.  
 25. 1. 1. 1.  
 26. 1. 1. 1.  
 27. 1. 1. 1.  
 28. 1. 1. 1.  
 29. 1. 1. 1.  
 30. 1. 1. 1.  
 31. 1. 1. 1.  
 32. 1. 1. 1.  
 33. 1. 1. 1.  
 34. 1. 1. 1.  
 35. 1. 1. 1.  
 36. 1. 1. 1.  
 37. 1. 1. 1.  
 38. 1. 1. 1.  
 39. 1. 1. 1.  
 40. 1. 1. 1.  
 41. 1. 1. 1.  
 42. 1. 1. 1.  
 43. 1. 1. 1.  
 44. 1. 1. 1.  
 45. 1. 1. 1.  
 46. 1. 1. 1.  
 47. 1. 1. 1.  
 48. 1. 1. 1.  
 49. 1. 1. 1.  
 50. 1. 1. 1.  
 51. 1. 1. 1.  
 52. 1. 1. 1.  
 53. 1. 1. 1.  
 54. 1. 1. 1.  
 55. 1. 1. 1.  
 56. 1. 1. 1.  
 57. 1. 1. 1.  
 58. 1. 1. 1.  
 59. 1. 1. 1.  
 60. 1. 1. 1.  
 61. 1. 1. 1.  
 62. 1. 1. 1.  
 63. 1. 1. 1.  
 64. 1. 1. 1.  
 65. 1. 1. 1.  
 66. 1. 1. 1.  
 67. 1. 1. 1.  
 68. 1. 1. 1.  
 69. 1. 1. 1.  
 70. 1. 1. 1.  
 71. 1. 1. 1.  
 72. 1. 1. 1.  
 73. 1. 1. 1.  
 74. 1. 1. 1.  
 75. 1. 1. 1.  
 76. 1. 1. 1.  
 77. 1. 1. 1.  
 78. 1. 1. 1.  
 79. 1. 1. 1.  
 80. 1. 1. 1.  
 81. 1. 1. 1.  
 82. 1. 1. 1.  
 83. 1. 1. 1.  
 84. 1. 1. 1.  
 85. 1. 1. 1.  
 86. 1. 1. 1.  
 87. 1. 1. 1.  
 88. 1. 1. 1.  
 89. 1. 1. 1.  
 90. 1. 1. 1.  
 91. 1. 1. 1.  
 92. 1. 1. 1.  
 93. 1. 1. 1.  
 94. 1. 1. 1.  
 95. 1. 1. 1.  
 96. 1. 1. 1.  
 97. 1. 1. 1.  
 98. 1. 1. 1.  
 99. 1. 1. 1.  
 100. 1. 1. 1.

Refert in hanc rem visum quoddam Cas-  
 sianus, quod Religioso cuidam apparuisse  
 scribit. Hic cum orationi in spelunca, quam  
 sibi in habitationem delegerat, inrensus in  
 genua pro cumberet, integrā dæmonū pro-  
 gredientium legionem vidit, quam princeps  
 Lucifer ceteris elatior & deformior duceret.  
 Cum omnes ordine tandem processissent,  
 princeps throno insidens, ab omnibus ratio-  
 nem diei transactæ exegit; qui negligentio-  
 res in hominibus peruertendis fuisse compe-  
 ribantur, acriter corripiebantur, imo & fla-  
 gris subijciebantur; contra vero qui diligen-  
 tius peruersioni huic inuigilauerāt encomijs  
 digni censebantur. Inter ceteros quidem  
 sceleratus dæmunculus, viginti quinque  
 ipsos annos in religioso quodam tentando se  
 infumisse referebat, & hæcenus operam &  
 oleum perdidisse; sed hodie tandem aliquan-  
 do triumphum & victoriam reportasse, ad  
 sacrilegam eum virgine sacra concubitum  
 non modo cum pelliciendo, sed ad nuptias  
 cum eadem contrahendas etiam estimu-  
 lando. Hic omnes susurrare, & magnis sce-  
 rarum hunc laudibus efferre, imo tanquam  
 re bene gesta congratulari. Hinc igitur ma-  
 nife-

Religiosi  
 cuiusdam  
 visio.

117

117

nise



nifestum est, iustos & probatae vitae viros tempestatibus subditos esse, & a daemonibus oppugnari, solumque Christum eosdem posse compescere, qui *Surgens imperavit mari & Sentiis.*

VII. *Matth. 8.*  
Praesulibus Ecclesiae dormitantibus tempestates ex-  
cantur. *Cant. 7.*

Ausimne dicere hanc diuino nutu tempe-  
statem accidisse, ut nimirum Christo dormi-  
tante surrexerit eo; experrecto resederit; &  
demonstrare voluisse, Episcopis & Ecclesiae  
Pastoribus negligentiae lethargo oppressis,  
tempestates saepenumero in Ecclesia & per-  
secutionum procellas oriri; & easdem, cum  
strato surgunt, & vigilias super gregem a-  
gunt, sopiri & detumescere? Huc scriptor  
quidam verba illa Cantorum traxit; *Mane  
surgamus ad vineas, videamus si vinea nostra  
floruit.* & sane quicumque vineae praepositus  
est, quodammodo insomnes noctes ducat,  
summo manestrato membra corripit, praesentiaque eam saepius visitet ac recreet ne-  
cesse est.

Praelatus in loco cui praestitit res-  
dens, lunae assimilatur.

Quamuis luna noctis praefes omnium pla-  
netarum minima sit, maiores tamen ceteris in-  
res terrenas inflexus includit: cuius rei haec  
esse potest ratio, quod terrae proxima sit & a  
rebus inferioribus non admodum remota.  
Ut proposito hoc adaptem, dico Episcopum &  
Praesulem, quamuis fortasse minus doctum,  
in dioecesi tamen versantem sua eamque sae-  
pius circumambulando visitantem, quibus  
suis vtiliorem esse quam subtiles doctores in  
aulis versantes, procul ab omnibus & dioecesi  
constitutos.

*Act. 5.*

In Apostolorum Actis legitur, Petro per  
regionem obambulante, mortuos umbra illius  
innumbratos ad vitam rediisse. Crediderim  
hoc factum, ut hinc manifestum foret, quan-  
tum etiam sola pastoris umbra Ecclesiae, vel  
dioecesi emolumentum adferat, quamque vtili-  
tis sit omnibus pastoris praesentia praesertim  
morbidis, aut intrinsicis Deo mortuis, Epi-  
scoporum absentiam aliquoties deplorans.  
Bernardus pastorumque & custodum osci-  
tantiam & somnolentiam reprehendens: Si  
cui, inquit phiala pretioso Iesu Christi san-  
guine plena in custodiam mandaretur, quan-  
ta eam cura, quantaque diligentia custodi-  
ret! Dum vero vel vnica anima sanguini huic  
quipollet, nam pro eadem effusus est; cur

Pastoris praesentia gregi pro-  
dest.

cui eadem commissa est, eiusque pretium &  
valorem perspectum habere, non eadem et-  
iam diligentia sedulitateque ipsam seruet?  
Ipsa igitur pastorum absentia omnibus tempe-  
statem procreat, praesentia vero serenitatem  
tranquillitatemque superinducit. *Surgens im-  
peravit Sentiis & mari.*

*Matth. 8.*

Praesagus futurorum David hoc olim mi-  
raculum a longe prauidit, dum diuinorum en-  
comiorum catalogum texens inter caetera  
cecinit: *Tu dominaris praesentati maris, motum  
autem fluctuum eius tu mitigas,* vel, ut hunc lo-  
cum interpretatus est Hieronymus, allegori-  
cum sensum secutus, Tu dominaris mundi  
potestati, Domine, & tempestates in electos  
tuos excitas tu mitigas. Idem propemo-  
dum & alio loco, *In aquis multis ipsi viderunt  
opera Domini, & mirabilia eius in suo fundo.* &  
Psalmo septuagesimo sexto, *Viderunt te aquae  
Deus & turbatae sunt abyssi, & sonitum verbo-  
rum tuorum & imperium.*

*Psal. 39.*

*Psal. 107.*

*Psal. 76.*

His addo, quoniam in Sacris litteris fluctus  
sedati & excitati, mare tranquillatum & tur-  
batum, vnde subsidentes & tumescentes le-  
guntur; semper virtutem quandam coele-  
stem & a diuina profectam dextra designari.  
Vnde apud Isaiam, *Ego Dominus Deus tuus  
qui conturbo mare.* David quoque vates, Dei  
mirabilia exaggerans, mare conturbatum; &  
elevatorum fluctus imprimis stupet, *Qui con-  
turbas profundum maris.* Discamus hinc, quod  
sanguineis deplorandum est lacrymis, crea-  
turas omnes, licet sensus & mentis & ratio-  
nis expertes, ipsum quin etiam mare, Deo  
quam promptissime in omnibus obsequi, &  
solum hominem, ratione praeditum & caelo  
originem ducentem, eidem resistere, eiusque  
praecipis aduersari. Quod apud Ieremiam  
olim deplorauit, Iudaeos ingratitude coar-  
guens, *Audi popule stulte qui non habes cor, Ierem. 5.  
qui habentes oculos non videtis: aures, & non au-  
ditis, me ergo non timabitis, ait Dominus, & a  
facie mea non dolebitis, qui posui arenam termi-  
num mari, praecipuum sempiternum quod non pra-  
teribit, & commouebuntur & non poterunt, &  
intumescent fluctus eius, & non transliant illud:  
populo autem huic factum est cor incredulum exa-  
spersum. Id est, nihil est ingrata creatura, quod  
rebellionem, pernicitiam, duritiamque tuam  
restitat.*

*Pacare fluctus & cetera*

*folius Dei*

*est.*

*Esa. 51.*

*Psal. 64.*

*Ierem. 5.*

*Psal. 107.*

*restitat*

refractoriam magis cōdemnet, quam prom-  
pta illa insensibilium rerum obedientia, pre-  
sertim cum furentes illi maris fluctus, tu-  
mentes undæ, & insolens oceanus intra are-  
næ terminos inclusus ulterius progredi non  
audeat, nec transgredi præfixos ab æterno  
numine limites præsumat; & tu sola mente  
& ratione prædita, libero arbitrio dorata, o-  
bedientiæ limites transgredieris, & inordina-  
tos affectuum impetus lequeris, quoque illi  
impellunt moueris. O ingratitude! sin-  
gularem! mare Creatoris obsequitur, & solus,  
pro dolor! homo illius imperium negligit,  
& refractorius inuenitur, *Surgens imperauit  
mari & ventis.*

Math. 8.

Exod. 14.

4. Reg. 2.

Tob. 3.

Psal. 106.

Psal. 48.

Psal. 118.

*Imperauit ventis vt ostendat, cum non ex-  
tendisse virgam, vt olim Mosem, dum ma-  
re rubrum transiret, fecisse scriptura narrat;  
nec pallio aquas tetigisse, vt in Iordane olim  
Elias præstitit; sed absoluta quadam poten-  
tia & auctoritate, velut seruo Dominus,  
Creaturis creator, mari imperasse. Raguelis  
filia Sara præuiderat hoc ipsum cum diceret,  
Post tempestatem tranquillum facis, & post la-  
crymationem & fletum exultationem infundis,  
& melius Psalmographus, Dixit & stetit spi-  
ritus procellæ. & alio loco, Nix, glacies, spiritus  
procellarum que faciunt verbum eius, & alibi;  
Omnia seruiunt tibi, teque Dominum suum  
agnoscunt.*

Conclusio.

At iam satis superque in mari hoc euagati  
sumus tempestate iactati, ventis huc illucq;  
pulsati, & immensum spatij confecimus æ-  
quor; iam littori cymbam applicemus, por-  
tumq; ingrediamur. Quamobrem, Audito-  
res, miraculum hoc animis vestris insculpi-  
te, cogitate mundum hunc nõ nisi mare esse,  
in quo iusti & probi tempestatibus concuti-  
antur. Memento, vos Christum tam in ter-  
ra, quam in mari sequi, & cum illo procellas  
experiri debere; deinde nihil in hoc mundo  
firmum aut stabile reperiri, cum ipsa qua  
Apostoli vehuntur nauis, ventis huc illuc-  
que pellatur. Perpendite etiam quam noxia  
improborum sit societas, quantamq; perni-  
tiam afferre soleat, cum vnicus Iudas in cau-  
sa sit, cur reliqui Apostoli tempestate agiten-  
tur. Hinc in Deuteronomio veruit Dominus  
ne quis bouem aſino ad aratrum, velut im-

Dent. 20.

Tom. I. Pars Hyemalis.

pari iugo, copularet. Designare mysterium  
voluit, non debere iustos cum sceleratis so-  
cietatem inire. bos enim figura est eius qui  
collum legi diuinæ subijcit, asinus vero eius,  
de quo in Psalmis est mentio, *Homo cum esset  
in honore, non intellexit, comparatus est iumentis  
insipientibus.*

Psal. 48.

Tu autem, summe Deus, qui tuam in mari  
potentiam ventos compescendo, tempesta-  
tem sedando, tranquillitatemque aduoca-  
do ostendisti; cum nauis hæc tempestatibus  
iactata Ecclesiam tuam repræsentet, ratem  
illam, quæ tot iam annis in mundi huius pe-  
lago fluctuauit, tot tempestates perpessa est,  
& hæresium ventis etiamnum concutitur, il-  
lasam conserua, à naufragio immunem præ-  
sta, tempestates seda, ventos fræna, persecu-  
tiones aufer, tumida æquora placa, auramq;  
serenantem aduoca. Deinde cum miser hic  
mundus, oceanus quidam turbulentus &  
tempestatibus obnoxius sit, quas non pati  
cogimur; gratia nobis tua succurre, nauem  
ipse nostram ingredi, adesto, opitulare, à  
tentationibus & insultibus nos defende, vt,  
dum omnia hic tranquilla & quieta fuerint,  
salutis, id est æternæ felicitatis porrum, te  
dirigente, feliciter ingredi valeamus, cuius  
nos compotes reddat qui viuunt & regnat in  
sæculorum sæcula Deus, Amen.

DOMINICA QUINTA  
POST EPIPHAN.

Partes.

1. De patientia Dei peccatores tolerantia.
2. Quis qualisq; seminator, & quod semen.
3. Qua causa Deo peccatores tolerantia.
4. Hæreticos esse eradicandos.
5. De Christianis saluti indormientibus.
6. De ceterisq; Magistratus dormitantia.
7. Quis inimicus sator sit Iohij.

Simile est regnum cælorū homini qui semi-  
nauit bonum semen in agro suo. Mat. 13

FIGURA.

INTER cetera quæ fidelis Æle & amans  
Canticorum sponsus, dilectæ suæ blan-  
diendo

S

diendo

CANT. I.

diendo promittit, mutranulas & in aures se daturum illi pollicitus est, se ad similitudines auri; nam loco verborum vulgatae, *Mutranulas aureas faciemus tibi*, septuaginta transtulerunt, *Similitudines aureas faciemus tibi*. Denotabant hæc iam inde parabolas & similitudines, quas facer ille sponsus Christus, Ecclesie suæ auribus esset inditurus, qui sine parabolis non loquebatur ei: neq; enim par erat, ut profunda illa, sublimia, atq; ab hominum mentibus & oculis femota mysteria, quæ Christi ab ore nectaris instar ut plurimum profuerebant, nuda exponerentur, sed æquifimum, ut similitudini velut auro quodammodo infererentur, itaq; proponerentur. Inter quas principem locum occupare mihi videtur illa, quæ hodierno inclusa Evangelio prælegitur, quam ut ipse debere exponere, & vos fructum ex expositione haurire possitis, communi cœlestem opem suffragio imploremus: in qua sanctissima nobis Dei, a patronæ & mediatrix vice fungatur, quam idcirco angelica salutatione compellabimus.

## AVE MARIA.

Nihil est quod tantopere iusti demirantur & obstupescunt, quam impiorum prosperitatem, diuinamque clementiam, quæ eos tam æquanimiter toleret, eorumque nequitiam ita patienter ferat, quasi eorum scelera vel non videret, vel visa castigare negligeret. Dauid ex cum attentius hoc animo volueret, nec diuinorum iudiciorum abyssum comprehendere, aperte confitetur, non mediocriter angisse & turbari, imo quodammodo indignari, dum sceleratorum pacem quietudinemq; qua in hoc mundo gaudent, cerneret: a Deo ut dubius hæretet & anxius, virtutisne semitam prosequeretur quam ingredi cœperat, an vero latum perdicionis damnationisq; iter insisteret, de diuina propemodum providentia diffidendo. Audiamus quid dicat, *Mei iumentum pene mosi sum: pedes pene effusi sum: gressus mei pacem peccatorum videns. Qui idem & alio loco demiratus ait, Usquequo peccat res Domine, usquequo peccatores gloriabuntur, effabuntur. Et loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur inini-*

Psal. 72.

Psal. 17.

stiam: populum tuum Domine humiliauerunt, & hereditatem tuam vexauerunt. Id est, vnum hoc non possum quin demirer, quod impios æquanimiter sustineas, iisdem parcas, conuenias, indulgeas, longanimis eos ad poenitentiam expectes, eorumq; peccata infernalibus supplicijs non expies.

Magnus ille Prophetes Abacuc, is inquam quem Angelus è Iudæa comis apprehensum in Babylonem sublimem per aera transuexit, eandem quæstionem proponit dicens, *Quare non respicias super iniqua agentes, & tacet leuorante impio iustorem se. Et facis homines quasi pisces maris, quasi reptile non habens Principem?* Id est, paucis ut comprehendam, Cur sustines eos qui sceleratam vitam ducunt, teque peccando ad iracundiam prouocant?

Tam singularis porro hæc Dei erga improbos patientia indulgentiaque est, ut hinc multi occasionem dicendi acceperint, retam harum inferiorum Deum nullam curam habere, deque ijs haudquaquam sollicitum esse? quia ulterius progressi sunt, eo ut certam huius rei rationem Spiritus sanctus in sacros libros referri debuerit: quam chordam in Epistola sua Petrus tangens ait, *Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos nolens a iquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti.* Atque hoc est, quod omnes hæcenus demirati sunt, & modo etiam demirantur.

Citharædus, Stratonicus nomine, Corinthi Verulæ eorum ingressus cum verulam quamdam cuiusdam ariosis in se oculos coniecientem vidisset, cerbuis distomachatus & indignans cur fixis se oculis stum inueneretur, rogauit, quæ nihil morata, mox Stratonibus intulit, *Diuiros, inquit, si mater te nouem cum, ferre mensis potuit, cum ciuitas uno te vix ferre die queat?* Quam scite hoc de improbis dici queat: est enim summa admiratione dignum, qui Deus tanto illos tempore in patientiæ suæ vtero ferre queat, cum mundo graue sit, eisdem vno solum die, imo ad horam in vitæ huius theatro sufficere.

Timon ille bipedum nequissimus, naturæ inimicus hominumque odor accerimus, & proinde à Græcis *μυροδωρον* appellatus,

Matth. 6.

quis, interrogatus olim quid tantopere homines odisset, *Improbos, inquit, odi, quia improbi sunt: probos vero, quia improbos non odere, ac non fouet huiusmodi sub pectore pestem Deus.* videtur quippe scelestos diligere potius & patienter ferre, contra vero detestari eos, qui impiis supplicia irrogata volunt: *Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & viuat.*

Ezech. 33.

Sob. ser. 41.

Psalm. 5.

Solon interrogatus olim, referente Stobæo, qua ratione fieri posset, ut nullū in republ. aliqua scelus committeretur, respondit, *Si eam indignarentur illi quibus non est facta iniuria, quam quibus facta est.* Non ita Deus, nam tametsi iuxta Psalmistam sceleratos omnes odio prosequatur, (*odisti omnes, qui operantur iniquitatem*) in iis castigandis tamen usque adeo præceps non esset, sed admiranda quadam longanimitate eos, donec resipiscant, & poenitentia delicta eluant expectat. Atque hæc Dei nostri bonitas admiratione digna est.

Matth. 10.

Hoc cum olim principi Apostolorū Deus testatum vellet, linteam magnum cælo demisit, hinc a uibus & volatilibus, illic serpentibus, animantibusque venenatis refertum. Denotare linteam iam inde hoc voluit, serpentes & erocodilos, peccatores inquam, vna cum electis & iustis, per diuinam patientiam tolerantiamq; casto Ecclesie sinu contentos, conseruandos, & saluos fore.

Matth. 13.

Ipse quoque Redemptor Christus cum in parabolis populum olim doceret, ait, *Regnum cælorum simile esse sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti.* Ut vulgarem hic sagenæ huius cum Ecclesia, bonos & improbos complectente, comparationem omittam, aio Christum hic ostendere voluisse, ciuinae prouidentie sagenæ iustos simul & peccatores, qui instar piscium in mundi huius pelago natitant, comprehendi.

Gen. 25.

Eodem in vtero nutriebantur gemini, Jacob & Esau, hic reproborum, ille electorum symbolū: qui quamuis inter se non nunquam decertarent & colliderentur calcibus se mutuo impetendo: abortū tamen mater idcirco non est passa, sed luctatores hos patienter, donec pariendi tempus aduenisset, tulit Dei

nostri patientia vere Rebecce vterus dici poterit. in hac enim electi & reprobi comprehenduntur & educantur: qui tametsi sapius inter se digladiantur & cōtendant: nullum tamen inde damnum sequitur, sed Deus bonitate quadam admirabili & misericordia, eosdem, ad mortem vsq; vel sæculorum finem, quando omnia in apertum profertur, tolerat.

Ut igitur de longanimitate hac diuina loquendi finem faciamus, exemplum euidentis hodiernum Euangelium suppeditabit. In eo videbitis patrem familias bonum semen agro suo committentem, & inimicum hominem, deinde zizania superseminantem: videbitis, inquam, agrum bonam sementem & simul zizania profereantem, quas tamen prudens ille pater familias colligi noluit, sed vsq; ad tempus messis crescere, ne forte eradicando zizania eradicaretur simul & triticum. Mysterium describit Matthæus: verba textus hæc sunt, *Simile est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.* Ut egregiam hanc parabolam digne exponam, bifariam eam diuidam: primo bonitatem Dei bonū semen seminantis, zizaniaque eradicari nolentis, ac deinde Satanae zizania superseminantis, malitiam peruersitatemq; aperiam.

Principio igitur, iam ab ipso mundi primordio, Deo seminantis, & agricolæ nomen inditum est: an non enim dextera manu cælorum, sinistra vero terram conseuit, cum illi angelorum semen, huic vero hominum concrederet? Huc quam proxime accedens Jeremias, coloni eum nomine nuncupatum censuit, *Quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator.* quin & ipse Christus agricolæ se filium confiteri non erubuit. *Pater meus agricola est, &c.* & apud Zachariam, *homo agricola ego sum.*

Fuit nimirū diuinus ille & eximius agricola, cui soli datum est, in boue & asino simul terram proscindere: tulerat quippe Deus olim legem, ne quis colonorum boui asinum in arando, velut impari iugo, copularet, *Non arabis in boue simul & asino.* Hoc nimirum magno illi colono reueruatum erat, qui idcirco, quam primum in hunc

Dei patientia vterō Rebecce compaetur.

II. Matth. 13.

Seminato- ris nomen Deo proprium.

Jerem. 14. Zach. 13. Ioan. 15.

mundum natus est; in stabulo Bethlehemitico reclinari voluit, bouem, inter & asinum medius, vt eos tam inde copulans & annexens iugo, arationem suam inciperet. atque hoc est, quod Propheta olim ait: *In medio annorum nezam facies, vel, In medio duorum animalium cogno, ceris, vt Septuaginta.* Id est, Quando medius inter duo hæc animalia videberis, an non hinc manifestum fiet, verum te agricolam esse & colonum?

Prudentis autem & periti agricolæ est, vbi agrum spinis, vepribus, sentibus, faxis, lolio, carduis & rubigine sterilefcentem viderit, prius quam bonam eisementem concredat; eundem incendere, omnemque illam pestem flamma expiatrix auferre. Colono quem format olim hoc consuluit Maro in Georgicis dicens:

*Sape etiam steriles incendere profuit agros.*

Vnigenitus Dei filius cum sub colono & agricolæ specie in mundum venisset, videretque sterilem mundi huius agrum non nisi tribulos, lappas, melathium & infelix loliū cum viticis proferre, radicibusque noxiis scaterere: prius quam bono Euangelij semine eū confereret, flammam ingentem excitauit: ideoque etiam Spiritus S. in forma ignis in die Pentecostes apparuit: indeque factum est, vt mox, luxuriante segete, extrinsea quædam & insolita fertilitas per vniuersum mundum apparuerit, omnemque priorem sterilitatem extirminauerit. Atque huc trahemus, quod Dominus deinde de se in Euangelio testatus est, *Ignem Veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?*

Idem hic agricola, Ecclesiæ deinde aruo bonos & electos, velut semen bonum, credidit, ita namque iusti in Scripturæ volumine sæpius nominantur. *Nisi Dominus nobis reliquisset semen, iustorum & piorum, quasi Sodoma fuisset.* Porro Hesychius Commentario in Leuiticum per semen hoc Apostolos designari existimat, quos post Iudæorum ruinam & destructionem, velut reliquias, superfuisse credit. Cyrillus quoque Alexandrinus & Procopius de iis ipsis locum illum Esaiæ de vocatione gentium ad fidem agentis accipiunt. *Omnes, qui viderint eos agnoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit*

*Dominus.* Hoc modo etiam intellexit Galatis scribens Apostolus, *Si vos estis Iesu Christi, ergo semen Abrahæ estis secundum promissionem hæredes.* Sicut autem electos per bonum semen, ita sceleratos & impios per semen nequam & zizaniam Scriptura designare consuevit. *Va genti peccatrice, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, dereliquerunt Dominum, &c.*

Prudens profecto ac sedulus agricola est, sed in labore eheu infelix: nam postquam semen bonum in agro seminasset, dormientibus alijs, venit inimicus, & superfeminavit zizaniam, nuntiantibus autem id feruis, eaque agro euellere volentibus, ait: *Sinite vtraque crescere & squas ad messam.* Et in tempore messis dicam messoribus, vt zizaniam à tritico discriminent: iam autem eam colligi nolo, ne forte colligentes zizaniam eradicetis simul & triticum Diuinam his bonitatem demeratur Hieronym. inimicos æquanimiter tolerantem, nolentemque eos tam subito ac repente e mundi huius agro euelli: sed quæ illius benignitas & clementia est, ad penitentiam eos diutissime expectat; tempusque respiscendi indulgentem. Si enim Deus peccatores statim ab admisso peccato castigaret, nã illi infelices ac miseri forent, quin & sæpenumero bonum semen vna cum zizaniis euelleretur. nam qui hodie reprobos & peccatores est, cras forsitan, per penitentiam & lachrymas ad Deum conuersus iustus fiet: quique hodie diabolis associatur, in Angelorum sortasse tandem aliquando choros assumetur. Eius verba sunt hæc, *Datur locus penitentia & mouemur ne cito amputemus fratrem: quia fieri potest, vt ille, qui hodie noxius deprauatus est dogmate, cras respiscat, & defendere incipiat Seruitatem.*

Idem propemodum habet Augustinus, & Lib. 1. quasi Petrus Chrysológus dicens: *Si zizaniis Dei Euang. patientia non subuenires, nec Matthaum de publicano Euangelistam, nec Paulum de persecutore Apostolum, nec Magdalenam de peccatrice penitentem Ecclesia possideret.* O misericordiam incredibilem! exclamat hic Chrysolómus, sex diebus, inquit, mundum Deus vniuersum, & omnia quæ eodem continentur condidit: sex quoque diebus Jericonem idolo-

Deut. 12.  
Abacuc. 3.

Mat. 12.

Iusti semē  
Eccl. Esaiæ  
sunt.  
Esai. 1.

Luc. 12.

Esai. 61.  
Gal. 3.

Esai. 1.

Agricolæ  
huius bonitas.  
III.

Matth. 11.  
Dei bonitas peccatores tolerando.

Hieron. in  
Matthæum.

Lib. 1. quasi  
97. Hom. 5.  
de penit.

*Matth. 13.* Idololatriæ cultu dedita an euerteret, consu-  
luit. Atq; hoc insinuare voluit verba illa Eu-  
*Rom. 9.* angelij, *Sinite utraq; crescere & sq; ad messem.*  
*1. Tim. 1.* S. Paulus Deprædicat hanc Dei bonitatem Paulus,  
diuinam in mirisque laudibus effert in Epistola ad Ro-  
se clemen- manos, *Sustinuit in multa patientia vasa iræ a-*  
tiam cele- *pta in interitum ut ostenderet diuinitas gloriæ suæ*  
brat. *in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriæ am.*

Eandem quoque in se expertus ita ad Ti-  
motheum scribit, *Fidelis sermo & omni excep-*  
*ptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc*  
*mundum peccatores saluos facere quorum primus*  
*ego sum. Sed id eo misericordiam consecutus sum,*  
*ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem*  
*patientiam, ad informationem eorum, qui credi-*  
*turi sunt illi in vitâ æternam.* Ecce in seipsum,  
velut in exemplum, in quo diuina bonitas  
clementiaq; mirabiliter eluxit, Timotheum  
iuberi iuncti: & eadem bonitate inductus  
hodie zizaniam eradicari prohibet, quo pec-  
catoribus spem abiicientibus, nouos animos  
redderet, simulq; vt similem nobis ipsis pa-  
tientiam admiraremur.

*Matth. 13.* *Sinite utraq; crescere vsq; ad messem.* Aliud  
hic notandum occurrit: magni scilicet à  
Deo iustos fieri: quippe qui ob vnum virum  
probum, qui cum reprobis forsitan eradica-  
ri posset, infinitis scelestis, pœnam infernalē  
promeritis, parcat. quod ipsum mille è Scri-  
ptura locis probare poterimus. Vniuersa So-  
*Gen. 18.* domæ se parcere velle ait, si vel decem iustos  
*Exod. 32.* in illa reperiat: Ob vnicum Moysen, Israelitis  
in deserto peccantibus ad vnum omnibus  
pepercit. Quot hic viticæ, quot spinæ, quot  
zizania pullulabant! Quodque maiori et-  
iam admiratione dignum est, indignari se se  
testatur, quando ad impiorum castigationē  
accingitur, nullum in vniuersa republica re-  
periri iustum, qui se furori vt murum oppo-  
nat, minacem Dei dixit exarmet, suaq; in-  
nocentia ac vitæ sinceritate imperū indignā-  
tis flagelli retundat & auertat. Vnde ap. d. E-  
*zech. 22.* zachielem expostulans, ait: *Quasiui deus vi-*  
*rū, qui interponere se et sepem, & staret oppositus*  
*contra me pro terra, ne disperderet, & n. n. inueni.*

*Matth. 13.* *Sinite utraq; crescere vsque ad messem.* Mul-  
tas easque singulares ob causas; scel. stos piis  
Deus pro- permixtos Deus viuere sinit: quarum hæc  
bis impro- bis permi- prima est, vt nimirum illorum hæc ratione

virtus emineat, ac velut in palæstra exercita-  
stos tolerat- tur: vt dum à reprobis fatigantur, premun-  
varias ob- tū, exagitantur: meritum ita seges excre-  
causas. -  
scar: eorumq; corona splendidior & prætor  
reddatur. Vnde Augustin. *Omnis malus ideo*  
*viuit, ut corr. gatur, aut vt per eum bonus exer-*  
*ceatur.* Nam vt quidquid in mundo & rerum  
natura videmus per contrarietatem habi-  
tuum & qualitatum varietatem oppositio-  
nemque conseruatur, vt in elementis anima-  
libusque cuius indagare volenti manifestū  
est: ita & in rebus spiritualibus animamque  
concerentibus fieri certissimum.

Hinc non vsq; adeo absurda mihi veterū  
Philosophorum fuisse videtur opinio, di-  
centium, discordiam contrarietatemque om-  
nium rerum originem & causam, concor-  
diam autem & pacem, interitum destructio-  
nemque existitisse: bellum sc. & duellum, o-  
mnia produxisse: amicitiam autem & vnio-  
nem, corrupisse. Quod & confirmat Aristoteli-  
doctens, principia naturæ inter se con-  
traria esse. Atque ideo naturæ ipsius auctōr,  
perpetuum certamen & luctam inter iustos  
& mundum, carnem ac diabolum esse, triti-  
co quoque zizaniam permisceri, & utraq;  
vsque ad tempus messis crescere voluit. Sc.

Deus im- cundo, scelestos hic viuere, Diuina bonitas pios tol-  
perat, vt pro- permitit, vt piis vitæq; inculpatæ homini-  
rar, vt pro- bus in rebus temporalibus auxilio sint, & in bis in rebus  
tempora- necessitatibus succurrant: suos enim ad al-  
libus auxi- tiora sustollere, & è terrenarū rerum sordib;  
lio sint. educere satagens: peccatores & improbos,  
Reg. 9. quo fragilium & temporalium curam rerum  
3. Reg. 9. gerant; & ita iustos alant, hic agere permit-  
tit. Quod figura è libris regum deprompta  
manifestum faciet. Salomon Athæos gen-  
tesque conterminas subiugatas, vectigales  
reddidit: nullū autem è filiis Israel in seruum  
venundari voluit, sed illos sibi duces & bel-  
latores, principesque armorum & præfectos  
rei bellicæ delegit. Vt autem Salomon Israe-  
litas rebus vilibus & indignis immisceri &  
applicari noluit: ita Deus suos, iustos in quā  
& sinceros, à rerum temporalium cura exe-  
mit, peccatores autem velut gregarios & tri-  
uiales, seruorum mancipiorumq; vice fungi  
voluit. Quo alludens Psalmographus ait,  
*Labores populorum possederunt, & custodiant* Psal. 104.

Veterum  
Philoso-  
phorum o-  
pinio.

Lib. 1. P. 17.  
sic.

Deus im-  
perat, vt pro-  
bis in rebus  
tempora-  
libus auxi-  
lio sint.

Psal. 104.  
S 3 infisi.

*Ios. 9.*  
Peccatores  
collati Ga-  
baonitis.

iustificaciones eius, & legem eius requirant. Similem prorsus figuram in lib. Josue reperio ubi Gabaonitis peperit dux, quo populo Dei & ligna cadant, & aquam hauriant: *Ut vivant, & in usum uniuersa multitudinis ligna cadant, aquas comportent.* Mundanos & peccatores sæculi huius similes Gabaonitis putem, & ideo potissimum in hoc mundo à Deo tolerati, vt Ecclesiæ necessitatibus succurrant, electisque in vitæ huius curriculo necessaria suppedient.

*2. Tim. 2.*  
Vasa aurea  
iustos, fi-  
ctilia scele-  
ratos desi-  
gnant.

Gentium Doctor Paulus egregiam in hac rem similitudinem adducit: *In domo magna, inquit, non solum sunt aurea vasa & argentea, sed lignea & fictilia.* Idem de Ecclesia, quæ Dei domus, esto iudicium: in illa quippe iustos & probos, (quorum imago sunt vasa aurea & argentea) impios quoque & sceleratos (quos figulina & lignea denotant) reperire est. Atque vt aulæ regum non Principes & Magnates modo, sed & lixas, calones, & agalones habent, ita Ecclesia, toties domus Dei in sacris literis appellata, peccatores, viles & infames simul & iustos, illustres inquam & nobiles complectitur. Quod egregia figura manifestum reddet.

*4. Reg. 25.*

Babylonis rex nullos è Judæis in captiuitatem abduxit, quam principes, nobiles, magnique nominis viros, ignobiles vero, quales sunt vitatores & agricolæ, in Judæa reliquit. Id ipsum omnino agere censeo Deum: iustos enim & electos, florem, inquam, nucleum, & totius mundi nobilitatem, ad æternam gloriam destinans, & ad rerum cœlestium meditationem trahens; pauperes & inopes, peccatores, inquam, hic in terra relinquit, quo eandem colant, laborent, rebusque terrenis incumbant. Quam allegoriam exponens Paulus ait, eos terrena sapere, piorum autem conuersationem in cœlis esse.

*Philip. 5.*

Deus rerum  
temporalium  
inopia beat  
hic impro-  
bos.

Tertio zizaniam hic crescere, & impios viuere Deus permittit, vt bona quæ in statu damnationis fecerunt opera, rerum temporalium affluentia & felicitate compensent. Nam vt nemo ita sanctus est, vitæque adeo incolpatæ, quin delinquat interdum; ita nullus tam peruersus, aut improbus, quin aliquid interdum meritorium opus edat. Ideo iustos hic interdum torqueri, aduersi-

tatibus premi, affligi ærumnis, credendum, vt quæ commiserunt, hac ratione, velut in fornate excoquantur, & omnis peccatorum contagio hoc pacto defricetur: peccatores autem & sceleratos prospere agere, & blandum fortunæ vultum experiri, quod aliqua interdum ediderint opera bona, quæ suam hac ratione mercedem recipiant. Abraham Patriarcha hoc reddet manifestius: hic enim cum testamentum conuerteret, de rebus suis disponderet, Isaac filium legitimum hæredem ex afflicto scripsit; concubinarum vero filios, velut spurcos & nothos, minora quædam munera, ne contempserit eos videretur, legauit. Certissimum est autem quidquid hic in terra possidetur, mobile esse, & talia à Deo bona peccatoribus dari, filiis vero legitimis & dilectis æterna. Quinetiam vnanimis Doctorum omnium & Patrum sententia est, opera pia etiam in peccati & damnationis statu edita, à Deo mercedem accipere: quibus accedens Augustinus, ideo Romanis Deum tam propitium se & benignum ostendisse, imperiisque eorum dilatasse credit, quod optimis reipublicæ suam legibus temperarent, & vitam moraliter bonam instituerent. Et quamuis, vt bene D. Thomas docet, huiusmodi opera gratia Dei destituta, beatitudinem æternam non promerentur, de congruo tamen mercede digna sunt, & felicitate quadam temporali eadem remunerari solent. Atque hæc sunt rationes, cur patresfamilias in tempus vsque messis zizaniam sinat crescere. *Sinse v. Mat. 13. traq. crescere.*

Fuere nonnulli, qui hoc è loco docere conati sint, hæreticos veræ fidei tabula amissa naufragos, & Ecclesiæ desertores, puniendos non esse, imo nec ad fidem cogendos. Sed errant, prauamque stabilire opinionem conantur: non enim sub parabola huius inuolueris docuit Christus, improbos non esse castigandos pœnisque afficiendos: at ita eorum correptionem castigationemque instituendam, ne quod boni & electi pariter detrimentum patiantur. Et quoniam sæpe euelli zizania & lolium, etiam cum tritici emolumento Ecclesiæque augmento, possunt, ideo hæreticos quamprimum euelli oporteret, in quo Christi præceptum nulla ratione violabitur.

*Gen. 27.*

Deus operi  
bona in pe-  
cati statu  
digna  
mercede  
compendit.

Sententia  
D. Thomæ  
de bonis o-  
peribus.

*Mat. 13.*

I V.

**bicari.** Ea namque omnium opinio est, tunc tolerandas esse zizanas; quando sine tritica detrimento eradicari nequeunt, at quando nullum hinc tritico damnum imminet, tunc radicitus euellendas & extirpandas. Vix enim pedem Sodoma Loth extulerat, quin Angeli, quibus Pentapolitanum excidium concredidum erat, in eam furorem es gesserint, flammamque sulphuream iniecerint. Discamus hinc, dum nullum est sceleratorum supplicij, electis damnum, aut ob vicinitatem periculum imminet, scelestos esse castigandos, dignaque in eos virga animaduertendum.

Gen. 19.

Epi. 48. ad Vincen.

Alterius quidem aliquando opinionis fuit Augustinus, dum crederet neminem ad religionem suscipiendam cogi oportere, sed mutata sententia palinodia cecinit, aliosque melius sentientes secutus est: *Mea primitus, inquit, sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum, ratione vincendum: ne fideos Catholicos habemus, quos apertos hereticos noueramus; sed haec opinio mea non contradicentium verbis sed demonstrantium superabatur exemplis.*

Idem tom. 7. h. cont. ap. Pama.

Atque in exemplum adducit ciuitatem suam, quae cum Donatistis referta esset, paucis diebus ad Catholicam fidem, cum Imp. decreta ad supplicium haereticum raperent, & morte afficiendum censerent redijt. Ac deinde sententiam suam libere proponens ait, merito haereticos supplicijs addici; si enim Principes in homicidia, furta, rapinam, eadem capitali supplicio animaduertant, sacrilegis & haereticis cur parcant?

Haereticis merito puniuntur.

Et quoniam de castigandis haereticis sermo incidit, merito illos ad supplicium rapi, & non sine aequitate, capitis in eos sententiam pronuntari censeo. Primo, quod ipsi met haereticis & haereticis ita in eos, quos ut haereticos habebant, animaduertent, morteque tales dignos iudicauerint. Quod Caluini exemplo confirmabo; refert enim in

Inc. Gorfcius Apologetico Gorfcius, Valentinum Gentilem, Caluino suadente, & consente a Senatu Gentilis & populoq; Geneuensi ad mortem esse condemnatum, quod de SS. Trinitate perperam sentiret, ac Domini nostri Iesu Christi diuinitatem in controuersia vocaret ita ut igne & viuos quidem, comburi debere eos, qui

tam sacrilegam impiamque sententiam docerent, iudicaret. Testatur quoque Surius rerum toto orbe gestarum commentario pag. 359. sceleratissimum mortalium ac diris deuouendum Seruerum ex Hispania oriundum impia etiam de SS. Trinitate dogmata spargentem, eodem Caluino instigatore, & quodammodo incendiario, in foro Geneuensi flammis adiudicatum impietatis poenas dedisse. Nicolaus quoque Sanderus tradit Syvinglianis olim auctoribus plurimos in Anglia, Arij haeresim propagantes, & in filij Dei personam & substantiam iniurios igni traditos, eum Syvinglianis aduersarentur. Beza haereticus & ipse, Calvinistarumque coryphaeus, anno M. D. L. I. V. librum edendum curauit, quem inscripsit, *De haereticis a ciuili magistratu puniendis*. in quo probare conatur, legitimam respublikas a Deo in haereticos animaduertendi potestatem accepisse.

lib. de schisma. Angl. p. 169.

Secundo, quod apud veteres, etiam genti- Athei Atheles, ita fieri consueuerit. Erat quippe Athenis nis ad mortribunal, in quo impij & Athei, & perperam rem conde- de dijs sentientes ad mortem condemnati, bantur, & a dijs poenas dabant, in quo & tres Philosophos celeberrimos, impietatis accusatos, condemnatos historiarum referunt monumenta, Socratem scilicet, Theodorum cognomento Atheum, & Protagoram Abderitam. Socratem quidem, quod nullos esse Deos docuisset, accusatum, ducentorum octoginta & amplius iudicum, praeter eos qui parti illius fauerent, sententia condemnatum, paucis post diebus cicutam bibisse. Theodorum vero impietatis conuictum, publice damnatum veneno hausto impietatis poenas dedisse. Protagoram denique Cicero lib. 1. de natura Deorum, cum librum edidisset hoc titulo, *De dijs neq; ut sint, neque ut non sint, habeo dijs esse*, ab Atheniensibus in exilium pulsum, eiusque deinde libros, publico magistratus decreto in foro igni traditos refert; quod & Firmianus Laquantius suffragio suo confirmat

Laert. 1. 2. de vita Phil.

Idem in vita Theodori.

Laert. lib. 2. de ira Dei ca. 9.

Praeter duos illos priores auctores, tradit in diuinitate Suidas, Diagoram Melium Philosophum, & Diagoram Poetam yricum Pindari a qualem, cognomento Atheum, quod de diuinitate secus ac debe,



deberet, sentiret, Deosque omnes è mundo prosciberet, patria Melo ab hostibus direpta, Athenas concessisse, qui cum multis impietatem & atheismum docuisset, populumque à festorum mysteriorumque diuinorum celebratione auocasset, in exilium actus est, & talentum iudicum sententia decretum ei, qui caput eius resectum attulisset, duo vero ei, qui viuum adduxisset.

*Act. 7.* Annon & Paulus Apostolus, vt profanis S. Paul im- historijs finem imponamus, impietatis ab pietatis ac- Atheniensibus coram Ateopagitis accusatus cufatus est. est, quasi novos Deos induceret, & noua incognitaque numina procuderet, quod Christum eiusque gloriosam resurrectionem annuntiaret. Non possum igitur quin demirer eos, qui in Christiana hodie republica, Religionis violatæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ conculcatæ reos, minori dignos supplicio volunt, quam olim apud Ethnicos, superstitionis & idololatriæ profanatores.

Leges ciuiles hæreticos puniri volunt. Tertio, quod ius ciuile, regiaque & imperatoria decreta vnanimiter pœnam capitalem in hæreticos sanciant: & quamuis hæc nihil ad Helenam meam spectent, legum tamen scrinia compilans, meliores & huc quam apposite facientes iuriconsultos adducam. *L. Arrian. C. de hæreticis & Manichæis, Imp. decreto, vt Manichæi & omnis hæreticorum fax vrbibus oijciantur, & vltimo supplicio*

Igni addicantur, sancitur, quin & *L. Quicunque* lex libros *com. eo tem titulo* multo manifestius. Verba hæreticorū. *legis hæc sunt, vltimo etiam supplicio coeantur, qui illicita docere tentauerint; omnes vero charta, que funestum hæreticorum dogma complexa fuerint, incendio concrementur. Lege etiam 3. eod. de summa Trinit. & fide catholica, omnes hæreticorum libri igni adiudicantur; item L. Damato, C. de hæret. & Manich. Item, L. 16. C. eodem dicitur. Qui hæreticorum libros habet, neque in propatulum profert, vt concrementur, punitur.*

Ex his omnibus manifestum redditur, æquissimum & rationi consentaneum esse, hæreticos, & quotquot in fide fecere naufragium, supplicio & igni digniores esse quam scripra & libros. At nemini mirum videatur, libros funestos, pestiferoque veneno infectos, errorum seminaria & reconditoria

flammis addici, cum in primitiua Ecclesia, & libri qui de curiosis rebus agebant, quales qui Magiam edocerent, publice & coram omnibus flammis traditi legantur. Testatur Libri Magi hoc in Apostolorum Actis Lucas: *Multi cruci in primitiua Ecclesia veniebant confitentes, annuntiantes a. tuiua Ecclesia suos; multi autem ex his qui fuerant curiosi hæc concretati, contulerunt libros, & combusserunt coram mat. omnibus.*

Historiarum monumentis proditum est *Niceph. hist. Imper. Constantinum, primum illum, sub Eccles. lib. 8. quo vniuersali Ecclesia pace restoruit, ac cap. 18.*

quodammodo reuixit, Catholicæ religionis studiosissimum, & omnis hæreseos inimicissimum, publico edicto sanxisse, vt per vniuersum imperium, omnes Arj hæresiarchæ libri igni traderentur, & quicumque ipsum tacere distulisset, ad mortem deprecetur. Hoc ipsum & apud Ethnicos in vsu fuit. Testatur quippe Val. Maximus, agricolas, dum

*Valer. Max. L. Petilij agrum profcinderent, in arculas lib. 1. cap. 1.*

duas incidisse lapideas, in quarum vna, quantum ex inscriptione circumsecus apposita colligi poterat, Numæ Pompilij corpus conditum erat; altera libros septem, de iure & munere Pontificis Maximi agentes continebat, eosque lingua scriptos Romana; septem item Græcâ conscriptos, de sapientiæ studio tractantes. Latinos quidem summa diligentia asseruari Patres decreuerunt, Græcos vero, quod Religioni aduersarentur, eamque euertent, ipse Petilius Prætor Vrbanus, senatusconsulto facto, coram populo cremari iussit. *Noluerunt enim, inquit Valerius, prisci viri quidquam in hac asseruari ciuitate, quo animi hominum à Deorum cultu auocaretur. Quod & Ethnici tam religiose libros qui contrariam superstitionem, aliumque Deorum cultum edocerent, comburendos decreuerint; quantum Christiani diligentiam, in veram religionem destruenticibus, animarum salutem euertentibus hæresimque continentibus libris, procul ab vrbibus & domibus, eliminandis, adhibeant necesse est?*

Quarto, quod S. Spiritus id in veteri testamento sanxerit. Exodi namque 22. cap. occidi hæreticos iubetur is, qui dijs alienis, & nõ Deo soli, im è sacra Scri. molat. Legis verba sunt hæc: *Qui immolat dijs ptura alle- alionis, præter quam Deo soli, occidatur. Atqui ritur. hæreti.*

hæreticus Deos alienos colit, Deumque solum deserit, imo & ignorat, ut pote qui eius Ecclesiam non agnoscat, Sacramenta non recipiat, caeremonias exhibet, vicario illius non obtemperet, verbis illius fidem non adhibeat, nouam religionem, inaudita fidem, inuisibilia, & recenter procusam hæresim inuohere & propagare student: igitur morte luat oportet.

Dent. 13.

In Deuteronomio simile continetur decretum, Si surrexerit in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, interficietur, quia locutus est, ut vos auerteret à Domino Deo vestro.

Hæreticos autem pseudoprophetas esse, & somniorum, errorum, superstitionum, blasphemiarum eufores, iaterpretes, propagatoresque, certissimum est; quamobrem morte dignissimi, & ultimo afficiendi supplicio censentur. Nihil enim verba docti inaque eorum aliud spectat, quam ut hæc plebem Christianam peruertant, & à veri Dei cultu, mandatorumque illius obseruatione auocent.

Leuit. 24.

In Leuitico quoque in sanctum Dei nomen blasphemus lapidibus obrui iubetur, tã de populo Isracl, quam alienigena: Qui blasphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidibus opprimat eum omnia multitudo populi, siue illa eius, siue peregrinus fuerit.

Hæretici blasphemii.

Quis autem magis blasphemare dicendus est quam hæreticus: qui tum in Christi Iesu corpus, crucem, imagines, tum etiam Sanctos, matrem, sacramenta, & deniq; Ecclesiam illius ingentia blasphemiarum & contumeliarum plaustra euomit: an non igitur supplicio & castigatione dignus?

Et quoniam exempla ad permouendum

Exod. 32.

peridonea sunt; & magnam in vtramq; partem vim præferunt, sexcenta producam, Moses vna cum Leuitis, Deo postulante, trigintatris hominum millia, gladio vindicet, ob honores titulo aureo exhibitos, interfecit.

4. Reg. 10.

Iehu à Deo electus, zeloque honoris diuini actus, vniuersam posteritatem Achab ob impietatem deleuit, omnesque sacerdotes Baal fuditur exiit.

4. Reg. 13.

Iosias rex idolorum sacrificulos occidit, fana deorum euerit, lucos succidit, ossa quin etiam mortuorum in cineres redegit.

3. Reg. 18.

Elias, Propheta cum iudices, ad quos delicta castigare ex officio incu-

Tom. 1. Pars Hyemalis.

bebat, torpere & stertere cerneret, potestate quadam extraordinaria sibi arrogata, omnes sacerdotes Baal, haud procul à torrente Calson, interficiendos curauit. Mathathias, Machabæorum pater & animator, honoris diuini studiosus, Iudæum quendam, à patrijs legibus descendentem, & idolis immolantem, in ciuitate media ad aram obruncauit, eiusque cruore altare consperxit. Prætereo hic quæ Nabuchodonosor Rex sanciuir, quæ item Artaxerxes, & Darius.

Quinto & ultimo, quod ipsa id doceat ratio, eaque varia & multiplex; prima, quia iura Cæsarum (L. 9. qui ades. ff. de incendio) qui ignem domui alterius, aut horreo iniicit, igni tradendum decernant. Hæretici porro vere incendiarij dici possunt, utpote qui domum Dei, id est, Ecclesiam, penitus aduunt, & tritico verbi Dei & sanctarum Scripturarum flammam iniiciunt, vere igitur puniendi & flammis acerbis addicendi. Ipsi sunt nimirum scelerati illi Heroftrati, qui Dianæ templo ignem iniiciunt, sunt sceleratæ illæ sampsonis vulpes, quæ ignescentibus caudis Catholicorum semen adurunt.

Secunda, Lex ipsa sacrilegos comburi iubet: nullus autem magis sacrilegus haberi, quam hæreticus potest, qui nimirum sancta profanat, doctrinam peruertit & adulterat, religionem deprauat, altaria deiicit, campanilia deiicit, imagines comminuit, peregrinationem instituentes exhibilat, in Deum conspirat, Sanctis bellum indicit: nemini igitur dubium esse potest, quin quitalis, castigandus sit. Tertia, eadem lex monetam adulterantes deprauantesque extremo ignis supplicio addicit, (L. 2. si quis nummos, C. de falsa moneta) Hæretici autem scelerati illi mangones, monetam sacram adulterare dicendi sunt, qui nimirum loco argenteæ plumbeam, loco aureæ æneam obrundunt, mendacium loco veritatis, errorem, ut Propheticum oraculum, superstitionem, ut veram religionem vendentes, legem quoque diuinam violantes, sacramq; scripturam sacrilegis interpolationibus velut nasum cereum formantes & reformantes. Postremo, si schismatici Datan, Core & Abirom,

T

Mosi

Num. 16.

Mosi duci suo aduersantes, tã funesta morte extincti sunt, vt è libro Numerorum legenti manifestum redditur: quas pœnas, ecquod supplicium eos manere creditis, qui superioribus Ecclesie, eiusque principibus, quos Deus summa cum auctoritate Ecclesie & fidelibus omnibus præesse voluit, quotidie aduersantur, quales haud dubie esse crediderim hæreticos? I nunc igitur & dic zizania non esse eradicanda.

Auctor non arrogat sibi ius aliquod in principes.

Vnicuique tamen vestrum notum esse cupio, me proluxa hac disceptatione, quam & rationibus & sacre Scripturæ auctoritate firmavi, cordato um Principum prudentiæ nihil derogatum voluisse, qui propter temporis exulcerati calamitatem, ciuitatum suarum conseruationem, subditorum vnionem, Ecclesie pacem; aliasque ob rationes, quas diuina maiestas animabus illis regijs instillat, in regni sui agro zizania & lolium hæreticorum tolerant. Theologum siquidem hic ago, non politicum aut reipub. presidentem; ipsaque obedientia, cultus & obsequium, quod iure naturæ Regi meo debeo, laudare & probare cogit, quidquid illius maiestas & auctoritas hac in re factum voluit præsertim cum probe teneam, quidquid & exterius agit, & quidquid regiamente voluit & concepit à Deo, cuius in manibus cor illius, & cuius hoc in mundo locum tenet & imaginem præfert, haud dubie diriget & coaduet. Hæc quoad primam concionis partem dicta sufficiant, iam secundam aggrediamur, deque lolij & zizaniæ seminantis nequitia agamus.

V. Mysticus parabola huius sensus.

Pater igitur familias postquam bonum semen agro iniecit, & agri custodes altum dormirent, venit inimicus homo, & super seminavit zizania. Sensu literali iam seposito, mystice hic designari putem hominibus dormitantibus, id est, salutem suam negligentibus, vel otio in ijs quæ animam concernunt diffluentibus, diabolum, communem illum generis humani hostem zizania seminare, sceleratas animo cogitationes suggerere, linguam ad verba nequitie efformare, peccataque in corde procudere.

Simile.

Auis, quam diu alarum remigio dissecat æra, & pennis in sublime se librat, nulla

capi ratione potest, & ab omni periculo immunis est: at mox vt ad terram delapsa super arbore sidit, & quiescit, periculo se exponit, ne vel reti inuoluatur, vel sclopeto petatur: ita nullas diabolus, versutus ille & subdolos animarum venator & insidiator, deprehendere aut in calles trahere solet, quæ otio distillant, stertunt inertia, & in delicijs molliter ac iucunde viuunt. Quod exponens in Proverbij Salomon dicit: Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, id est, vigilantium, deque animarum salute sollicitorum.

Prov. 5.

Aqua semper fluens, lapida est & gustui suaui; at stagnans & nunquam defluens, putrescit, insipida, & ad potandum inepta, non nisi ranas, ruberas, vermes & lacertas, atque id generis plura procreans. Idem de animabus nostris censete: quæ enim semper occupantur, saluti inuigilant, virtutibus incumbunt, sanctis exercitijs sese distinent; Deo acceptæ sunt & gratæ, & coram maiestate illius nitent: at quæ stertunt, & in otij inertia que luto ac cæno semper volutant, Deus detestari & abhorrire solet, quod non nisi venenosas scelerum pestes propaginesque generent.

Otiosi cogitantur, parantur aquæ stagnanti.

Atque vt in domo deserta mures & glires multiplicantur, vermes exerceunt, araneique dominantur: ita in anima inerti & segnitate. Quid enim ipsa aliud quam domus deserta & derelicta, in qua Deus amplius non commemoratur, in qua virtutes emoriuntur, è qua gratia exulat? à qua quid expectes præter innumerabilem, non dico immundorum animalium, sed peccatorum, criminum, & vitiorum copiam: de qua dici merito queat, quod de Ierosolymis olim prædixit Redemptor, relinquetur vobis domus vestra deserta.

Idem domui incubat.

Matth. 8.

Regula iuris est, non vtentes privilegio habito, vel abutentes illud ipsum perdere. Hoc proposito adaptans meo, dico animas, c. in gratia & charismatibus largissime à Deo collatis non vtuntur, vel ad saltum rimoremque abutuntur quamprimum ipsæ excidete, easque dormitantes, vel inertia soporatas, tritico destitui, lolioque intrinsecus & zizanijs oppleri. Labore enim & diligenti-

diligentia res parvæ crescunt, otio ac desidia maxima dilabuntur & pereunt.

Isid. 18.

Cæterum sopor hic & circa salutem propriam negligentia magnam animæ afferre detrimentum solet. Filij Dan (equorum stirpe Antichristum nasciturum Doctores & Patres perhibent) urbem Laïs sine vlla effusione sanguinis, aut ictu ferri inualere quam & penitas demoliti sunt; quod quamvis rebus omnibus ad defensionem necessariis affuerent, otio disfluere incola, steterent, sibiq; non prospicerent. Quo mystice declaratur, animas illas opulentas, & charismatibus coelestibus ditatas, tunc à diabolo potissimum iuadi, exagitari, & dispoliari cum securæ & omnis metus expertes dormiunt, suamq; negligunt.

1. Reg. 24.

David, castra Saulis clanculum ingressus, quin & ad tentorium illius penetrans, regia arma furtim abstulit; quem somno distentum, vel alias in spelunca naturæ necessitate seruientem obruicare potuisset, si voluntas occasione adfuisset. Ad eundem modum Christiano in Ecclesia, quæ Christi Iesu exercitus est, dormitanti, quamvis interiuustos & probos verferet, sæpenumero dæmon spiritualis militiæ arma eripit, imo nisi per Dei clementiam staret, vitam etiam inscienti auferret. Exclamem igitur, o somnum detestabilem, inertiam, magnum animis periculum accessentem!

Lamr. lib. 2. cap. 2.

Atheniensium legislator Solon præclaram in desides & inertes legem tulit, quo omnibus actionis iis intentandæ potestatem dabat. Eandem tulisse legem videtur & Deus, ac permisisse, ut negligentes, inertes, de que iis, quæ ad salutem spectant parum solliciti, tentationibus variis exagitantur, à dæmonibus accusarentur, omniumq; vitiorum occasionibus expositi viverent. Cum Apostolo igitur finem faciam, ita Thessalonenses admonente: Vos fratres, non estis in tenebris, ut vos dies ille tanquam fix comprehendat; emne enim vos filij lucis estis & filij diei, non sumus noctis neq; tenebrarum, igitur non dormiamus, sicut & ceteri, sed vigilemus & sobrii simus. Ecce. Vere igitur somnus periculosus est, & magna detrimenta afferre solitus: cum dormientibus colonis diabolus zizania supersemavit.

2. Thess. 5.

Cum dormirent homines, venit inimicus hominis. Somnum hunc exponens Chryostomus, in P.ælacos, Ecclesiæ custodes & capita, eundem detorquet; quibus stertentibus, parumque de grege sollicitis, diabolus hæreses, errores vitiaque Ecclesiæ inserere conuenit: simulque hinc inferre conatur, quanta pastorum esse debeat vigilantia & cura, cum nimirum ad illos spectet, semen-tem Dei custodire, & omnem in partem circumspicere, ne quid Ecclesiæ Dei detrimentum afferat diabolus, in quod totis vigiliis incumbit. Hoc namque custodum & vigilum nomine appellari in sacris litteris prælati solent; imo nullum hoc nomine illis frequentius. Audiamus Dominum per os Prophætæ loquentem! Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die, ac nocte non tacebunt.

VI. Matth. 13. Hom. 45. 11. Matth.

Ecclesiæ pastores & custodes & vigilantes in sacris litteris appellatur in his frequentius. Audiamus Dominum per os sacris litteris. Super muros tuos Ierusalem. Esai. 62. Ierem. 1.

Prima quam Jeremias Prophætæ visionem vidit, hinc de qua agimus materiæ suæ optime quadrat. cum enim Deus illum in custodem populi constituisset, interrogavit, Quid vides propheta? qui mox subiit, Virgam vigilantem ego video. Quo loco textus Hebræus habet proprie, ut beatus Lyranus notavit, Virgam amygdalinam ego video: vel, ut alius interpret, virgam nucem. Notat autem Hieronymus, virgam amygdalinam, aut nucem cervicali dormientis suppositam, quamprimum somnum abrumpere & dormientem excitare. Quamobrem cum Deus Præfulis symbolum virgam somni inimicam ostendit, denotare voluit, somnum Ecclesiæ capitibus & pastoribus sumopere esse fugiendum.

Audite quid aliud: magnus ille Theologus Robertus Holcot observavit, Christum in tristi passionis nocte, cum Petrum, quem in Ecclesiæ caput & principem constituerat, in horto stertentem cerneret, & ad eum excitandam accederet; honorabile illud Petri nomen, cunctisque venerandum gentibus, quod illi, dum Ecclesiæ caput eum constitueret, imposuerat, subieuisse, ac genuino eum nomine compellasse, Simon dormis. Perinde ac si dixisset: Ille Pontificis & custodis nomine indignus est, qui hunc in modum somno indulget.

In sapientia. lect. 82. Marc. 14.

*Laer. lib. 5.*  
*in Aristot.*  
*Ammianus.*  
*lib. 16.*

*Pier. lib. 17.*

*Somnus*  
*plurima*  
*homini af-*  
*ferre con-*  
*suevit ma-*  
*la.*  
*Judic. 14.*

*Jud. 13.*

*Jud. 4.*

*2. Reg. 4.*

Referunt historici, magnum illum Asiae terrorem Alexandrum, argenteum dormiendo globum manibus tenere solium, cui aenea peluis subiecta foret; ut, dum altum dormiret, somnoque libetius indulgeret, globo in peluim manibus exidente, & tinnitum edente, a somno expergisceretur. In quo grues ille dici potest imitatus, quas Pterius aliquae tradunt, dum excubias agunt, & ab hostibus obrui metuunt, hac vii industria consueuissent. Cuius partes sunt excubiae totiusque agminis custodem agere, lapillum pedibus tenere; quo, ubi hunc cadere contigerit, expergifecta, societas excitet, nullum vii discrimen adeant. Quemadmodum igitur vigilia salubris est, animaeque perutilis; ita somnus noxius & damnosus: somno quippe indulgentibus hominibus inimicus superfeminavit zizania.

Cum enim stertimus, daemones inualescunt & insurgunt, id est, cum salutem negligemus, tunc inimicus per agros volitat, grassatur in triticum, & lolium bono semini permiscet. Dalila Samsonem irretire & perdere gestiens, an non soporare eum studuit, itaque caesariem, omnis roboris armamentarium, detondere? Eadem techna vititur & pellax nostra caro, Philistaea illa longe deterior; nos siquidem perdere, omnemque fortitudinem & animum eripere gestiens, omni ratione conatur deliciarum nos somno opprimere, ac noxio & detestabili voluptatum sopore inescare.

Quot, cheu, principes ac reges, quot duces & milites, somno oppressi, triste ac funestum rerum varietatis exemplum fuerunt, quot inquam, magnates ac purpuratos somnus, in summa & extrema pericula coniecit, ut & vitam amiserint, ac lugubri catastrophae diem extremum clauerint? An non Holofernes princeps militiae regis Assyriorum in obsidio Bethuliae, stertens & vino obrutus, gladio & dextra muliebri, ceruicem & vitam perdidit? an non Sissara, praefectus Jabini regis Azor, clauo per tempora adacto dormiens per manus Jahel periit? Isboseth Saulis filius percussus in inguine, an non meridians in lectulo, occubuit? Adeo, ut & fortissimi iuxta & generosissimi, & foeminea

quidem dextra, quod somno indulgerent, ceciderint, ludibriumque suis fuerint. Quod lacrymis potius quam verbis deplorans Eliaz ait, *Filij tui proteci sunt, & dormierunt in capite Esa. 51. omnium viarum.*

Quem locum, ut commode intelligatis, Duo viarum diuersa viarum genera esse sciatis oportet: genera horum alia sunt enim viae Domini, quarum toties in mundo in sacris libris est mentio. *Dominus possedit Prou. 8. me ab initio viarum suarum.* Et, *Quis poterit Job. 36. scrutari vias eius;* Item, *Vias tuas Domine demonstra mihi.* Per has autem vias recte ad salutem tenditur: vnde non immerito a Psalmographo viae vitae appellantur, *Notas mihi se Psa. 119. cisti vias vitae.* Et alia viae Daemoni, viae difficles, ad calcandum moleste, & maguorum discriminum cauae: *Contritio & infelicitas in vis eorum, item alibi, fiant via eorum tenebrae, & vias peccatorum disperdet.* deinde apud Zachariam, *Conuertimini de vis vestris.* haec autem viae recta ad interitum & damnationem perducunt, atque huiusmodi viae sunt peccata. Vnde Psalmographus, *viam iniquitatis amoue a me, & omnem viam iniquitatis odio habui.* Capita porro & initia harum viarum, & accessoriae seminae, ipsa est superbia, auaritia, luxuria, *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, &c.* aut etiam statui possunt, ipsa peccatorum principia, inter quae recenseri queunt tentationes, suggestiones, occasiones, cogitationesque occultae.

Ac veluti nemo non sine discrimine in introitu cuiusdam viae difficilis ac latronibus infestae dormitat; ita periculo non caret, si quis tentationi prauae morosius inhaeret, aut indormit. Quamobrem confestim cum Redemptore Christo excitemur, & animae potentis praee negligentiae veterino stertentibus dicamus, *Surgite eamus, ecce, qui me traditurus est appropinquat,* peccatum in animae perniciem conspirans praeforibus est, atque huiusmodi cum tempestas insurgit, tantae procellae dum ingruunt, compellemus Christum, clamemus naufragij metu exalbescentes, *Salua nos Domine, perimus.*

Luxurioso libidinibusque suis vacanti, Sapiens imminentem calamitatem praefragiscens has minas intonat: *Et eris quasi dormiens in me.*

*in medio mari & quasi sopitus gubernator amissoclauso.* Non ait in terra dormienti similem cum fore, sed in mari, ut ita ostendat in quanto periculo versetur, quod ut sit etiam euidenti, ait, *in medio mari.* Non minus peccatoris peccato indormientis, nulla que ratione e flagitorum voragine emergere cupientis, esse solet periculum. Atque ita cum dormiunt homines, venit inimicus, & superseminat zizania: oportuna scilicet malorum infligendorum Satanæ occasio est somnus.

Peccator dormiens in peccato similis in mari dormienti.

VII. 1. Pet. 5. Satan inimicus est & zizaniorum sator.

Quis autem hic inimicus dici potest? nullus profecto alius quam *dæmon*, qui tum Christi, tum omnium fidelium inimicus est: quo nomine eum Apostolus Petrus in Epistolis nuncupat. Ipse est inquam, qui saminat zizania non in Iudæorum, Turcarum, Arabum, Saracenorum agro, sed in Ecclesia Dei, atque inter Christianorum sulcos. In quo illius notate astuciam: de die non venit, at de nocte dum spissæ terræ occupant tenebræ: non dum vigilant & excubant homines, at dum dormiunt. Id est, dum Prælati, pastores, Episcopi, cæteri que Christiani animarum saluti non inuigilant, dum auaritiæ student, voluptates conlectantur, honores ambiunt, rerumque terrenarum studio tenentur, tum verus ille animarum aduersarius lolium spargit, noua perniciosaque dogmata serit, doctrinas degeneres, & facu olentes disseminat, inaudita opinionum commenta ferruminat, fidem perturbat, religionem in diuersa trahit, charitatem exstinguit, Sacramenta conculcat, Ecclesiam denique perdit & destruit.

Satan zizania spargit quando superiores dormiunt.

Hæc igitur bellua tunc zizania seminare solet, cum Prælati sterunt, & officium negligunt suum; ita fecere olim in agro Iudæorum Pseudoprophetae Baal, Molochitæ, Pharisei, Sadducei, in Christianorum, Arianæ, Manichæi, Valentiniæ, Pelagianæ, Donatistæ: & iam nuper à patrum memoria, Lutherani, Caluistæ, Zuingliani, Anabaptistæ, aliique & scelere & audacia pares. Quare si Prælati Germaniæ omnem in partem circumspexissent, si regis curam gessissent: nunquam Lutherus aut Zuinglius zizania disseminassent: & canes latrassent, nunquam lupi in ouile irrupentes damnum gregum

Principes seculares & pastores Ecclesiæ Religionis custodes sunt.

rulissent. Videant igitur Principes seculares, ipsi pastores Ecclesiæ, num coram summo Iudice in nouissimo die exactam animarum sibi creditarum rationem dare poterunt: sibi que persuadeant, non impune se tunc habituros. Conspirare siquidem inter se mutuo, illi armis sibi diuinitus traditis, hi vero auctoritate quam ipsa sacra infusa in cludat, in vulpium Ecclesiam Dei vineam suffodere nitentium, euerisionem debent. Sunt enim utriusque custodes vineæ Christi constituti, & vigiles circa ciuitatem Ecclesiæ excubantes, sunt fortissimi illi doctores thalamum Salomonis ambientes, qui quamprimum ut dormitant & stertunt, inimicus homo venenum diffundit.

Notate hic obsecro, ut paterfamilias diaboli nequitiam & peruersitatem, quæ ei naturaliter adhaerit, exaggeraturus, *inimicum hominem eum* appellat. Nouum profecto & animaduersione dignum, quo spiritus humanus peruersi artes, nequitia, crudelitas odium exprimantur, ut hominem eum describi: ne crudelitas, nullum odium deterius inueniri, quam hominis. Inter animalia nullum leone crudelius & immanius, hominis tamen feritas barbariesque maior.

Daniel Propheta, cum ad petitionem Sarraparum Babyloniorum in lacum leonum coniectus esset, leones quam suos mitiores credens, ingenti lacum saxo muniuit, regio que sigillo, ne quis Danielem interfecturus effingeret obsegnauit. Quid agis rex? quid hoc video? Virum sanctum leonibus obsecis, & ab hominibus eum tutatum cupis. Prudenter profecto & sapienter. Sciebat namque rex, nullum homine animal inhumanius aut ferocius haberi posse, qui mirum nemini pareat, ut odio, affectuque prauo satisfaciat.

Balthassar nihil vnquam horribilius, aut quod maiorem ei formidinem incuteret conspexit, quam manum illam hominis in patre scriberem, adeo, ut exanimis in terram ceciderit. Non exseruit hic Deus ungulam animalis, sed manum hominis: quasi nihil eadem haberi posset terribilius magisque metendum. Ecce, qui nec in prælio

Non est violentia crudelitas maior & animaduersione dignum, quo spiritus humanus peruersi artes, nequitia, crudelitas odium exprimantur, ut hominem eum describi: ne crudelitas, nullum odium deterius inueniri, quam hominis. Inter animalia nullum leone crudelius & immanius, hominis tamen feritas barbariesque maior.

Dan. 6. Sarraparum Babyloniorum in lacum leonum coniectus esset, leones quam suos mitiores credens, ingenti lacum saxo muniuit, regio que sigillo, ne quis Danielem interfecturus effingeret obsegnauit. Quid agis rex? quid hoc video? Virum sanctum leonibus obsecis, & ab hominibus eum tutatum cupis. Prudenter profecto & sapienter. Sciebat namque rex, nullum homine animal inhumanius aut ferocius haberi posse, qui mirum nemini pareat, ut odio, affectuque prauo satisfaciat.

Dan. 5. Balthassar nihil vnquam horribilius, aut quod maiorem ei formidinem incuteret conspexit, quam manum illam hominis in patre scriberem, adeo, ut exanimis in terram ceciderit. Non exseruit hic Deus ungulam animalis, sed manum hominis: quasi nihil eadem haberi posset terribilius magisque metendum. Ecce, qui nec in prælio

2. Reg. 1.

rum astu, non inter belli clangores, non in visorum aprorumq; venatione non inter fera animalia & monstra palluerat: ad solum manus hominis conspectum, expalescens & ex sanguis in tetram concidit.

Quod egregia e libris Regum historia manifestum reddam. Cum Deus trium plagarum Davidi regi ob delictum promeritarum optionem dedisset, pestem scilicet, famem & bellum: pestem delegit, dicens: *Coracior nimis: sed melius est mihi, quod incidam in manus Domini, quoniam multa sunt misericordia eius.* Expedite & latius esse sciebat pius hic rex, in Dei quam in hominum manus incidere: quum ille mitis sit, hi vero inhumani & ab omni pietate alieni, & quibus nihil crudelius aut ferocius. Hinc diabolus, quo eius malitia & crudelitas designatur, inimicus homo appellatur.

Matth. 13.

Onomen Satana dignissimum! o peruerstatem singularem! o crudelitatem barbarie omni barbatiorem! Ecce postquam paterfamilias triticum in agro seminasset, crudelis ille hominum aduersarius eundem zizaniis oppleuit, & abiit. Notate, ut scelerata illa bellua, postquam venenum sparsit, sese sabducat: ut ictu inflicto, canat receptui. At quid mirum, in terra seditiones, motus, & prelia reperiri, ac zizania seminari, cum nec celum, locus ille ab omni perturbatione alienissimus, iisdem caruerit. Porro hae feminum mixtura representare mihi ipsum videtur, quod quotidie in Ecclesia contingere videmus, in qua, ut August. olim obseruauit, scelerati probis permisti sunt & prauorum lolium iustorum tritico: quod & in Concilio Constantiensi asserere, toto orbe exciti Patres. Ecclesia quippe est arca Noe, qua animalia immunda, non secus ac munda, includit: Est arca illa, de qua Matthaeus, in qua & palca, & luxurians laetaque messis. Est conuiuium illud nuptiale, ad quod virgines fatuae iuxta ac prudentes vocantur. Est aula illa regia, ad quam admittuntur illi, qui veste nuptiali carent. est deniq; ager hic, in quo triticum vna cum zizaniis excrecere videmus: quod tantopere serui & domestici demerentes patri familias dixere,

Lib. de heres. cap. 69. Sess. 5.

Gen. 6.

Matth. 3. Matth. 25. Matth. 22.

Nome bonum semen seminasti in agro tuo, unde ergo habet zizania?

Matth. 13.

Et est reuera admirabile dignum, quam ratione in anima hominis tam traste excrecere zizanium, tam infelix pullulascere lolium queat: est namq; quodammodo incredibile, quomodo potentia & facultates animae peccatorum instrumenta esse possint. Vtuit olim Dominus, balistas, machinas, hastas, missilia, pila, aliaq; instrumenta bellica, quib. mors afferri hominib. potest ex arbore frugifera concinnari, sed sterilib. & syluestribus eadem parati voluit. Qui fieri igitur potest, o homo, ut e corporis tui membris, animaq; facultatibus, & sensibus, qui instar arborum feracium sunt mortis instrumenta constituas, & anima patens quibus & Creatorem oppugnes, & animae mortem afferas?

Deut. 10.

Quomodo ergo habet zizania? Si peccatum mortuum aliquod spirituale est, tenebrarum abortiuum, mors aeterna, diluuii commune animarum, naufragium vniuersale, & erum latrocinium, extrema calamitas, damnum irreparabile, omnium reru exitium & pestis: quomodo igitur in anima excrecat? si peccatum rationi aduersetur, Deo contrarium sit, gratia animam priuet, caelo deturbet, inferni haeridem constituat, in carcerem damnorum coniciat, animae mortem adferat, Ecclesiae sit lolium: quomodo igitur ingredi animam potest? Unde ergo habet zizania? Deniq; si Angelos caelo exegerit, innocentiae statum peruerterit, diluuij causa exstiterit, filium Dei vnigenitum ad mortem, & quidem acerbissimam pertraxerit, si omnia pefsum dederit, si aeternis sit expiandū flammis, ecquenam hominum esse potest audacia, ut ipsum committant: ut tam infelix in animae agru lolium admittant: sed rationem addidit paterfamilias dicens: *Inimicus homo hoc fecit.*

Matth. 13. Peccati non picheta 11a.

Matth. 13.

Manif. ste hinc colligere possumus, nulla posse ratione Deum peccati auctorem constitui, ac inimicum, qui hasce superfeminauit zizania. Deus igitur peccati non est auctor, ut Psalmographus aperte profiteretur: *Non Deus solens iniquitatem tuas.* Diabolus vero peccata aditum patefecisse, & ipsum in orbe inuexisse Sapiens testatur, dicens: *Inuidia Diaboli mors*

Matth. 13.

Deus peccati non auctor.

Psal. 5.

Sap. 2.

mors

*mons intravit in orbem terrarum.* Hoc retundere clypeo venenosa Lutheri iacula possuimus, hoc vallo blasphemiarum hærelis, errorumque illius tela infringere, dum ait Deum peccata per impios patrare: Melancthonis item sententiam confutare docentis, tam ludæ prodicionem, quam Pauli Apostoli vocationem Deo ascribendâ: Buceri item, Deum absolute efficientem peccati causam constituentem, adeo ut quicumque illud negarit, Deo diuinitatem hunc adimere censcat, quod eum causam eorum quæ facta vult, esse negat: Caluini denique, acriter propugnantis, Deum simpliciter & pure peccati auctorem esse. Quod aperte demonstrauit Cl. De sanctis Episcopus Ebroicensis, qui lib. 5. de Caluini atheismis, Caluionum Bernæ impietatis accusatum & damnatum tradidit, quod Deo & peccatum & damnationem damnandorum ascriberet. Sceleratam porro hanc opinionem diris deuouens Concilium Tridentinum, anathemate percussit omnes, qui eandem docent & credunt: *Si quis dixerit, mala opera, & bona Deum operari: non permissiue solum, sed etiam proprie & per se, adeo ut eius sit proprium opus, non minus proditio Iudæ, quam vocationis Pauli, anathema sit.*

Eundem errorem acriter olim propugnauit Magnus Basil. qui in homilia, quâ super hac re conscripsit, inter cætera ait, fatuum eum quidem & stolidum, qui nullum esse Deum credit: ac stolidiorem & stultiorem censendum, qui Deum peccati causam statuit: quod ille Deum penitus negarum, hic vero clementiam & bonitatem ei detractum eat. Eiusdem sententiæ est & Irenæus, & tradidit in ecclesiastica historia Euseb. qui egregia ad Florinū epistola multis ostendit, Deum malorum causam aut architectum esse non posse. His accedat & Philo Iudæus, qui omnes peccati causam Deum non vero seipsum constituentes, puniri & supplicij addici vult. Theodoret. denique, ut finem faciamus, omni ratione opinionem hanc profligare conatus, probare contendit, Deum natura bonum, malorum aut peccati causam non posse constitui: sed illum triticum seminare, diabolum vero superseminare zizania.

**Conclusio.** Omni igitur studio & contentione Auditors scelestum hunc zizaniorum satorum

fugiamus, omni cura eum ab animarum agro excludamus, impediamus, inquam, ne peccati, schismatis, hæreseos, errorum, calumniarum, blasphemiarum lolium tritico superseminet, somnum quoque ab oculis propulsemos. Dormientibus enim nobis grassatur, vagatur, & circuit: Vos itaque, Præsules, Antistites, Episcopi, Dominici gregis pastores, Ecclesiæ excubitores, Christianorum duces, vineæ sponi custodes, animarum nostrarum tutela super gregem vestrum excubias agite, atque omni ratione impedire satagite, ne vestra illectus negligentia Satan, per diæceson vestrarum agros lolium & paleam ferat. Vos etiam Catholici Principes, Reges potentissimi & inuictissimi, Monarcha fidelissimi, celo originem ducentes, Altissimi vice hic in terris fungentes, patres patriæ, populi tutores, religionis fulera & bases, fidei columnæ, Ecclesiæ antes & fornices, non minus excubate, ac nolite pati, ut ob vestram culpam, hæreseon zizania regnorum vestrorum noualia ingrediantur.

Et ecce ð regum rex, animarum nostrarum conditor, Ecclesiæ princeps Christus, tu, qui bonum fidei charitatis, sacræ scripturæ & Euangelij semen seminasti: omnia modo zizanijs scarent, familia vnus cuiusque nostrum non vsque a deo laudabiliter dirigitur, vrbes inter se dissident, prouinciæ integra à se mutuo diuisæ sunt, per regna peccata inualeseunt, hæresi Ecclesiæ replera est, denique zizanijs mundus oppletus gemit: impediensne igitur Domine, quominus noxiæ illæ propagines eradicentur? per te stabit, quominus motus hi & seditiones sedentur, peccatis debita insigantur supplicia, peccatores tolerantur, blasphemij, & hæretici ascendantur? Anne patieris, eadem in pestes? diutiusne eadem feres? anne iam messem releuari cupis? O iudiciorum abyssum! ð consilia impenetrabilia! ð secretorum fundum nemini vrinandum! ð mare nullius ingenij bolide explorandum! At quoniam ita maiestati visum est curæ gratiâ saltem elargire, ut tam sancte media inter mundi huius zizania, vitam instituamus, ut emensa vitæ huius nauigatione, scilicet æternæ felicitatis portum ingredi mereamur: ad quem nos pellere & dirigere dignes.

Concil. Trid. sess. 6. can. 6.

Lib. 5. c. 19. Lib. de profugis.

Lib. 5. de cur. Gras. affect.



dignetur, qui cum Filio & Spiritu paraceto, potest omnia Deus Pater, Amen.

DOMINICA SEXTA POST EPIPHAN.

Partes.

- 1. De magnis, arte factis minimis; minimoque regno.
- 2. Quid grano parvitas; ad divina, totamque Ecclesiam collata.
- 3. Quid eadem ad Ecclesia adiuncta & contenta.
- 4. De grano fidei & doctrina.
- 5. De aubus.
- 6. De fermento.

Simile est regnum caelorum grano sinapis. Matth. 13.

FIGURA.

Dan. 4.

POTENS ille Babyloniorum Monarcha Nabuchodonosor terribile olim somnium vidit multaque includens prodigia: vidit, inquam, arborem in meditullio terrae conficam, cuius caput luxuriantibus comis ad nubes pertingeret, radices ad terrae usque centrum descenderent: ramorum adhuc brachia per quatuor mundi latera extenderent, & de fructibus illius omnes pascerentur, in ramis volucres caeli nidificarent, sub umbra vero varia animalium genera luderent, & defecerent. Et ecce tibi vox subito caelo de lapsa, quae arborem succidi, & radice tenuis amputari iubebat. Sensu litterali iam seposito, eo, inquam, quem Daniel regi visionem exponendo patebat: scilicet regem arborem esse: quae excrescenda esset, quod regnum amitteret, sed radice nihilominus permaneret, quando scilicet ad regnum postliminio reverteretur: existimo visionem hanc Evangelij hodierni figuram esse, in quo Christus regnum caelorum grano sinapis simile esse perhibet, quod quamvis omnium seminum sit minimum germinans, caeteris plantis exerceat sublimius, & aera quodammodo ferit. Huic autem grano

quid obstat, quo minus Christum similem esse dicamus: qui in hunc mundo exiguus quidem fuit, humilis, plebis abiectio, & vermiculus terrae: sed in terram deinde iactus; post gloriosam, inquam, resurrectionem, ita excrevit, ut volucres caeli in ramis eius nidos construxerint, id est. Sanctorum animae sub umbra illius delituerint, & omnem ab ipso suam beatitudinem traxerint. In medio item terrae plantatus est, dum in Palestina, quae vinctus & meditullium, ut Cosmographi tradunt, orbis, natus apparer: Caelos quoque vertice tetigit, & radice ad terrae centrum pertigit, quod verus esset Deus in celestibus agens, verus item homo in terra cum hominibus conuersatus. Ramos per orbem diffudit, quod potentia illius ab arctico polo, usque ad antarcticum se extenderit. In ipsius ramis nidificaverunt aves, & ad truncam & sederunt animalia: quod tam Angeli quam homines omnem a IESU CHRISTO gloriam & beatitudinem duxerint. Excisa porro fuit, Christo moriente. Hac de re hodie actus sumus, discussuram inquam, cur Christus grano sinapis comparate voluerit. Eius huc maiestatem auxiliariam aduocemus: matrisque illius gloriose patrociniū supplices inuocemus, quam verbis angelicis ante omnia saluabimus. Ave Maria.

Qui naturae miracula, mundi huius inferioris prodigia describere, quae Ethnici olim tantopere demirati sunt: referunt inter caetera, mirabilia quaedam opera, quae vel ars vel industria hominum produxit, & in naturae theatro spectanda proposuit. Celebrant in primis opus illud eximium: licet in tenui elaboratum, quo Myrmecides sculptor egregius curram quadriugum, & aurigam eidem insidentem, tam industrie & scite, tamque exiguo in subiecto formauit, ut alis eum suis musca tegetet atque obumbraret: illud item alterius sculptoris, qui in cerasi nucleo nauem omnibus necessarijs instructam efformauit: sed adeo tenuem, ut apicula in antenna constituta suis eam cooperiret alis. An non haec ad naturae ludibrium? an non haec artificium eius quam proxime imitari, ne dicam sperare?

Mirabilia & artificiosa quaedam opera. Textor in thesauro tom. 2.

Aliud

Aliud non minus stupendum refert Pli-  
nius, dum scriptoris manum adeo subtilem  
& argutam celebrat, vt vniuersam Homeri  
Iliadem, tot bella, tot confictus, tot concer-  
tationes ducum, militum congressus, vexil-  
lorum expansiones, adhuc myriades aliquot  
versuum continentem, descriptam, nuci in-  
cluserit. Fuit deinde nostra tempestate scul-  
ptor adeo dexter & artificiosus, vt in gemma  
vndecim Virginum millia exprimere non  
dubitarit, tanto quidem artificio, vt nulla  
numero defuerit. Exclamem igitur merito  
hic, ô paradoxa, & prodigia naturam super-  
rancia! Vt etiam è sacro thesauro exempla  
aliquot proferam, non possum quin Eze-  
chielis hic etiam Prophetæ artificio de-  
prædicem, qui laterem à Deo iussus sumere,  
instat Apellis, ciuitatem Hierosolymitanam  
cum omnibus castellis, propugnaculis, mu-  
nitionibus & obsidentium corona in eodem  
descripsit; urbem tamen adeo spatiosam &  
amplam, vt, teste Iosepho, ducenta homi-  
num millia in se comprehenderit. *Et iussit*

Ezech. 4.

*hominia, sume tibi laterem, & pone eum coram*  
*te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & edi-*  
*ficabis aduersus eam obsidionem, & edificabis*  
*munitiones. An non enim miraculo videatur*  
*simile, urbem tam frequentem & populo-*  
*sam, muros adhuc eius & propugnacula ob-*  
*sidionemq; circumsecus positam, lateris spa-*  
*tio comprehendit?*

Nabuchodon sor rex somnians vidit, è  
miram & Dei nutu peractam lapillum è sub-  
limi monte, nu lo impellente, delapsum, &  
statuæ è varia constata materia pedibus il-  
lapse, eandem in cinerem redigere: eumq;  
mox ita intumescere prægnantè, vt in mon-  
tem Olympo & Atlante maiorem exere-  
rit, & vniuersam terræ superficiem comple-  
rit. Inauditum vero & ab hominum memo-  
ria inuisum, montes in lapillos excrecere,  
oceanum in guttam redigi, & elephantum in  
muscum angustari.

Dan. 2.

Partis æter-  
ni artificium

Pater æternus, omnipotens illud namq;  
simile quid in orbe producturus, imo omnè  
omnium artificum industriam superaturus,  
opus edidit, quod omnes stupeat antiquitas,  
& superior ætas admirabunda decantet.  
Omnia namque in angustum redigendo,

Tom. 1. Pars Hyemalis.

è Deo hominem, è Creatore creaturam, è  
Domino seruum, ex æterno temporalem, ex  
infinite finitum, ex impassibili & immortali  
passibilem & mortalem, humanisq; ærumnis  
obnoxium constituit. quod describens Isaias  
exclamat: *Consummationem & abbreviationem* *Isai. 10.*  
*Dominus Deus exercituum faciet in medio terra.*  
In quo de mysterio incarnationis, opere illo  
admirabili, quo maius nullum in orbe visum  
est, vaticinatur. Quod & Apostolus admi-  
rans ait, *Verbum abbreviatum fecit Dominus su-* *Rom. 9.*  
*per terram.*

Mirabilia profecto hæc: sed aliud longe  
mirabilius quod nulli quidè priorum cedat,  
hodierno Euangelio legitur descriptum, vbi  
Christus Redemptor in grano sinapis, omniū  
rerum in hoc orbe creaturarum minimo, cœ-  
lestis gloriæ amplitudinem & vniuersam ec-  
clesiæ monarchiam spectandam proponit.  
Describit id ipsum S. Matth. *Simile est regnum* *Matth. 13.*  
*cælorum grano sinapis.* Dux hoc Euangelio  
continentur parabolæ, vna de grano sinapis,  
de fermento altera: ambas has expositurus,  
in duas concionem partes distinguam, priori  
primam posteriori alteram complexurus.

Matth. 13.

Principio igitur quotquot parabolæ hu-  
ius sensum persequuti sunt, in diuersas & in-  
ter se discrepantes sententias abiere. Fuere  
enim qui per hoc regnum doctrinam Euan-  
gelicam intellexerunt, de qua Matth. 21 su-  
dæis comminatus Dominus ait: *Auferetur à*  
*vobis regnum Dei:* huius opinionis S. Hiero-  
nym. est. Alij hic fidem definiunt, vt  
Ambros. ser. 1. & Augustin. ser. 37. de sanctis.  
Alij Christum hic exprimi arbitrantur, alij  
Ecclesiam denotare, quibus vitimis & meum  
calculum addo. Ipsa enim vere regnum cœ-  
lorum est: vt pote quæ legibus plane cœle-  
stibus dirigatur, quæ nisi cœlestia deposcat,  
cœlo originem ducat, in cœlestib. conu-  
rsetur, finis denique eius & scopus. sit ad cœle-  
stem clientes suos beatitudinem deducere,  
& à terrenis auocare.

II.

Ecclesia per  
ter se discrepantes sententias abiere. Fuere  
regnum cœ-  
lorum ex-  
ponitur.

Et sane Ecclesia regnum est, & regnum  
Iesu Christi, de quo locutum credo Archan-  
gelum cum Deipatre diceret: *Et regni eius non* *Luc. 1.*  
*erit finis:* & Daniele Prophetam, *Regnum*  
*quod in æternum non dissipabitur,* regnum *Dan. 6.*  
quod ipse rex intellexit, dum coram Pilato  
dice-

V

dice-

diceret: *Regnum meum non est de hoc mundo.* id est, non regnum meum instar regnorum mundi huius, quæ rerum varietati exposita in momento peitantesunt, quæ exterius quidem splendorem quandam & maiestatem præferunt, interius vero sordent & exigua sunt.

**Ecclesia**  
**grano sinapi**  
**confer**  
**tur.**  
*Philip. 2.*  
*Isai 53.*  
*1. Cor. 1.*

Porro regnum hoc grano sinapis persimile est: in principio enim exiguum est: primo propter principem eius & caput, qui exmanavit seipsum & abiicit, quique ultimus & novissimus & despectus habitus fuit. Secundo propter doctrinam Evangelicam, quæ parva est & exteriori specie vilis, vt Apostolus ad Corinth. ait, *Nos prædicamus Jesum Christum crucifixum, Iudæis scandalum, gentibus stultitiam.* Id est, non annuntiamus deorum maiestatem, vt olim Plato: non ferimus leges, nec rerum publ. statum constituimus vt ycurgus: de principijs rerum non agimus, vt Arist. refluxum aut defluum mare non docemus, non influxus celestes, elementorum qualitates & vires, terræ dimensionem, aliaque communem hominum caprum excellentia, quæ veteres olim Philosophi, nominis alienius comparandi ergo, docuere, sed Iesum Christum prædicamus & hunc crucifixum: doctrinam profitemur, quæ & Iudæos offendat, & gentibus videatur stultitia. Adeo vt Arnobius restetur, Gentiles olim Christianis insultasse ac vitio vertisse, quod hominem aliorum instar è muliere natum, & viti crucis supplicio interemptum, Deum esse contēderent, vt Deū agnoscerent & venerarentur. Præterea, quod eadem non nisi humilia & abiecta doceat, mundi nempe splendorem & vanitatem contemnere; honores & factum pedibus proterere, gloriam aspernari, paupertatem amplecti, & humilitatem animi omnibus in rebus lectari. Vnde Matthæus, *Nisi efficiamini sicuti paruuli, non intrabitis in regnum celorum.*

**Ethnici**  
**Christianis**  
**olim insultabāt**  
**quod crucifixum**  
**Deum colerent.**

*Matth. 18.*

Tertio, regnum hoc exiguum & angustum dici potest, propter principium & ortum: quod qui eiusdem fundatoris fuere, prima fundamenta iacere inimicos insultantes fregere, leges & statuta in eodem obseruari necessaria promulgauere, piscatores fuerint, indocti, multarum rerum ignari, &

omnium quodammodo mortalium abiectissimi. Testatur id ipsum vnus è fundatoribus Paulus, *Qua stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: qua infirma sunt, vt confundat fortia.* Perinde ac si dixisset, Altissimus ille Deus, cuius iudicia sunt impenetrabilia, ea quæ mundus vt fatua & insipida reijciebat, telegit in sapientium confusione: & quæ vt imbecilla, fragiliaq; vilipendebat, assumpsit, vt potentia elumbarer, & valida enervaret.

*1. Cor. 1.*

Quarto, propter exiguum credentium numerum: pauci enim initio legem evangelicam amplectebatur, vt quam difficilem crederent & grauem. Vnde ipse suos Christus allocutus ait, *Nolite timere pusillus grex.* Regnum igitur celorum merito grano sinapis persimile esse perhibetur.

**Duo regno**  
**rum gene**  
**ra.**  
*Psal. 36.*

Quod quo melius intelligatur, duplex regnum statui posse norandum est, terrenum vnum alterum cœleste: inter quæ ingens profecto discrimen est & alterum ab altero multum distat. Terreni quippe splendor & maiestas in rebus exterioribus sita sunt vt pote quod exteri magnum & amplum videatur nihil autem in se includat & emedulatum sit. Hinc inter dum cedris Libani comparatur, *Vidi impium superexaltatum sicut cedar. Libani:* interdū arbori quæ cœlum capite feriat, qualis erat illa, quæ regnum Nabuchodonosor designabat, cœleste porro omnique eius maiestas, interiora respicit, *Omnis gloria eius filia,* Ecclesiæ inquam abintus. Ideoque grano sinapis comparatur, quod magna quidem virtute præditum, exterius vero nullam speciem præfert.

*Dan. 4.*  
*Psal. 44.*

Deinde regnum mundi huius, initio ingens & vastum est, magnæque potentia sed vbi conciderit, & ad finem decenerit, non nisi ymbra & cinis. Cuius figura fuit statua illa Nabuchodonosoris cuius quidem caput aureum, pedes & articulorum extrema fictilia & lutea. Considerent hæc obsecro, qui rebus terrenis hodie in tantum adherentes, voluptates mundi conlectantur, ijsque immergi gemunt. Quod in veteri Testamento ita designauit Deus: inter cætera namq; quæ in tabernaculi vsu parari iussit, vasa, lebetes duos concianari ad suscipiendos cineres.

**Regnum**  
**mundi ini**  
**tio magnū,**  
**sed postea**  
**in cinerem**  
**evanescit.**

*Exod. 27.* res voluit: ut hinc colligeremus, primam nobis curam esse debere, colligere cineres mundi scilicet, in cineres & pulverem redigendi, finem inquiri.

*Mundus à magnis incipit, & in parvis definit.* Mundus à maioribus, contra vulgarem naturæ à minimis incipientis ordinem, originem sumit, & in parva definit. Gigantes turrim Babel edificaturi alta conceperunt, sed in linguarum confusionem deliere, somnia Nabuchodonosor ab arboribus sumptere exordium & in radicibus finierunt: regius Christi in Ierololyam introitus ab oratione & regno inceptit, *Benedictus, qui venit in nomine Domini: a uerex Iudaorum*: & in cruce finit, *Tolle, crucifige*. Mundus denique a voluptatibus & deliciis incipit, in tormento, & ærumnis expirat. In Apocal. namque scriptum est, *Quantum fuit in deliciis, tantum datus illi est tormentum*. Testis sit dines ille epulo, qui epulatus quotidie splendide, tandem sepultus fuit in inferno. O triste & infelix regnum!

*Ioan. 3.* Huc respexit in Euagelio Dominus, cum in nuptiis Canensibus diceret, *Omnis homo primum bonum vinum ponit, postea id quod deterius est*. At non hæc Dei agendi est ratio, qui à minoribus solet incipere & paulatim ad maiora progressum facit, ab ærumnis scilicet ad gaudia, à paupertate ad opulentiam: à cruce ad regnum delabitur. A carcere Ægyptio Iosephum ad honores & regiam dignitatem euocat: Danielem à leonibus ad palatium & purpuram sublimat: Mardocheum à ciliicio, & cinere ad trabeam, & honores regios euehit: denique à cruce & monte Caluarie Christum ad regnum sempiternum promouit. Vnde Apostolus: *Factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen*.

*Deus à paruis incipit, & in maiores definit.* Ita magnus ille Deus à grano incipit sinapis, & in arbores proceras definit. In magno creationis opere ab imperfecto & indigito chaos auspiciatur, & in mundum perfectum, numerisque omnibus absolutum definit, à piscibus & auibus initium duxit, & homo microcosmus operis exiit finis. Idque iuxta communem naturæ ordinem, quæ à minoribus sensim & paulatim ad maiora ascendit. Prius enim, ait Aristoteles, vita

plantæ postea animalis, tum demum hominis viuimus. Ita Ecclesia, ipso sui initio parua, & tandem excrefcens in immensum, grano sinapis per similes est.

Hinc ipsa in sacris literis lunæ nomine dici solet, Psal. 88. & Cantic. 6. nam ut noctiuagus ille planetes initio exiguus est, & non nisi tenuia cornua ostentat, minuiturque, donec in orbem coalescat: ita Ecclesia ipso sui exordio tenuis & perobscura fuit, sed excreuit deinde & ad finem usque sæculi excrefcet, atque immensum augebitur, donec totum orbem impleuerit. De solo igitur Iesu Christo dici potest: *Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum*. Nec aliud aduersus Donatistas, qui Ecclesiam uarietalem exiguo Africae angulo cõcludebant, uti & hodie Caluinistæ eandem Genearum terminis circumseribunt, Augustinus telum dirigit, quam hac depromptu pharetra: ostendendo nimirum Ecclesiam, tanto tempore elapso, tam exiguis non posse finibus cõtineri. Verba eius hæc sunt: *Ecclesia luna similis est: si quis nouam lunam primo & secundo die non uideret, dignus est uenia, qui autem iam plenam non uidet, cæcus est*. Valentius & maiores editurum plagas crediderim telum hoc aduersus Caluinistas nostros torqueri posse. Si enim Donatistas cæcutire dixit Augustinus, quod Ecclesiam, quæ quadringentis iam annis post Christi ascensionem durauerat, non uiderent: quid de Caluinistis, nostræque tempestatis hæreticis dicendum, qui post mille quingentos annos, non modo Ecclesiam non uident, sed ne uideri quidem posse contendunt, eamque penitus inuisibilem asserunt: sed plura hic non recensendo, ut ad propositum thema reuertar, simile est regnum colorum grano sinapis.

Cæterum opera Dei ab exiguis & paruis Opera Dei principii initium ducunt, ac finis & exitus à paruis inchoantur. Primi Euangelij præcones disseminatoresque, fuerunt piscatores indocti & ignari, & ecce, celeberrimi mox Philosophi, reges potentissimi, tyranni crudelissimi, cultuque idolorum dediti ipsam amplecti sunt, & tumētia corda eidem submittere, perspectum hoc habebat magnus ille legis doctor Gamaliel, cum diceret:

Ecclesia lunæ comparatur.

Caluinistæ rum cæci-tas Ecclesia non uidentur.

Matth. 13.

Act. 5.

ce: et: Si ex hominibus est consilium hoc, statim dissolvitur, si autem ex Deo; dissolvi non poterit, sed pravalebit.

Lib. 2. de bon. discip. cap. 14.

Hinc evidenter colligi discrimen poterit, inter Dei & hominum opera: divina siquidem ab humili auspiciantur, & in gloriosum & spectabile desinunt; humana vero a fastu ducunt exordium, quotidieque decrefcentia in nihilum tandem & metam infamiam desinunt. Egregium hanc in rem apologum refert Crinitus, Cucurbita scilicet pino confitam, in altum excrefendo ramis eius implexam, insolescere cœpisse, auctamque viribus viroreque, his arborem verbis allocutam: En, vides, ut te supero, ut amplius folas, ut virore presto. Pinum vero, insolentiam deridendo subintulisse, equidē aliquot iam brumas & ætates pertuli, varias cœli iniurias exhibilans, gelu hyemes, calorem, æstum superavi; & integra, ut vides persevero, fortunæ invidia fractura: te vero ad primam cœli iniuriam & rigorem borealem superbas hasce comas deponentem vidbo, & insolentiam compellet aeris inclementia, ac tunc cornua depones & cristas: mox enim ut frōdissuus defauite inceperit Aquilo, folia tua destuent, flores emorientur, fructus putrescent, omnisque decor & splendor, ob quem tantopere te modo effers, emarcescet. Quod Alciatus, mundanam felicitatem in momento evanescentem exhibilans, egregio designavit emblemate. Verba dabo:

Ambi. 124.

Aeriam propter (id est prope) crevisse cucurbita pinum

Dicitur, & grandis luxuriosa coma.

Cum ramos complexa, ipsumq; aggressa cacumen,

Se prestare aliis credidit arb. ribus:

Cui pinus: nimis brevis est hæc gloria: nam te

Protinus adueniet, qua male peris, hyems.

Iterum igitur repero, quod dixi inter cœli terræq; opera discrimen posse constitui. An non enim veteres illæ monarchiæ; & Imperia, fastu rurgida & potestate celeberrima, à splendore & superbia; Regnum autē Christi ab humilitate & abiectione exordium sumpsit: illo videlicet à Cyro, Dario, Cæsare, Alexandro; hoc vero à Crucifixo, qui se vermem & plebis opprobrium appellavit.

Vnde de se apud Prophetam ait: Non sunt via mea sicut via vestra, dicit Dominus: quia sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltantur via mea à viis vestris.

Noui hic mihi cœceptus in mentem veniunt; & dico, Ecclesiam grano sinapis simile dici posse ob tentationes & persecutiones, quæ initio quidem exiguæ, sed antequam deficiant & sopiantur, excrefunt, & in mensum augentur. Sic Satan perfidus & versipellis ille tentator, a lapidib. cœpit: Dic ut lapides isti panes fiant, & in regna amplissima delit: Ostendit illi omnia regna mundi, dicens: Hæc omnia tibi dabo. Diluuiū à guttis incepit, quæ non nisi veperata & dumeia cooperirent, at in tantum postea illæ excrevere, tantamq; per terræ superficiem stragē edidere, ut cœlum laxatis fontibus & cataractis, in terram videretur effusum, ipsaque aqua decem cubitis summis montium fastigiis staret altior. Ad eundem etiam modum tentationes tenuæ habent exordium, sed catastrophē luctuosam, & damnā adferunt gravissima.

Tentationes initio exiguæ, sed in fine magna. Matth. 4. Genes. 7.

Infamis ille & mortalium scelestissimus

Judas ab oscuio cœpit, & in cruce finiuir: 22.

vt verum esse Philosophorum hoc axioma

conferatur: Parvus error in principio, maximus

est in fine. Ægypti namq; plagæ à muscis, & à

ranis cœptæ in cruentatos annes & primo-

genitorum stragem desiere. Sicut tentationes

initio instar mulcarum sunt, sed in fine, ele-

phantos magnitudine, crudelitate homici-

das & sicarios superant.

Innuere hoc sacra Scriptura dum conatur, metaphorice locuta est. Elaias enim ait: Esai. 14.

De radice colubri egredietur regulus, i. e. quærum

ipse quidem possum capere, 1. etatio exigua

& brevis, aliam longe grauiorem & maiorem

parit, vel, Tentatio, quæ instar colubri

mordet & pungit, peccatum progignit;

quod, non secus ac regulus corpora, animas

disperdit & interficiat: vel iuxta Euange-

lium, Granum sinapis in arborem excrefcit.

Ipsa quippe tentatio in ingressu non nisi vul-

pecula est: quam haud dubie in Canticis intel-

lexit Ipo sa, dum ait: C. pite & vulpeculas quæ

demoluntur vineas. at in fine leonem rabiē

præfert, omniaq; deuorat & ablorbet, Tan-

quam leonugiens circuit quarens quem deuoret. 1. Pet. 5.

Idem



Ecclesi.

mon Omnia flumina intrant in mare. Quidquid enim mundus suggerit aut offert, initio quidem mel & ambrosia est, at finis amaritudinem & absinthium præfert: Deus autem è contra amara & difficilia in principio propinat, & dulciora & mellita in fine. Israclitas in Ægypto lactucis syluestribus pavit, quos deinde manna omnem in se suavitatem continentem in deserto refecit. Et ut eadem Mosis virga, quæ in regno Pharaonis aquas in sanguinem cõmutarat fontem aquæ salientis petra elicuit, Samson è mandibula, qua Philisthæos plurimos Orco dimiserat, fontem aquæ dulcis eduxit: ita etiam sæpius accidit, ut è rebus initio quidè amaris, inspidis & permolestis incredibilis dulcedo, iucunditas, delitiæ, voluptasque oriatur; & quod initio sinaperat, postea in arborum fructuum suauissimorum feracem excrescat. *Simile est regnum caelorum grano sinapis.*

Exod. 16.

Exod. 7.

Iud. 13.

Matth. 13.

IV.

Fides grano sinapis comparatur.

Matth. 17.

Spec. exempl.

dist. 279. §.

145.

Historia admirabilis.

Matth. 17.

Absolute me partem hæc credebam, sed aliud quod de sinapi dicendum occurrit. Dominum scilicet Iesum sinapis grano fidem aliquando similem esse dixisse, si habueris fidem sicut granum sinapis, id est, ardentem & flagrantem. In quam rem egregiam & scitam referam historiam, quæ huc optime facere videbitur. Calipha Tartarorum rex cum anno salutis humanæ M. C. XXV. Christianos omnes imperii sui finibus excludere & exterminare vellet, quidam ex aulicis consultus esse putavit eos à cõcepta opinione deducere, quos verbis Evangelii ad fidem mutandam facile persuaderi posse aiebat; docuisse nimirum dicebat in Evangelio Iesum Christianorum Deum, si habueris fidem sicut granum sinapis & dixeris monti huic: Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. nihil autem huiusmodi illos effecturos putabat. Hoc ille consilium probans, omnes mox convocari Christianos imperat, peritque num Christus in sermonibus verax sit, & Evangelium certissimum; quibus ita se rem habere dicentibus Christianis, hunc mox locum produxit, quem nisi reipsa ante decem dies comprobarent, omnes se neci traditum cõminatus est. Episcopi & sacerdotes, Christianis per omnes regni limites diffusis triduanum mox ieiunium, orationibus subnixum

indixere, quo Deum sibi propitium redderent. Cum iam constitutum tempus advenisset, & omnes una cum rege unum in locum conuenerint, in nomine omnipotentis monti cuidam altissimo vnus eorum imperavit, alium ut in locum transmigraret; & ecce, rem mirabilem! mox loco cessit, veritatemque dicti Evangelici patefecit.

Idem propemodum reuertit Paulus Venerus dum rerum Orientalium historiam te- *Lib. 1. d. 17.*  
gionibus. *Orient. c. 8.*  
xit; receperit enim Satacenis Evangelio Christi insultantibus, eiusque auctoritatem & veritatem eleuantibus; huncque in primis locum, in quo de montibus per fidem transferendis agitur, obicitibus; Christianos id reipsa declarasse, cum montem excelsum, haud procul ab urbe Tauro, precibus suis alio transtulere, quod & ad thematis nostri expositionem videtur facere, quo dicitur: *Simile est regnum caelorum grano sinapis.* *Matth. 13.*

Ceterum inter omnia semina & grana, sinapis videtur esse vilissimum: nihil etiam quidè Deo verbo Dei & prædicatione Evangelica, quæ oculis non Christianis Ecclesie suæ agro cõcredidit, esse nus videri videtur oculis mundanorum abiectius, at paratioram Deo & Angelis nihil eadem haberi aut fingi potest excellentius. Omnes quippe flosculi Rhetorici, omnis Theoria physica, omnia argumenta philosophica, non nisi fabula quadam sunt, si cum doctrina Evangelica comparentur. Testem rei huiusce habeo Davidem dum canit: *Narrauerunt Psal. 118.*  
*mibi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua, I-*  
ipse quoque gentium Apostolus Paulus verbi Dei contemptoribus agens post futuris temporibus venturos ait, qui pseudopphetas & doctores prurientes auribus sequendo, à veritate quidem auditum auerent, ad fa- *1. Tim. 4.*  
bulas autem conuertentur.

Hinc Christus summus ille doctor verbū Deum esse voluit humile & abiectum, qui & prædicationem suam humilibus verbis, nullo ascitio adhibito furo, exposuit parabolis, similitudines, aliaque vulgaria argumenta, obuiis è rebus producta adhibendo; meram & nudam simplicitatem demonstrando, utpote qui nulla schemata, colorem nullum, nullumque artificium quaesierit. Et consulto quidem, quod veritatem resque *verissi-*

verissimas doceret, quæ nullo fucò aut colore adulterino opus habent, vt mendacium & dolus. Hinc veteres illi Philosophi, vt ea quæ docerent quamuis è mendacijs cõflata, vera esse comprobarent, verbis plurimis ijsque ad fucum compositis & coloratis vtèbatur. Ita scilicet mendacium colorari & palliari oportebat.

Solent mulieres deformes & corpus distortum habentes, fucò sibi & pigmentis venustatem conciliare, atque a iâ formam parariam facere; pulchræ vero & formosæ huiusmodi fucos & purpurissam abhorrent. Mendacium, vt hoc proposito adaptem, deforme est vt quod maxime, turpe, sordidum: quod vt deformitatem, turpitudinẽ, imperfectiones reliquas tegat; eloquentiæ fucò opus habet; at prædicatio Euangelica, verbum Dei, ipsa inquam veritas, quæ & pulcherrima & nitidissima est, nullo indiget artificio aut ementito habitu. Adeo vt non modicam Euangelio iniuriam irrogetis, qui verbis ad artem compositis, stoculis scholasticis, & Rhetoricis coloribus ipsum colorare & exornare contendit. Heu igitur seculi nostri pestem ac labe in quo plurimos reperire est concionatores qui eloquentiam magis suam ostentant, quam ad virtutem auditores exstimulant.

O calamitatem singularem! Hac de re conquectus olim est Dominus, cum de disertis & sui iactatoribus concionatoribus Ieremias ait: *Nunquid nõ verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petras? Nihil autem aliud verbis illis designatum voluit, quam Euangelij, quod est verbum Dei, concionatores, non ad instar adulantium oratorum philosophorumque, sermonem debere componere, sed instar ferratorum zelo succendi, instar latomorum adamantina, & pertinacia corda perfringere oportere; idque simpliciter & nativè sine vilo fucò aut schematum colore. E quo singularem sæculi nostri concionatorum vanitatẽ colligere datur. Quid si hostis vrbis huic immineret eandem eversurus, & excubitores & præsidarij loco pilorum, missilium bolidum & hastilium flores eiacularentur, rosas & lilia spargerent, non gladios sed ferra vibrarent; ane hoc modo*

hostem propellerent? nequaquam. Eodem profus vos modo agere certissimum est concionatores; rempubl. Christianam & animas vniuscuiusque præsentissimo periculo exponentes. Quando enim inimici nostri; peccatum, hæresis, dæmon Ecclesiam oppugnant tantum abest, vt eisdem verbo Dei propulsetis, fortissima validissimaque; sacra scripturæ arma adaptetis; vt etiam ad aniles fabulas recurratis, conceptus seculares & gentilissimum redolentes adhibeatis, & historijs profanis, nonnisi stoculos, elegantias, novitates, deliciasque rhetoricas seligatis, itaque hostes in Ecclesiæ arcem admittatis: cum potius verbis grauibus, minacibus, castigantibus opus foret, quibus & peccatores expugnaretis, vitiaque iugularetis. Sed ehe nonnisi verba aurea, mellita, fucata, elegantia, ementitæ pulchritudinis, sed tamen elumbia, hodie in cathedris regnant.

Notent, obsecro, hi comminationem illam quam Ieremias Prophetia scriptam legimus; qua maledictus declaratur is, qui facit opus Domini fraudulenter, & gladium suum sanguine veretur tingere: *Maledictus qui facit Ierem. 48. opus Domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.* Per antonomasiam autem & excellentiam opus Domini vocatur, salus animarum: quod ille fraudulenter agere perhibetur, qui in concionibus placere auditoribus eorumque auribus seruire contendit. Hoc scilicet est, Euangelium fallere, hoc est, in verbis Dei fucum facere, hoc est, veritatem stultitiæ ergo deserere. Nam doctrina hæc simpliciter & candide, nulloque adhibito pigmento tradi debet.

David rex non prius cum Goliada manus conserere potuit quam Saulis arma exuisset: quod diuinitus factum est, vt nimirum singularis hæc victoria non armis regijs, sed diuinæ protectioni ascriberetur. Ad eundem modum, non vult mundum aut peccatum, gigantes illos colossæos, regijs Philosophorum vel Oratorum armis superari Deus, sed solo pedo & lapidibus ad terram deijci, quibus tamen nihil ad pugnandum haberi potest vilius. Hinc in primos sui præcones, non Philosophos, sed idoras, piscatores, om-

simile.

Ierem. 23.

simile.

1. Reg. 17.



I. Cor. I.

nium scientiarum ignaros selegit. quod Apostolus Gentium innuit dum ait: *Videte vocationem vestram fratres; quia non multi sapientes sunt in mundo, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, et non gloriatur omnis caro in conspectu eius.* Hæc omnia occasione grani sinapis dicta sunt, quod tamen omnium granorum minimum, paulatim excrecens, patulisque luxurians comis fit arbor, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius.

V.  
Quid aues  
hæc desig-  
nanc.

Arbor porro hæc, quæ ab exiguo hoc sinapis grano pullulat, ut paulo ante iam dixi, vniuersum Ecclesiæ corpus est, rami vero, diuersi eiusdem status, Religiosi inquam, Laici continentes coniugati. S. Hilarius per aues Apostolos designari putat, qui instar lusciniæ in ramis Ecclesiæ confidentes, iucundissimam prædicationis Evangelicæ harmoniam & concentum edunt: ad quem alulic Psalmodographus dicens: *Praenerunt principes coniuuati psallentibus.* S. Gregorius autem ijs iustorum animas denotari credit, qua leuibus in sublime, ad diuinorum vsque mysteriorum contemplationem alis eleuantur, ad quam magni illi Philosophi nunquam pertingere potuerunt. Alij vero per aues has arboris ramis insidentes, Confessores, Doctores, Martyres, Virgines, ceterosque iustos, qui in sacro Ecclesiæ statu viuunt, denotari volunt.

Psal. 67.

Homines  
auius com-  
parantur.

Equidem per eadem homines intelligo, quippe quos ad cælestia Deus condidit: in quo nemo iure reprehendet, nam ut multa auium genera sunt, ita & hominum. Est imprimis auium regina aquila, quam hoc nomine dictam credo, quod vaguibus & aculeis ceteras aues decerpat & laniet: inter homines, ita & plurimos reperire est, qui instar aquilarum, cæteris præest: & dominari contendunt, aliorum exitium & interitum moliantur, sanguinem proximi exsugunt, & vicinos penitus depascunt: in quo thamo Sichimitarum similes illos esse crediderim, qui regnandi flagrans desiderio, se & socias arbore in exitium traxit dum conflagratione simul omnes perire.

Ind. 9.

Secundum locum teneat pelicanus, qui

pectus rostro perfodiens, sanguinemque efficiens, eodem pullos fouet & pascit. Inter homines quoque plurimos reperies, qui, quo filios locuplerent, amplamque illis hereditatem relinquunt, non pectus & viscera, sed sanctam Dei legem perfringent, atque ita sexcenta animæ peccando vulnera infligunt.

Homines  
nonnulli  
pelicano si-  
miles.

Tertium struthio, quæ natura grauis, Alij Struthionum. nunquam in sublime euolare potest, ac terra quodammodo adhaerescens, cursitando, calcibusque terram percutiendo, volitat. Hunc nonnulli etiam homines imitantur, quorum omne studium contentioque, quasi perpetuo hic victuri, & immortales à Deo conditi essent, erga terrena hæc fragiliaque versantur, quibus affixi nunquam animum ad superna sustollunt, nec medicatione in cælestibus versantur, corporis periturisque nimium immergi. Quos item similes esse censeo pisci illi, quem Apostolus Petrus olim dragmam ore preferentem, reti conclusit: nihil enim cogitant aut loquuntur aliud, quam pecuniam, aurum, talenta lucrum, fœnus, vsuram.

Quartum pauo, qui exterius quidem Alij pauo- auium pulcherrimus est, & patulo pennarum examine superbit: ac ingratiſsimam vocem eius vel cantum nemo ferro potest. sunt & inter homines, qui vestibus suis & schemate exteriori, purpureo aut byſſino, superbiunt, turgent & insolent; ac mox, ut os in loquelam resoluunt, non nisi ineptias, lasciuam, sordesque meras, mundum & carnem sapientes, loquuntur, bonis omnibus merito graues & ingratas. De quibus agens Psalmita ait: *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Psal. 5.

Quintum & postremum lusciniæ, aedon, Alij lusciniæ & philomelæ. philomela, acanthis, aues Canatiæ, aliæque plures, quæ exigua quidem corpore, harmoniam tamen edunt iucundissimam, & cantu suo vnumquemque recreant. Hi sunt religiosi, mundo quidem viles & contempti, cunctos tamen ad virtutem exstimulantes, ad probitatis semitam deducentes, de Deo & rebus cælestibus perpetuo agentes. Sunt scilicet columbi illi felle & nequitia carentes, simplices, in conuictu faciles, nemini graues aut noxij: sunt turtures perpetuo gementes & aridis semper ramis insidentes, dum sua aliorumque pecca-

peccata assidue deplorant, & afflictiones Ecclesie lamentantur. Atque omnia hæc auium genera in arboris huius ramis nidificat, tam iusti quam peccatores, tam scelesti quam innocentes & integri: alij quidem in ramis vitæ monasticæ, alij in status Ecclesiastici, alij denique in status coniugalis.

Duo auium genera.

Sed audite & alium conceptum: quorquor aër aues educat, ad duo reuocari capita possunt; aliæ quippe sunt rapaces & prædæ asuetæ, aliæ vero cicures & mansuetæ: omnes quidem hæc, si notastis in arboribus nidificat, ea tamen inter vtrâsq; est differentia, quod rapaces non nisi noctu nidum visitent, per diem prædæ inhiantes, & circumquaq; efecquirendæ gratia volitantes: aliæ vero noctu diuque nidis insideant, pullos excludentes, alarum sordes expurgantes, plumas mudantes rostrum tergentes, & suavissime per aera cantillant. Sunt quoque duo hominum genera, mali inquam, & boni: illi sunt aues prædatrix, hi cicures; ambæ tamen super arbore Christi Iesu sedentes, eo tamen discrimine; quod probi & iusti nullo non tempore eandem frequentant: siue enim optima valetudine gaudent, templa adeunt, sacramenta percipiunt, concionibus interfunt, siue eum aduersa luctentur, à cœptis tamen pietatis operibus in quantum per morbum licet, non resiliunt. At improbi, non prius ad hanc Ecclesie arborem volant, quam tenebræ ingruant; non prius de Deo cogitant; quam densa grauioris afflictionis nox superuenierit: cum enim lecto affixi decumbunt tunc vitæ emendationem spondent, in pauperes elemosinas effundunt, sacra celebranda indicunt, orationes aliorum exorationesque sanctorum exposcunt. Sed mox, ut pristinae sanitati restituti sunt, ad ardorem hunc redire amplius nolunt: nam qui alex & lusu dediti prius erant, dediti manent; si antea furabantur, tunc nondum furari desinent.

Duo hominum genera.

Circa vitæ igitur vesperam & occiduos ætatis canos ad Deum sese conuertunt, templa frequentare incipiunt, conscientiam in tuto collocant; reliquo tempore, velut in meridie, discurrunt, vitia consectantur, voluptates diripiunt, mundum ambiunt, ac non nisi rapto viuunt. O aues infaustas ac nefandas!

Tom. I. Pars Hyemalis.

sed iam primæ parabolæ finem imponamus, & de alia iam aliquid dicamus, cum hoc initio propoluerimus.

Altera quam Euangelium hodiernum continet parabola, de fermento est, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum, cui regnum celorum simile esse dicitur. Chrysostom. inter præcipuos parabolæ huius interpretes; ait Ecclesiam fermento huic assimilari. Nam ut fermentum exiguum licet & vile, massæ pistæ insertum, eandem subleuat & in alium saporem commutat: ita Apostoli, numero pauci, & ignobiles, nulla rerum scientia donati, prædicationibus suis totum mundum conuiuere, eumque velut panem sapidissimum, Deique mensa dignissimum, reddidere.

VI.

Ecclesia fermento comparatur.

Chrysostom. interpretat.

Antequam manum profundius fermentari huic massæ indamus, diuinam hic sapientiam prudentiamque, pro rerum proprietate singula exponentem, notemus. In prima parabola regnum celorum simile esse ait grano sinapis, quod accipiens homo seminat in agro suo, iam vero fermento assimilatur, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus: ut differentiam esse denotet inter viri & femine opera. Neque enim pro rei decoro foret seminare mulierem, & virum pinsere. Adeo ut Christus hic insinuarit, virum in familia rite ordinata, consentanea vitæ, & femine conuenientia opera gere oportere, & regulam illam grammaticorum quam maxime hic locum habere.

Deus pro rerum proprietate loquitur.

Vir & femina sua quisque operahabeat.

Omne viro soli quod conuenit esto virile.

Deut. 22.

Vetuit in veteri Testamento Deus, ne quis vestem è diuersis contextam materijs gestaret, scilicet & lineam & laneam, quo designatur, indecens esse, munia & officia, quæ simul constare nequeunt, assumere, id est, vitiles simul & muliebres partes agere: neque enim vllam hæc cum illis habent similitudinem, quid namque est aliud, viros femininis officijs se ingerere, & feminam virilibus quam rerum à Deo constitutum ordinem peruertere, & merum chaos inducere.

Mirum profecto est, animalia quædam in rerum natura reperiri, quæ in duobus elementis

Animalia amphibio.

X

mentis

mentis sibi inuicem admodum contrarijs viuant: qualia sunt rauæ, metgi, crocodili, glires marini, aliaque huiusmodi, quæ Græci *αποφισιν*, Cicero libro de natura Deorum *incipites hostias* vocat. At multo magis mirum reperiri viros qui modo muliebres partes & viriles modo assumant, mulieres item, quæ modo matrem, modo patrem familias agant.

*Prov. 11.*  
Mulieris  
est solius  
familie cura  
tam gerere.

*Tit. 2.*

*Gen. 2.*

*Psal. 122.*

*Matth. 13.*

Sunt quædam in S. scriptura quæ in bonam, tum in malam partem capiuntur.

*Apoc. 5.*

De frugi & cordata muliere ita locutus est in Prouerbijs Salomon, *Considerauit semitas domus sue & panem otiosa non comedit.* Id est, prudentis & œconomæ matris est, semper agere, familiæ suæ prospicere, ac de sola re familiari cogitare; viri quippe partes sunt, externa negotia pertractare, rebusque grauioris momenti vacare. Quod & Apostolus Paulus, Titum in Episcopatus munere instituens admonere non erubuit, *Inuenculas adhortare ut sint curam domus habentes.*

In rerum creatione Deus ait, *Germinet terra lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum:* pomi videlicet poma, pruni, pruna, ita cætera ceteros fructus proferant; quod & in operibus hominum locum habere voluit, ut scilicet unusquisque agat, quod est natura ei facere incumbit, viri virilia & mulieres tractent muliebria. Quam operum diuisionem adhibet & Dauid dicens, *Sicut oculi seruorum in manibus Dominorum suorum: sicut oculi ancille in manibus dominae suae,* &c. quibus è verbis manifesto colligere licet, in familia morata, optimis que legibus instituta diuersitatem aliquam functionum inducendam, ut pater familias seruo, domina ancillarum curam habeat. Huc me fermentum abripuit, hancque verborum mixtio hæc causata est: sed iam ad lineam, simile est regnum cælorum fermentum.

Obiter autem hic notandum, *fermentum*, aliquando in bonam, in malam aliquando partem capi: sunt enim quædam in sacra Scriptura scriptura quæ in bonam, tum in malam partem capiuntur. Verbi gratia, Leo interdum Christum denotat, ut in verbis illis Apocalypcos, *Vicis Leo de tribu Iuda:* interdum demonem, sicut in Epistola Petri Apostoli. *Auersarius vester diabolus tanquam leo*

*rugiens.* Serpens interdum Satanzæ symbolum est, *Serpens decipit me,* interdum Messia, *Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Aues quoque Luc. 8. demones denotant, qui sementem verbi Dei è cordibus auditorum vellicant, hodierno vero in Euangelio pro iustis capiuntur. Ita & fermenti vocabulum in nequiores partem interdum accipitur, ut Luc. 12. *Cauete à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis:* Et in Epistolis Paulinis, *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Hoc autem loco in meliorem, cum regnum cælesti huic simile esse dicatur.

His ita constitutis, vocem fermentum diuersa in sacra Scriptura significare competitio: Primo namque doctrinam aliquam hominum denotat, ut quando Dominus Iesus, ut à fermento Pharisæorum sibi cauere, auctor fuit, *Cauete à fermento Pharisæorum & Sadducæorum,* eo quod traditiones hominumque institutiones edoceret atque hanc esse putat causam Origenes, cur in lege Mosæica fermentum à sacrificijs excluderetur. Verba cautionis hæc sunt, *Dum autem obtuleris sacrificium oleum in clibano, de simila, panes scilicet absque fermento conspersos oleo,* &c. Omnis oblatio, qua offertur Domino, absque fermento fiet nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini. Secundo pro malitia accipitur: vnde Apostolus, *Ex purgato vetus fermentum, ut sitis azymi.* Atque hæc forsitan fuit ratio, cur in Exodo, dum magnus Paschalis comederetur, nemo fermentum domi afferre sine piaculo poterit. *In die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicumque comederit fermentum, perbit anima illa de Israel.* Tertio prædicationem Euangelicam designat, ut hoc loco, *simile est regnum cælorum fermento.*

Hæc igitur mulier quæ farinam hic subiigit, Ecclesia est, in qua Euangelica prædicatione exercetur: mulier inquam de qua verba illa assentatorum Holofernis usurpare liceat, *non est talis mulier super terram, in aspectu, impulchritudine & in sensu verborum: mulier illa fortis, de qua in Prouerbijs Salomon, Mulierem forte quis inueniet, mulier illa Apocalypcos, amicta sole, lunam pedibus premens, duode-*

*1. Pet. 4.*  
*Gen. 3.*  
*Num. 21.*  
*Ioan. 3.*  
*Luc. 14.*  
*1. Cor. 5.*

Varie verbi  
fermentum,  
significa  
tiones.

*Hom. 5. in*  
*Leuit.*

*Leuit. 2.*

*1. Cor. 5.*

*Exod. 12.*

*Matth. 13.*

*Ind. 11.*

*Prov. 31.*

*Apoc. 12.*

Tria farinae  
sata expo-  
nuntur.

duodecim redimita stellis, quamque draco persequatur. Tria autem farinae sata, quibus fermentum inferitur, triplex dici lex potest, naturæ, Mosaica & Evangelica: hæc enim tres in Ecclesia tractantur: sunt etiam fides, spes, charitas: de his enim tribus in concionibus Evangelicis agitur: sunt oratio elemosyna & ieiunium, hæc enim tria fideles edocentur: sunt paupertas, obedientia, castitas: nam tria hæc Evangelica doctrina ad perfectionem consulit: sunt denique contritio, confessio & satisfactio, in his enim tribus poenitentia vera ac genuina sita est, quam toties Evangelici præcones annuntiant. O farinae dulces ac caræ! sed eorum in primis fermentum, quod omnia hæc subleuat, producit ac fermentat! De quo iam plura non dicam, vt finem duabus hæc parabolis imponam.

Conclusio. Vos vero auditores, horum omnium memoriam conseruate, parabolæ has nolite obliuisci: reminiscamini Christum ideo regnum cælorum grano sinapis contrulisse, vt edoceret, non prius regni cælestis composites nos fieri posse, quam humiliter de nobis ipsi sentiamus, & in oculis propriis parui simus. Humiles siquidem Deus & demisse de se sentientes amat & amplectitur: superbos & turgidos execrat. Imitamini ad hæc auiculas, quas in arbore hæc videtis nidificantes, exiite naturam animalium terram semper intuentium, & ventri obsequentium, ac auim assumite, in altum euolate, diuina contemplantini, oculos mentemque in altum sustollite, & sacra mysteria meditamini, fermentum autem malitiæ relinquite, caute à fermento hypocrisis, fermento prauorum dogmatum, sermo illo nefando quod bonos mores destruit, & animarum nostrarum farinam corrumpit & acidam reddit.

Hanc porro tu nobis gratiam concede, omnipotens Deus, exuberantissime bonorum fons, animarum Redemptor, seruator orbis: tu, inquam, qui vere granum sinapis exististi, paruum in ortu, paruum in stabulo, paruum in deserto, paruum in passione, & in cruce paruum, sed, qui deinde post resurrectionem, post gloriosum ab inferis

reditum, post triumphalem ad cælos ascensionem adeo magnus effectus es, vt in arborem procerissimam, cæterasque arbores magnitudine superantem exereueris, cuius sub umbra & ramis, tot aues nidum struxerint, tot animæ sanctæ & piæ delituerint, mundum tibi vt adhererent deferentes. O arbor vitæ, & omnium quos ad vitam destinasti refugium, nostrum esto asylum, sedes & quies, nos vero aues tuæ simus, vt à mundo secreti, & ab omnibus terrenis cupiditatibus & negotiis expediti, laudes tuas cantare & mirabilia celebrare possimus: expectantes donec plena & canora voce cantantes audire mereamur angelos, in quorum consortio omnis beatitudo nostra & felicitas vera, ad quam nos deducere dignetur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, Amen.

## DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.

Partes.

- 1 Quod labore opus sit ad salutem.
- 2 De Dei nos vocantis amore proueniens, eiusque pacto.
- 3 De Vocantis & vocatorum debito, & horum tardatione.
- 4 Qui sunt otiosi in hora undecima.
- 5 Quid à vespera & procuratore expectandum.
- 6 Quales opera sūt.
- 7 Quæ merces operariorum.
- 8 Quis quantumque denarius.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Matth. 20.

FIGVRA.

DEVS optimus maximus, cum Hebræo-  
rum peccatis ad iracundiam prouocatus, nullam cælo pluiam dimitteret, adeo, vt omnes fame se enecandos metuerent: David Rex summis precibus ab eo contendit, & oraculum consuluit, vt indignationis suæ & flagelli intentati causam reuelaret.

X 2 Cum

Cum autem vnus ob noxam Saulis primi regum Juda tantam terræ fecitatem euenisse didicisset, utpote, qui nonnullos Gabaonitarum iniuste neci dedisset, legatos quamprimum in Gabaon destinavit, qui peterent, quamnam pro iniustitia suorum satisfactionem desiderarent, aut quo manes interfectorum piaculo placari vellent. Qui dixerunt, *Virum, qui attriuit nos & oppressit inique, ira dolere debemus, ut ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis filiis Israel. Dentur nobis septem Sarii de filiis eius ut crucifigamus eos Domino.* David igitur iratum Dominum placaturus, Gabaonitisq; satisfactorius, septem è sanguine regio, de stirpe Saul, electos dedit, quos in montis vertice, in conspectu civitatis cruci affixere. Respha autem aliquorum hic suspensorum mater, casum eorum grauius ferens, & dolore propemodum exanimata, cineres conspersa lacrymis suffusa, à cruce, nec nocte, nec die decebat, sortem filiorum deplorans, qui nempe non ob suum, sed patris delictum, morte occubuerant. Hodie porro figuram hanc completam video. Adam quippe primus generis humani parens, cum Deum inobedientia ad iracundiam prouocasset: factum est, ut aqua penuria mundus laboraret, nullusque amoris, misericordiae, gratiarumque imber caelo caderet. Seniores porro & magistratus populi Israel, quorum Rex David, eum funorem hunc diuinum auertere iratumque numen placare vellent: Christum, secundum humanam generationem è posteritate Adæ descendentem, & in quo septem Spiritus S. dona, & quidem copiosissime, reperire erat morti, & morti, quidem crucis adiudicant. Quod triste spectaculum cum Respha, id est, Ecclesia, intueretur, luctu & amaritudine confecta calidis mortem eius lacrymis deplorat. Ecclesia inquam masticam & omnem iubilum deponit, tristitiam induit, & carmen lugubre & elegos decantat, deplorat inquam Christi sui sortem, morti non ob sua, sed Adæ parentis sui delicta commissaque, adiudicati. Nec satis esse putans, cineribus seipsum deuultare, & ob mortem Christi luctum induere: omni etiam ratione facit, ut fideles omnes laboribus insistant & ad beatitudi-

nem æternam secum perueniant: exemplum idcirco iis ob oculos ponit, ad quod velut ad normam vitam componant, & omnia verba & facta dirigant, quo tandem ad æternam felicitatem pertingant. Parabolam inquam proponit, ut in hac, qui in Ecclesia militante adhuc agunt, viderent sibi quid agendum sit, ut nimirum in vinea Domini darent, quo opere exacto & labore absoluto in triumphante Ecclesia, celestis inquam gaudio, mercedem recipiant. Hoc Euangelium hodiernum continet, quod ut aliqua vobis ratione prosit, summi numinis gratiam postulemus & Spiritus S. opem imploremus idq; suffragio & intercessione gloriosissimæ Deiparæ, quam Gabrielis Archangeli verbis salutemus. *Aue Maria.*

Ea semper omnium Catholicorum, Theologorum opinio fuit, opera sancta piaque ad salutem necessaria esse, laborem meritorum omnium partem, nullamq; sine labore mercedem expectari posse. Hanc dicere solebant veteres, gentiles licet ac pagani, Deos omnia laboribus vendere: apud Christianos autem iam certo certius est, Deum optimum maximum non nisi sudoribus & sanctis operibus res minimas, necdum gloriam celestem, æternamque beatitudinem, vendere: & quidquid in celo habetur gaudii laboribus & sudoribus parari.

Atq; hæc fuit ratio, cur Ægyptii laborem exprimentes, bouis caput depingerent, animalis scilicet laboribus, assueti: quod & imitantes Romani, bouem diis mactaturi, coronis & fertis caput illius redimebant: infuentes soli labori & ærumoso sudori coronam & mercedem debent. Salomon quoque dum in basibus columnarum, & in coronulis peristyliorum boues & Cherubim efformari voluit, mystice declarauit instar bouum nobis in Ecclesia, interea dum viuimus laborandum esse, si Cherubim & sanctorum sortis participes esse velimus.

In Exodo quoq; mandauit Deus Mosi, ut vela & cortinas tabernaculi, lineas, & hyacinthinas, & purpureas faceret. Purpura hæc, quæ rubicunda & sanguinea est, denotat, in Ecclesia ad sanguinis vsq; effusionem nobis laborandum esse: linum vero quod toties ma-

I.  
Opera ad salutem necessaria,

Caput bouinum laboribus Hieroglyphicum.

Cant. 5.

aus subit, tories tunditur & laboratur, antequam ad perfectionem & formam legitimam veniat, mortificationem designat: hyacinthus autem, qui caruleus color est, & cœli conuexa imitatur, æternæ beatitudinis primum. Hinc laudatur in Canticis sponsa quod digitos hyacinthis refertos habeat. Quicunque enim laborat, membraque sua mortificat, gloriæ hyacinthum promerebitur.

Matth. 11.

Cœlum non nisi laborantibus paratum.

Quod & testimoniis est sacra phareta de promptis confirmari poterit. In Matthæo quippe scriptum legitur, *Regnū cœlorum vim patitur. & viol. nisi rapiunt illud.* Perinde ac si Euangelista dixisset: Regnum illud cœleste, cuius Monarcha Deus est: purpurati, Angeli incolæ, sanctorum animæ, terminus æternitas: non nisi armis paratur, & soli violenti, id est seduli, laborantes, non vero inertes & desides, eius participes & compotes fiant, Quam deinde sententiam Apostolus confirmans, ait, *Vnusquisque propriam mercedem recipiet secundum laborem suum.* & quam ipse sexcentis allegoriis eo stabiliūm.

1. Reg. 17.

1. Cor. 3.

Dauid priusquam Saulis filiam in matrimonium acciperet, & regis gener fieret, Goliadam prosternere, conflictum inire, vitamque periculo exponere debuit. Mysterium denorat, neminem cœlestem illam filiam, beatitudinem in quam accipere, & non dico generum, sed filium Dei fieri posse (*dedit illis potestatem filios Dei fieri.*) nisi arma sumat & Gigantem illum, mundū inquam, expugnet ac prosternat. Quo alludens Iob dicere solebat, vitam hominis militiam esse super terram. Expertus id etiam erat Paulus dum diceret, *Bonum certamen certavi, cursum consummavi:* ut hinc evidens fieret non nisi laboribus mercedem & præmium parari.

Joan. 1.

Iob. 7.

2. Tim. 2.

Num. 13.

Exploratores Iosue cum è terra promissionis reuersi, fructus terræ coram vniuersa multitudine protulissent, mox dixerunt, *Terra quam iustrauimus denorat habitatores suos, ibi vidimus monstra quadam filiorum: nati de genere giganteo.* Profecto Sancti omnes exploratores illi regni cœlestis & eminus è cœlis fructum modo ostendentes, id ipsum nobis hodie inclamant, vnaque voce asserunt, per multas nos tentationes in regnum cœlorum intrare oportere.

Ipse quoque Dei Vnigenitus aperte id demonstrauit: cum enim filij Zebedæi, ambitione excæcati, & honorum sitientes, matrem honores petunt ad redemptorē misissent, ut scilicet vnus ad dextrā, alter ad sinistrā in regno illius, nullo præcedente labore, sine sudore & puluere, considerent: molli eorum superbiam responsione compescuit, dicens, *Nescitis quid petatis.* Insuperare voluit, omnes qui honores ambiunt, & laborem fugiunt, nescire, quid petant, eorumque se postulatis annuere non posse.

Cum hoc Domini responsum refero, aliterius mihi profus similis in mentem venit. Adolescens quidam cum regem Antigonum adiisset: præmiumque virtutis paternæ bello declarata petiisset, ipse autem ignauus & imbellis esset, hoc a rege modo reprehensus fuit: *Ego virtuti propria, non aliena; mercedem dare soleo.* Et profecto ea Dei nostri consuetudo est; ut vnicuique non nisi iuxta laborem & merita; mercedem retribuat. E quo manifestum reddi potest, bona ad salutem opera perneccessario requiri, & fere fatuum eum ac stolidum dici posse, qui nullo exantlato labore, beatitudinem adepturum se sperat.

Inter prima, quæ Isaac Rebecca dedit, in pignus amoris monilia, fuere armilla & ianuares. Ianuares quidem fidei, armilla vero bonorum operū sunt symbolum. Primum autem & pretiosissimū monile, quo nos Deus, verus ille animarum sponsus donat, ipsa est fides, quæ sine bonis operibus mortua est, quibus omnibus si careamus, non est quod Deo placere, aut aliquid ab eo præmium adipisci posse confidamus.

Canticorum ille sponsus, quo amorem, quo se à sponsa diligi sperabat, exterius etiam inueretur, ut signaculum se super cor & brachium ab ea poni voluit, *pone me ut signaculum super cor tuum; et signaculum super brachium tuum.* Sponsus vero in corde & brachio signatum gestare nihil est aliud, quam ex toto animo, Deum verum animarum sponsum diligere: illumque amorem operibus bonis exterius testatum facere: atque hoc est, quod tantopere Deus desiderat.

Inter ceteros, quos ab ingressu tabernaculi

lli, locique sancti introitu, Deus per Moſem arceri voluit, erant claudi, & fractam manum præferentes. An non hic allegorice designat, eos qui laborare detrectant (quod fracta manus denotat) cælo excludendos, nec auditum, nedum vllam in æterna beatitudine partem expectare posse? etiam Psalmographus declaravit dicens: *Omnis gloria filia regis ab in-*

*Psal. 44.*

*tus, in ſimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Id est omnis decor & pulchritudo Ecclesiæ, quæ est filia illa regia, in intentione, quæ laetetur intrinsecus, & bonis operibus, quæ exterius eduntur, consistit.

*Cur Deus cælum laboribus parati voluerit.*

Opera igitur bona & labores assidui ad cælum consequendum necessaria sunt, idque varias ob causas. Primo, quod cælum sit: adeo ut mirum non sit, si magnos exantlemus labores, sudemus, difficultates varias subeamus. Si enim ut minima quæque in mundo adipiscamur, sudemus, & nullam non moleſtiam toleremus, cur gloriam cœlestem gratis nobis dari velimus? Patriarcha Iacob quo ad Rachelis nuptias pertingeret, viginti

*Gen. 29.*

annis ipsi servire graue non duxit, noctes & dies in gregis commoda inuigilans, ac varias cœli iniurias sustinens, & tamen videbatur diis pauci præ amoris magnitudine, quid Rachelis est pulchritudo, si cum cœlestis gloriæ dignitate excellentiaque comparatur? Tu mihi dic Paulus, quid de illa tibi videatur?

*Rom. 8.*

*Non sunt, inquit, condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis.* Nam quamvis ad aliquot myriadas annorum vitam extenderemus, eosque diuino seruitio obsequioque impenderemus, nihil omnino hoc esset, ac ne minima quidē tantæ gloriæ particula dignum. Cicero vir prudens & in rebus ciuilibus versatissimus, audito fratrem Consulatum ambire, mox ad eum literas misit, quarum hæc erat summa: *Peregrinus es, mi frater, Roma est, consulatum petis.*

*Epist. ad Asviciam.*

Id est, Quid cogitas, quæ aspiras? quid præ tendis? an ne tu externus Consulatum ambis, & quidem in vrbe Roma orbis domina, dignitatem etiam omnium dignitatum primam. Perinde ac si dixisset: *Quicumque ad Consulatum adspirat, laboret prius necesse est, eundemque promereatur: is enim est honor, ad quem non nisi summis laboribus quis a-*

scendit. *Isdem se Christianus verbis compellet, cum cœlestem sibi beatitudinem promittit, necesse est: Peregrinus es, cœlum est, beatitudinem petis.* Nam peregrinamur omnes à Domino, & beatitudinem cœlestem petimus, qua nulla maior aut amplior, quanti igitur subeundi labores, quantum oneris sustinendum?

Secundo, quod ita homini ad salutem expedit: nam si gratis Deus cœlestem gloriam hominibus largiretur, non tanti eam sancti, quanti modo faciunt, cum pugnantibus, caro do certandoque eius se compotes factos esse perspiciunt, existimarent. Videmus enim fieri quotidie: ut ea, quæ magnis laboribus, & non nisi præuiis difficultatibus, parata sunt, gratiora & iucundiora existant, quarum dormiendo & nihil minus, cogitando compotes reddimur. Testis sit Saul, qui quod gratis, sola diuina electus gratia, ad regnum Israel euectus esset, beneficium tanti, quanti reuera debuit, non fecit, ita ut etiam se fuga subduceret, quo minus in regem assumeretur. At posteaquam Ammonitis profligatis, victoriaque amplissima obtenta, id ipsum promeruisse visus est, plurimum fecit: ac sæpenumero apud suos gloriarus est gladio se & armis regnum sibi Israel vendicasse.

Patriarcha Iacob testamentum condens, & hæreditatem inter filios distribuens, singularem præ reliquis Iosepho portionem legauit, dicens. *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrahæ in gladio & arcu meo.* Quæ verba Septuaginta hoc modo interpretati sunt: *Do tibi Sichimam præcipuam super fratres tuos, quam recepi de manibus Amorrahæorum in gladio meo & sagitta, quamquæ & Chaldaica Paraphrasis aliter hæc transferat, Ego autem dedi tibi partem unam præcipuam super fratres tuos, quam tuli de manu Amorrahæi, oratione mea, & obsecratione.* Videre quot in sensus verba hæc torqueantur: equidem viam regiam insistendo, communemque Patrum expositionem sequendo, per partem hanc singularem Sichimam, Samariæ opidum denotari credo, quam Iacob per filios suos Dinæ raptum vindicantes, omnesque Sichimitas perfligantes, ac quistam, Iosepho donauit: qui

qui quo magis Iosepho gratificaretur, sum- que amorem in eum testatum faceret, aper- titus partem & hereditatem se tradere affe- rit, quam multo sudore & summo vitæ dif- crimine sibi pepererat. Docere nos quin et- iam voluit, ea quæ magna difficultate paran- tur, cariora & gratiora esse ijs, quæ stertendo ac sine labore nobis obveniunt. Hinc voluit Dominus violenter nos cælum rapere, & su- dore molestiaque gloriam immortalem ac- quirere: vt nimirum eo sit acceptior, plurif- que eandem faciamus, quã si gratis ad ipsam deuenissemus.

Hodierno id Euangelio, sub egregiæ ca- iusdam parabolæ inuolucris, expositum vi- deo, in quo regnum cælorum patrifamilias, summo mane ad operarios in vineam suam conducendos eunti simile esse traditur: qui- buscum dum ille ex denario diurno conue- nisset, in vineam suam singulos destinavit, qui deinde sepius diuersis temporibus egres- sus & alio vinitores repetens, ad eandem omnes misit. Cum vero iam sero factum ef- set, vocato procuratore domus, singulis de- narium, prout cum vnoquoque stipulatus erat, persoluit. Historiæ seriem Matthæus descripsit: è qua vt aliquid in rem vestram adducam, primo de vinea vinitoribusque, deinde de mercede & denario loquar.

Vix parabolæ huius limen ingresso quam- primum etiam minus cogitanti occurrit, pa- trem hunc familias esse Deum: vinitores, nos omnes: vineam Ecclesiam, & denarium, ipsam beatitudinem. Vineam igitur Ecclesia est, tam triumphans quam militans, quod in hac vinitores conducantur, in illa vero præ- mium accipiant. Paterfamilias siquidè haud dubie ipse Christus est: redemptor noster, aut secundum nonnullorum interpretationem ipse Deus Pater, ipse enim communis omniũ nostram pater est, & paterfamilias, qui dili- gentissimam creaturarum suarum curam gerit, quique mundi rebus hæcenus semper so- lertissime prospexit ac prospicit. Sed ita, vt primo mane semper exeat mature directurus & dispositurus.

*Exiit primo mane.* Tantis Patris nostri in filios amor & affectus est, vt eum è somno dormientem excitet, quo ad nos querendos,

conducendos, meritaque nobis adaugenda exsurgat. Non etiam sine emphasi dictum est: *Exiit primo mane.* Notant enim doctissi- mi quique sacræ Scripturæ interpretes, & præsertim Hebrææ linguæ periti, matuti- nam illam è somnis excitationem, magnum aliquod desiderium & amorem vehemen- tem innuere: Exempli gratia, vbi in Prouer- bijs in Vulgata legitur, *Qui diligit filium, in- stanter erudit:* in Hebræo legitur, *Mane dilu- culo erudit.* Quasi dicitur, in eo maxime pa- tris erga filium amor elucet, quod eundem magna contentione diligentiaque summo mane erudiat. Quin & eodem libro cum de pellaci meretricis alloquio, quo adolescen- tem in illicitum concubitum pellicere cona- batur, agitur, dixisse fingitur, *Egressa sum in occursum tuum desiderans te videre.* quæ verba ad fontes Hebraicos reuocata sic leguntur. *Egressa sum, vt mane consurgerem ante faciem tuam.* Quasi dixisset, ita me tristis absentia tua affecit, itaque tui videndi desiderio fla- graui, vt summo mane surrexerim, quo vul- tum mihi carissimum intuerer. At maior lon- ge Dei in nos amor est patrisque huius cura & affectus vehementior.

Quæ duo vt sacra Scriptura exprimeret, metaphoricum loquendi modum adhibuit. Describitur quippe pater hic in Psalmis su- per Cherubin ascensisse, & ventorum admi- niculo per cælos terramque volitasse, *Et Psal. 10. ascendit super Cherubin, & volauit super pennas ventorum.* Figurata vero hac loquendi ratio- ne designatur, quando Deus amore diligen- tiaque suis in necessitate constitutis subue- niat & auxilietur: quippe, qui non incedere: sed instar venti perniciousis pennis per aera ferri videatur.

*Exiit primo mane.* Hic notes velim, è ani- ma, patris huius bonitatem & clementiã qui Deus in be- nimirum primo mane surgat, misericordiam nignitatem declaraturus, vindictam autem exerciturus, facilis in & flagella intentaturus, sero domo exeat, iustitiam cum enim Adamum grauissimi criminis reũ castigare decreuisset, non mane sed post me- ridiem exiit, *Deambul. in ad auram post meri- diem.* At misericordiam & bonitatem facturus currit, festinat, & ventorum instar volans properat. Atque hoc est, quod sub Cherubin illius.

familias et- ga nos.

*Prouerb. 13.*

*Prou. 7.*

XX

Matth. 20.  
Amor hu-  
ius Patris



Ezech. 10.

illius figura, pedes simul & alas habentis, declarare voluit Ezechiel: Deus namque sanctus ille Cherubinorum rex vere pedes habet, quibus ad corripiendos peccatores lente incedat: alas ite quibus volat, dum benigne eos in gratiam admittere satagat. A deo ut de ipso assentatorius ille Poeta versus usurpati merito queat:

*Taraxus es ad penas princeps, ad premia velle.*

Deus in ijs quae ad salutem nostram spectant providus est. Lob. 38.

Colligi hinc profecto partis huius providentia, cura, sedulaque anxietas & infracta diligentia potest: qui nimirum sub crepusculum surgat, ante solis ortum, tenetris nondum dissipatis, sed stellis adhuc in aetherulantibus De ipso namque locutus videri queat Iob Propheta dicens: *Vbi eras, cum me laudarent simul astra maritima, & iubilarent omnes filii Dei? Nondum etiam surrexerat sponsa illa Canticorum cum sponsus ad ostium pulsans, diceret, Aperi mibi soror mea sponsa, quia caput meum plenum est rore. Sole nimirum nondum exorto, qui rorem exsiccat. Eandem sponsa diligentiam in dilecto observat, cum alibi ait: Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Quid autem tantopere properare, quid ita festinare cogit? itineris proculdubio longinquitas, & hominum conversio, quos e peccatoribus & improbis iustos, a tartari sitionibus lampades caelo aliquando rutilaturas, & astris invidiam facturas, efficere contendit.*

Cant. 5.

Cant. 2.

Matth. 20. Dei misericordia ab incunabulis nos vocat.

1. Reg. 3.

Isai. 49.

1. Tim. 1.

Isai. 21. 118.

Luc. 1.

*Exiit primo mane. Quam inatutinus est Deus, quam tempestive exsurgit, ut nos vineae suae cultores conducatur, & gloriae aeternae nobis denarium concedat! ab ipsis incunabulis, ne dicam matris utero, misericordia sua magna nos praevenit. Quam mane Samuel, Ieremiam, Joannem Baptistam, aliosque innumeros sibi elegit & vocavit! ab ipsa videlicet matrice vocati sunt, & summo mane ad vineam colendam a patrefamilias conducti. Audite quid de se testetur Isaias Dominus ab utero vocavit me. quid sentiat Ieremias, Priusquam me formarem in utero, novis re quid Psalmographus scripserit? In reprobatum sum ex utero. & alibi suscepisti me ex utero matris meae. quid Lucas Evangelista de magno Zachariae filio referat? Et Spiritu sancto*

replebitur adhuc ex utero matris suae. quid denique de se profiteatur Apostolus cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meae & vocavit per gratiam suam. An non summo mane ille vocari censendus est, qui ante natiuitatis auroram vocavit?

Gal. 1.

Neque hic illius diligentia & sedulitas stetit: nam a primo quo surrexit momento, usque ad horam undecimam, operas in vineam destinare non intermisit: omni enim hora quos in Ecclesiae vineam mittat, idoneos operarios quaerit. Nam summo mane, id est, iam ab ipso mundi exordio, Patriarchas vocavit, qui fuerunt omnium primi qui vineam illius excoluere: deinde Prophetas mox Apostolos, postea Martyres, post omnes hos doctores, aliosque innumeros: itaque summo mane egressus est conducere operarios, quibuscum de stipendio convenit.

Operarii quos Deus diversis temporibus vineam famisit.

Conventio haec ex denario, pactum quoddam inter Deum & hominem initum denotat, quo alter alteri indissolubili quodam vinculo & nexu se obligat, hinc quidem homo, omni seratione effecturum spondet, ut vinea fructus proferat, id est, Christiana se opera editurum: illinc vero Deus, si fructum viderit, in compensationem, vitae aeternae praebiturum. Praeterea, non satis est Deo gloriam homini suam promississe; sed vltro se quin etiam ad dandum obligat, quod & scripto, ne qua fraudis detur occasio, vult stabiliri. Et merito quidem, vult enim imprimis suis firmiter nos promissis confidere, nullaque de ijs ratione dubitare; vtpote qui fidelissimus sit, & verax in omnibus, neminem in promittendo fallat, aut quod pollicitus sit, implere negligat. Quod aperte testatus David canit: *Fidelis Psal. 114 Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Idem sentiebat qui in verbis se Domini, nunquam mentientis, confidere dicebat: *Scio cui credidi, & certus 2. Tim. 1. sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.*

Conventio & pactum Deum & hominem

Hinc quoties in veteri Testamento Deus Promissa quoddam cum hominibus pactum aut foedus iniret, usitata id aliqua caeremonia stabilire, ad maiorem auctoritatem, solebat monij pro ut in primis, dum pactum cum Abraham blicis.

Patriar-

Patriarcha contraheret, quo certum eum & securum redderet, ita vt de verborum suorum robore non dubitaret ( qui nimirum Deus veracissimus, omnisque mendacij expers esset ) signum aliquod vscitatum demonstrauit, carimoniamque pacta conuenta communi confirmauit; flamma nimirum ante eum per medium auium, iuencarumque duas in partes relectarū pertranseunte. Ignis autem hic morte eum & lumbifragio dignū designabat, qui quod inter eos statutum erat, irritum redderet, fœdusque ininitum violaret.

Exod. 14.

In Exodo item cum Deus cum populo suo in legis promulgatione pacisceretur, Moses legatus & mediator vtriusque partis, sanguine victimæ & populum, & altare Domini pariter consperxit. Quæ conspersio nihil signabat aliud, quam vtrumque ad fœderis obseruationem deuinciri, nullaque ratione ininitum pactum, vt ad Hebræos Apostolus scribit, posse rescindi. Deus igitur cum hominibus paciscitur, atque ideo lummo mane exit conducere operarios, & cum ijs stipulari.

III.

Dei clementia, quod se ad certas conditiones astringi patiatur.

O misericordiam singularem! o benignitatem incredibilem! o Deum clementissimum! qui quamuis adco potens & sublimis sit, summus videlicet monarcha, ac proinde nullis legibus subiectus, è nemine prorsus pendens, gloriæ sibi tamen & honori ducit, hominis instar ad certas quaidam leges & conditiones adstringi. In quo profecto summa illius misericordia & clementia elucet. An non enim infinitæ bonitatis indicium est, homini vili & abiectæ creaturæ ius tribuere, quo Deo altissimo & infinito actionem intenter, eiusque maiestatem coram proprio tribunali in ius quodammodo vocet? Hac benignitate bonitateque percussus Iob dicebat: *Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam; & dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium.*

Quam admirabilem cum vineæ suæ cultoribus conuenire, & stipulari non secus ac si dominus quispiam omnium ratione contenderet, quo seruis suis & gignit, vt se vasallis obligatus esse posset, eorumque se

Tom. I. Mars Myemalis.

potestati subijceret. quamuis, si ex congruo & rerum momenta accuratius librando, loqui velimus, nulla ratione dici possit, Deum creaturis, quo præmium illis persoluar, debitorem existere, aut subijci: vt qui sola misericordia inductus pactum ineat, quo se promissa seruaturum obligat, seque pollicitationis factæ fateretur debitorem. Vti hic fieri videmus, vbi magna verborum solennitate nobiscum paciscitur; opera nostra, quæ nullius ex se valoris sunt, ex vi pacti conuentionis huius, infiniti meriti fore, sine qua tamen omni merito & mercede destituta sunt. Atque hunc in modum intelligenda sunt verba illa Lucæ: *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus.* & illa Pauli: *Non sum condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis:* Ex vi autem pacti huius dicere magna confidentia audet Apostolus: *Reposita est mihi corona iustitia, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex, non solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.*

hominis debitorem redderet.

Luc. 17.

Rem. 8.

1. Tim. 4.

1. Reg. 11.

Cuius rei egregiam in libris Regum figuram legimus. Inter cetera Dauidis etiamnum adolecentis stratagemata, fortitudinisque indicia refertur, quod viros percuteret, leones dilaceraret, lupos iugularet, aliaque belluas & mole vastas, & feritate immanes, non sine præsentis corporis periculo, conficeret. Quæ quamuis profecto singularia, & heroicæ virtutis argumenta forent; nullam tamen ex ijs laudem, nullam gloriam, imo ne obolum quidem adeptus est. At mox vt hominem interfecit, quem ictu lapidis eminus ad terram prostravit, sine ferro & hastili superauit; omnium præconijs celebratus, gratiam filia regis consecutus, & Saulis generfactus est. Quid ergo in causa esse putamus, vt Goliathæ pluris, quam vrsorum & leonum demembratio, fieret; cur illa maiorem, quam hac laudem promeritus sit? Vnica rei huiusce ratio fuit, quod Saul Goliathæ percussori filiam se suam in matrimonium daturum spondisset, nuptiasque & affinitatem regiam monstri huius neceparandam sancte iurasset: ni hoc fuisset, nunquam tantam gigantis cædes laudem, tantaq;

Quomodo opera nostra meritoria.

tantaque præcopia nec tantam mercedem obtinisset. Hinc igitur manifesto colligere poterimus, Christianorum opera infiniti meriti ac valoris esse, qui ex vi pacti quod nobiscum inijt Deus, ortum habet, cum igitur cælestem nobis gloriam spondeat, æquissimum ac rationi maxime consentaneum videtur, ut summo mane in vineam illius exeamus, cum ipse ultro convenire nobiscum, nosque in vineam suam nec opinantes conducere non grauetur.

Mirum hominẽ Deo sine mercede seruire aolle.

Rem admirabilem & paradoxam! Creatura priusquam aliquod Creatori obsequium præstet, de mercede certior esse vult, nihilque, nisi præmio proposito, in honorem Domini exsequi. In quo degenerem profecto, ac plebeiam suam sortem demonstrat, ut quæ Creatori optimo, benignissimoque, sine mercedis & præmij amplissimi spe, obsequi nolit. O ingratitude, ne dicam peruicaciam singularem! Vasalli ut regi; mancipia ut domino; filij, patri, Creatori, creaturæ obtemperant, eiusque mandata exequantur; præmia promittantur, & remuneratio præcurrat necesse est. Patere hinc ad oculum potest, plebeios nos & ignobiles mercenarios esse, ex denario diurno operantes, imo sine prompta pecunia, aut saltem opere peracto persoluenda, ne pedem mouere volentes: quorum conditionem exponens Iob ait: *Sicut dies mercenarii, dies eius.* Ea enim conditionis nostræ vilitas est, ex sordes animi, ut, non nobillum & generosorum athletarum, sed plebeiorum ac triualium instar, non nisi spe præmij præposita, seruiamus. Inter quos se numerare etiam David rex non erubescit dicens: *Inclinavi cor meum ad faciendâs iustificationes tuas in æternum, propter retributionem.* Deus itaque mercedem amplissimam pollicetur, antequam serui obsequium præstent, & operarios certa mercede proposita in vineam conducit.

Iob. 7.

Hominis animi vilitas.

Psal. 118.

Ha vinea Domini & non damonibus laborandum.

In vinea igitur Dei, non autem damonis, laborandum est; non in prauarum scilicet cupiditarum, honorum, deliciarum, auaritiæque vinea. Quam enim deplorandum ac dolendum est, in vineis hisce Gomorthæis operam & laborem omnem nos perdere! Deplorauit hoc olim Deus ipse, & quodam

modo succenset, cum tam multos in vinea mundi huius, in sua vero paucissimos laborantes aduertat: *Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel.* Id est, Interea dum idololatras dijs suis supplicabant, tu Iacob silebas, nullaque me prece placabas: interea dum proprio idolis suis sanguine litarent, tu nulum mihi amoris obsequij, signum ostendebas: si quem vero laborem perferebas, non in mea hunc vinea, sed cupidinis auaritiæque exantlabas. Hic autem paterfamilias non conducit operas, nisi in vineam suam, & non in alienam, tantaque sedulitate & sollicitudine, ut omnibus diei horis, tertia sexta, nona & vndecima, in compita egressus sit, operarios conducturus.

Psal. 45.

Circa vndecimam vero exiit. Non est autem, ut amplius nos ipsos excusemus, Auditores; omni quippe nos hora Dominus ad se vocat. Iam inde ab vtero matris testatur hoc Ierem, dicens: *Dominus ab utero vocauit me.* vix ipsi quoque in hunc mundum ingressi sumus, quin ipsa nobis fides, gratia, aliæque charismata conferantur. Ab ipsa etiam adolescentia; quoties enim auribus nostris insonat dicens: *Adolescenti tibi dico surge.* Sed quæ nostra socordia est, sæpe quidem vocantem Dominum audimus, at semper friuolam aliquam excusationem præterimus, imo longius, ne vocantem audire compellamur, recedimus. In quo adolescentem illum Euangelicum, à Domino ad Apostolici culminis honorem euocatum, sed patris grandæui prius sepeliendi sibi licentiam dari postulantem: *Permite me primum ire, & sepelire patrem meum,* imitatur.

Matth. 20.

Ierem. 1.

Luce. 7.

Matth. 8.

3. Reg. 19.

Homo semper se excusat, dum à Deo vocatur.

Elías Propheta cum Elizæum vocasset, venturum se quidem mox ille ait: sed in paternam prius domum secedens, boues & pinguia iugulauit, ciuesque suos epulo sanctissimo refecit: *Tulit par bouem, & maclauit illud; & in aratro bouum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt.* Ita & nos quoties à Deo vocamur, conuersionem in aliud tempus differimus, & procrastinamus de die in diem, tota die in foro otiosi stantes, & socordia distulentes, excusationesque aliquas semper excogitantes; dum ad cælestia vocamur, statim

in ter-

in terra quædam nobis expedienda adhuc negotia obiciamus : in quo magnum sæpè numero nobis ipsis detrimentum afferimus, exculandoque non parum damni capiti nostro accerimus.

Gen. 3.

Cum inter pastores Abraham & Lot, quotidie iurgia orirentur, ait Abraham : *Ecce uniuersa terra coram te est : recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo : si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.* Lot igitur, optione data, locis scopulis & montosis relictis, in amœnissimam & iucundissimam regionem, sed decliuem secessit, in qua tantatamen regnabant scelera, vt igne cœlitis delapso expiari debuerint. Sed malo in eligendo, inquit Ambrosius, consilio vsus est ; cum è regione, quam vt optimam & fertilissimam selegerat, captiuus abductus sit, & omni substantia denudatus. Huic peccator, mihi credite, persimilis est, qui à Deo toties vocatus, & quasi impulsus, vt certum sibi vitæ genus deligeret ; alta virtutum cacumina, vitæque religiosæ scopulos declinat, quo valles humiliores ingrediatur, voluptatibus indulgeat, deliciis vacet, Diaboli non vero Dei consilia sequatur ; vnde suis ipsius sæpè exitij causa existit. Deo igitur vocanti auscultandum, nullaq; non hora inuitanti parandum.

Deus omni tempore operarios conducit.

Et sane omni hora egreditur operarios conducturus : prima enim dici hora cum Adamo stipulatur ; tertia cum Noacho conuenit ; sexta Abrahamum conducit ; nona Moysen, & vndecima Apostolos in vineam destinat. Cumq; vltima hora egressus multos in foro otiosos vidisset, stomachatus & succensus ait : *Quis stans hic tota die otiosus ?*

Matth. 10.

Deus salutem in Euangelica lege negligentibus irascitur.

Non adeo mirandum est, si in lege naturæ & Mosaica multi salutis propriæ negligentibus aut parum de eadem solliciti, reperti sint : at nunc in tempore accepto, in lege gratiæ, vltima mundi hora, postquam tantum nobis Christus amorem declarauit, & tot cum nostri causa labores subiisse, & innumera ab eodem beneficia accepimus, tantis tamq; efficacibus sacramentis potimur, cœlum cuiuslibet patet ; desideres aliquos esse, dormire securos, otiosi, stertere, indignum est,

iniquum est, & grauissimo supplicio puniendum. His igitur dictum credamus : *Quid stas tu hic tota die otiosus ?*

17.

Notent hic curiosi rerum indagatores, felos taxari eos & foecordiaz accusari, qui circa horam vndecimam otiosi fuisse comperiuntur : nam tamen omnes desides & paggi merito reprehendendi sunt, ij tamen in primis redarguendi, qui totos dies in otio transigunt, vitamque inertissimam ac maxime desidiosam ducunt. Quamuis enim adulescentes & iuuenes, qui nondum ad vndecimam vitæ horam peruenerunt, si deliciis distuant, otio torpeant, & nihil agant, reprehendi castigarique mereantur : senes tamen, qui vndecimam vitæ horam iam attingerunt, qui ad ætatis vesperam vergunt, mortisque in limine versantur, maiori sane castigatione, si stertant, digni sunt. Quas enim vocari Domino excusationes præterdent ? quid in suæ negligentia purgationem adferent ? quomodo se defendere poterunt ? quid aduersus hanc taxationem : *Quid hic stas tota die otiosus ?* dicent :

Senes salutis suæ negligentibus magis reprehendendi quam iuniores.

Matth. 10.

Hinc est, quod B. Martyr Cyprianus inter duodecim mundi abusus hunc inter primos retulerit : *Secundus, inquit, gradus abusu sine est, senex absque religione & sanctimonia.* Inter abominationes etiam, quas olim Ezechiel in templi medio vidit, fuere senes, cani capillis, sed lasciuis viridantes, niui mento, sed non mente, dorsum altari obuertentes, & flosculorum odores consecrantes. Tergum autem altari obuertere, nihil esse potest aliud quam omnis pietatis expertem viuere, quod cum omnem ætatem maximopere dedeceat, tum in senè & cano abominandum est, & maximopere detestandum.

Lib. de 12. abusibus. Ezech. 8.

Nam vt arboris illa nomine indigna est, excindique meretur, quæ, postquam Vere frondes & flores prorulit, nullum tamen Autumni tempore fructum edit : ita illi hominis nomine profus indigni, & excisionem merentur, qui iuuentutis & vernantis ætatis flore elapso, nullos virtutis, prudentiæ, modestiæque, in vitæ autumno, fructus proferunt.

Simile.

At mortalium sapientissimus Salomon,

Y 2 non

Tri. 5. lo-  
mon pero-  
sus.

Eccles. 25.

Emblema  
quo senum  
stulto um  
ineptia de-  
signatur.

non inter abusus modo hoc referendum cen-  
set, sed monstri etiam simili esse credit, quod  
merito omnes detestentur & refugiant: Tres  
species odii: anima mea, & aggrauor valde ani-  
ma illorum. Pauperem superbum, diuitem men-  
dacem, & senem fatuum & insensatum. Ut cæ-  
tera taceam aio, senes insolentes, & fatuo ni-  
hil reperiri posse, aut odiosius, aut detestabi-  
lius.

Ridet in Emblematis senum canorum  
que verticem stultitiam & ineptam stolidi-  
tatem Alciatus Fingit Amorem & Mortem  
die quodam ad idem diversorium decinase,  
& casu manedum discessum pararent, al-  
terum alterius arma sumpsisse. Amorem falce  
mortis, eiusque feralibus telis instructum ab-  
iisse; Mortem vero pharetram & sagittas  
cupidineas humeris adaptasse. Amor igitur  
cum solita in iuvenes tela eiaculari dispo-  
neret, & ad amandum incitaret, inopinato o-  
mnes, doli ignarus, leto dedit. Mors quoque  
cum in canitiam illam, decrepitaque silicentia,  
alterum iam pedem in Charontis cymba ha-  
bentia manus iniicere vellet, cupidinis telis  
eadem transiit: adeo, ut non occumberent  
letali arundine percussa, sed iuuenescerent,  
ineptirent, lasciuieque insolerescent. Verba  
proferam & verius,

*Hinc iuvenes occidit Amor saliente pharetra,*

*Hinc Mors: ipsa suos cogit amare senes.*

Matth. 10. Dicite igitur, num merito aduersus illos  
verba illa Euangelij, detorqueri queant: *Quid  
facitis hic tota die otiosi?*

Senes iam  
factos nihil  
toto vitæ  
tempore  
boni egisse  
deploran-  
dum.

2. Reg. 19.

An non enim deplorandum est, tot ho-  
die seneciones & sola canicie venerandos  
reperi, qui annis quidem graues, nullum  
tamen adhuc in vinea Domini laborem sub-  
terint: toto vitæ tempore in mundi huius  
foro otiosi, & vanitatibus suis impliciti ste-  
terint. Sapientior hac in parte exstitit pru-  
dens ille Bercellai, cui cum iam seni am-  
plissimos David rex honores offerret, om-  
nem voluptatem & delicias perosus, solo se-  
nectutis intuitu eosdem repudiavit, indi-  
gnum scilicet ratus, se iam grandævum &  
annis grauem, quem mortem semper & tu-  
mulum præ oculis habere par esset, frequen-  
rare regiam, & aulae deliciis interesse. Quid  
igitur cogitatis decrepiti, totone vitæ tem-

pore otio diffusetis? *Quid hic statis tota die o-  
tiosi?*

Matth. 10.

Quid? solos illos reprehendis Domine,  
quos in foro, & per compita otiosos reperi-  
ris? illinc igitur impune habebunt, qui ho-  
die in templis otiosi agunt, qui Ecclesiasti-  
ca beneficia possident, nulloque bono opere  
eisdem se dignos exhibent, non incumben-  
tes studiis, concionibus non vacantes, nul-  
lum probitatis exemplum dantes, animas-  
que proximorum non ædificantes, delicias  
consectantes, conuiuia frequentantes, alea  
& chartis lusoriis tempus transigentes, pro-  
ximam vitæ dissolutione offendentes, nul-  
lam castigationem comminationemve au-  
dient? Si in foro otiosos reprehenderis; qui  
tamen conductorem expectabant; quid fa-  
ceres obsecro, si tot Canonicos in Capitu-  
lis otiosos & segnes cerneres, os ad cantan-  
dum vix semel laxantes, Psalmos non reci-  
tantes, orationi non incumbentes, Missæ fa-  
cificium non celebrantes, nullas in paupe-  
res elemosynas erogantes? Quid, inquam,  
te facturum putamus, Domine, si tot in mo-  
nasteriis & cœnobiis religiosos videres, otio  
pereuntes, somno indulgentes, virtutum  
exercitio non incumbentes, bonis operi-  
bus non vacantes, raro orantes, rarius me-  
ditantes, poenitentiam exotos, fruges deni-  
que natos consumere, & de cute curanda  
plus æquo sollicitos, nihil autem agere cu-  
rantes, imo nihil unquam operatos? an non  
aduersus hos inclamares: *Quid hic statis toto*

Canonici  
& Religiosi  
inertes ta-  
xantur.

Matth. 10.

*die otiosi?*

Solum hic otium & inertiam Paterfamili-  
as coarguit, non autem adulteria, homi-  
cidia, pecuniaque cupiditatem; sed mysterio  
hoc non vacat. Primo, quod otium ipsum infame  
sit; omnes enim offenduntur, cum in rep-  
bene instituta tot nebulones, vagabundos,  
errones, otio diffuentes, gladiatoria tamen  
quodam firmitate præditos, & laboribus fem-  
rendis idoneos vident. Secundo, quod ipsum otium  
omnium malorum radix sit & principium, dix-  
quod euellere omninatione conatur. In quo  
peritum medicum imitatur, qui cum tibiam  
distentam & intumescens videt, venam  
mox aperiendam consulit, sanguinemque  
minuendum. Hieronymus quoque non  
aliud

aliud aduersus ingruentes tentationes rusti-  
co suo remedium præscripsit, quam otij fu-  
gam, & honestam semper occupationem:  
*Amico rustico, semper aliud opus factio, ut te  
semper in micus inueniat occupatum; & sic  
quantumcumque teneris, nunquam tamen vin-  
ceris.*

Otij dam-  
num.

Ipsam proculdubio otium tam graue est,  
& noxium, ut Philosophi minus absurdum  
esse putarint, credere mundum ab æterno  
fuisse, quam Deo inertiam & torporem a-  
liquem affingere, aut eum vnquam præ otio  
ab eo dirigendo quiescisse. Hinc constans o-  
mniau semper opinio fuit, quam diu Deus  
fuit, tam diu & mundum existisse: si enim  
nullus fuisset mundus, Deus ab operando  
cessasset, quod nulla tamen ratione fieri pos-  
se dicendum: cum ens illud infinitum, & a-  
gens omnipotens otiosos maximopere dere-  
lterur. Ipsa quoque nos fides doceat, otium  
nunquam in Deo locum habuisse, non quod  
ideo mundum ab æterno fuisse credendum  
sit: alia namque in se diuina maiestas & ma-  
ioris momenti, in quibus operaretur, quam  
mundi creationem, & totius vniuersi dire-  
ctionem, habebat; diuinæ scilicet essentia  
sua contemplationem, diuinarumque per-  
sonarum amorem & mutuam communica-  
tionem. At solum hinc efficere volo, otium  
noxium esse magnorumque detrimentorum  
causam: cum Deus ipsum detestetur otio-  
sosque; adeo tam acriter corripiat: *Quid hic sta-  
tis tota die otiosi?*

Matth. 20.  
Deus non  
esset Deus,  
si ab ope-  
rando ces-  
saret.

Joan. 5.

Inter omnes hosce operarios, nullos re-  
prehendit Dominus, quam qui tota die ni-  
hil fecere: nihil enim diuinæ naturæ repu-  
gnat magis quàm otium, adeo, ut si Deus otij  
ageret, Deus non esset. Est enim agens sem-  
per operans, & spiritus semper agens, & nun-  
quam quiescens. Testatur hoc ipse Domi-  
nus de se loquutus: *Pater meus usque modo ope-  
ratur & ego operor.* Hinc Græci Patres; inter  
cætera admiranda nomina, quæ illi impo-  
suere, nomen ei dedere, quod denotat ali-  
quæ qui semper in opere versetur, ut ita assiduam  
illam nunquamque delassatam diuini-  
tatis circa creaturas occupationem operationemque  
parefaciant. Hinc Elias Pseudo-  
deitatem Baal exhibilans, illius sacrificiis

aiebat: *Clamate voce maiore, forsitan animus 3. Reg. 13.  
Deus in diuex orio est, aut certe dormit, ut excite-  
tur.*

Vinacioribus te adhuc coloribus & nati-  
ua fuligine depingam otium, mala bellua:  
atque in primis de reperiio, Catonem ho-  
minem illum prædentissimum dicere solitum,  
homines nihil agendo, discere male a-  
gere. Solonem quoque lege vetuisse, filij ne  
parentes alerent senio grauatos, aut ad ino-  
piam redactos, a quibus nullam qua victum  
comparent, artem didicissent. Apud Ægyptios  
adhuc, ne quis otiosus viuere, legem  
fuisse, qua omnes nomea suum & artem,  
quæ ad victum parandum sufficeret, ad ma-  
gistratum deferre cogebantur. Pisistratum  
etiam, teste Aliano, Atheniensium tyrannum,  
quadam die otiosos omnes & vagabundos  
ad se vocari iussisse, iisque vnum in locum cõ-  
gregatis dixisse: *Si nec boues, nec semina habetis,  
de meo accipite, & te ram colatis: metuebat  
scilicet tyrannus, ne otio sua ore coniuratio-  
nem in caput suum machinarentur, regnoque  
eiicerent.* Merito igitur S. Augustinus, quem  
post tot profanos scriptores iam produci-  
mus, dicere potuit, Otium hominis in vita  
adhuc constituti sepulturam esse: & pater  
familias, cum otiosos in foro stantes conspi-  
ceret, iure illos acriter corripere ac taxare:  
*Quid hic statis tota die otiosi? Equidem non  
amplius eos pati queo, nec diutius in eos-  
dem inuochor: quocirca illis in foro relictis,  
operarios iam conuenurus sum, de quorum  
mercede loenturus: hoc enim initio factu-  
rum me receperam.*

Briffon.  
lib. 4.

Diogen.  
Laert. lib. 9.

Diod. Sici-  
lus.

Alian. lib.  
9. var.

Matth. 20.

V.  
Circa vitæ  
aut mundi  
vesperam  
Deus ope-  
rarijs mer-  
cedem re-  
tribuit.

Matth. 20.

Matth. 25.

Refert igitur Euangelista, patrem fami-  
lias, cum omnibus diei horis egressus esset,  
atque omnis generis operas in vineam misis-  
set, cum ad vesperasceret, familiae suæ pro-  
curatorem ad se vocasse, dicendo: *Voca ope-  
rarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis  
usque ad primos.*

Cum sero factum. Græc. per vocabulum sero,  
quid obstat quo minus mortis, aut extremi  
iudicij vesperam intelligamus? tunc enim,  
vitæ die exacto, operarios vocabit Domi-  
nus, dignamque illis mercedem retribuet dicens:  
*Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, siti-  
ui & dedistis mihi bibere. Nudus fui, &c.* Hæc

Y 3 qui-

quidem opera. Sed mercedem mox subiungit: *Accipite regnum quod paratum est vobis.*

Deus mercedem suorum non differt.

Hic gradum sillas velim, anima mea, tecumq; cōsideres, Deum operatioꝝ suorum mercedem diutius; aut in alium diem non differre; sed eodem quo opus absoluerit die, laborem compensare solitum. At non ita mundani: nam postquam variis operatioꝝ oneribus oppresserint, sanguinem eorum emulxerint, ad ossa vsque emacerarint; non confestim pactum iis præmium assignant, sed de die in diem differunt, procrastinant, quin & mercedem sæpenumero, penitus negant, adeo, vt miseros defraudent, & præteritas & æquum decipiant: In quo grauissimum sacrilegium committunt, quod contra Deo vindictam exclamet. At non ita fecisse legitur sanctissimus Propheta Job, qui suam hac in parte innocentiam declarans, nunquam se operarum aut seruorum suorum mercedem distulisse ait, aut laborem aliorum non soluendo comedisse: *Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cum disciperent aduersum me.* Hodie vero Homines adeo crudeles & sceleratos reperire est, vt magnæ sibi gloriæ ducant, si seruorum mercedem defraudent: imo vt à domesticis in ius ob eandem defraudationem vocari pulchrum putent, cum tamen nonnulli quod æquum est, postu-

Job. 31.

Eccle.

lomicidio hocce peccatum non conce-  
te credit Salomon: *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fures sunt.* Est autem peccatum in Spiritum sanctum, vindictam à Deo etiam in hac vita exposcens. Mundus vero hic; Auditores, crudelis eheu tyrannus est, qui suos misere decipiat, ac circumueniat: in quo Labanum imitatur. Hic enim Iacob seruum suum solertissimum & maxime sedulum, qui varias eius nomine molestias subierat, cœlique iniurias passus erat, non semel atque iterum, sed decies in matrimonio filia decepit: quod & Iacob vxoribus suis interdum conquestus est cum lachrymis, dicens: *Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus.* Est etiam crudelis ille Pharaos, qui Israelitas, cum dies

Mundus seruos suos & clientes decipit.

Gen. 31.

integros lateres, & saxa humeris gestando laborassent, & sub oneribus grauissimis genuissent, circa vesperam tamen, loco præmij ac mercedis, toris ac flagellis arabat, virgisque illorum terga conscribillabat. Vnde ipsi laboris & ingratitude tantæ impatientes, Pharaoni dixerunt: *En famuli tui flagellis cadimur, & iniuste agitur contra populum tuum.* At non hæc est boni huius patrisfamilias agendi ratio; nam ingrumento vespera, vocatos operarios mercede donatos dimittit.

Exod. 5.

Cum sero autem factum esset. Vesperam hanc aut noctem plerique extremi iudicij tempus intelligunt: nam per diem illum cuius in exordio & crepusculo pater hic familias exiit, & sub cuius vesperam mercedem debitam soluit, multi tempus, quod à primo mundi initium & finem interiectum est, designari credunt. Est hæc opinio Irenæi, Origenis, Hilarij, Oprati Mileuitani, Gregorij Magni, & venerabilis Bedæ, Alij non tam late extendunt, sed tempore, quod à primo Christi aduentu vsque ad secundum interiectum erit, hunc diem circumscribunt, vt Athanasius. Sunt & nonnulli, qui in arctiores adhuc limites contrahunt, dum vnus cuiusque nostrum vitam hic denotari putant: quod CHRISTI Domini verbis stabilire conantur dicentis: *Ambulate dum lucem habetis; &: Mo oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Veniet enim nox, quando nemo poterit operari.* Quomocunque demum intelligatur, hinc tamen colligetur, vesperi patremfamilias procuratori præcipere; vt operatioꝝ mercedem meritam tribuat.

Matth. 10.

Lib. 4. c. 70  
in Matth. can. 20. in  
Matth. lib. 5. cont. Parm. Hom. 15. in Euang. in hoc loco. qu. 52.  
Ioan. 12. Ibid. 9.

Obseruandum hic venit, quamuis vineæ Toparchæ huius domini procuratorem habuerit, cui & magnatorius vineæ curam commiserit; per se tamen, qui ofmen operis mercedem & stipendium, & non ficium adper alios, solui solutionique & rationibus ministrare præesse voluisse. Discant hinc, qui in fundebeant, ctione aliqua tum sæculari, tum Ecclesiastica constituti sunt, quomodo in dignitatibus suis gerere debeant, nam quamuis vicarios & præfectos, legatariosque substituant, quorum humeris vniuersam negotij molem imponant; non ideo tamen penitus

penitus

nitus ab omni cura liberantur; ad ipsos si-  
quidem spectat; interdum quid agant sub-  
delegati, intueri, rationes examinare, & o-  
culis in omnium manibus euagari, ne hinc  
forte subditi offendantur, deq; dominorum  
negligentia, vel vicariorum crudelitate con-  
querantur.

Ita fecisse comperimus Hebræorum do-  
ctorem Moſem, qui cum non satis ijs, quos  
vt socios ad populi regimen, iudiciaque dis-  
quirenda aſſumpſerat, ſideret, ipſe præſeſſe &  
ſumma cum auctoritate præſidere voluit:  
*Sui iudicaret plebem, omni tempore; quidquid  
autem grauius erat, referebant ad eum.* Eſt enim  
onus & dignitas quæ non niſi humeris illius,  
qui eadem fungitur, geſtari debet. Hinc  
Iſaias Propheta de Meſſia, de eiſque miniſ-  
agens, ait: *Principatus eius ſuper humerum eius.*  
Elias quoque Propheta *curruſ Iſrael & auriga  
eius* eſſe perhibetur: auriga, quod regeret, &  
curruſ, quod omnia totius regni onera & ne-  
gotia ſuis ipſe humeris ſuſtineret. Beati igitur  
& felices rectores, qui Propheſiam hunc  
imitantur, reſque ſubditis commiſſas, ſuis  
interdum oculis intuentur.

ſi principes & domini temporales, imo &  
Eccleſiaſtici, idipſum hodie viſurparent, non  
tot in regnis mala, in urbibus miſeriæ, in  
plebe depeculationes, exhaustiones, inſo-  
lentiaque apparent: ſubditorum, credo,  
maior haberetur ratio, melius popelli ſe ne-  
gotia haberent, quamuis etiam gubernato-  
res, præſecti, & tribuni lapidibus duriores &  
belluis immitiores forent. Quod Saulem  
fecille ſacræ docent litteræ: audito enim, ha-  
bitatores Iabes Galaad ab Ammonitis oppri-  
mi & diuexari, & viſis eorum lacrymis, ait,  
*Quid habet populus quod plorat; Cum igitur  
lacrymarum cauſam didiciſſet, penitus per-  
motus, auxillum ijs ſe laturum & ſupperias  
ſpondit, Et inſiſiuit ſpiritus Domini in Saul,  
cum audiſſet verba hæc: & iratus eſt furor eius  
nimis.*

Exod. 18.

Iſai. 9.  
4. Reg. 8.

1. Reg. 15.

Ibidem.

Domini  
ſæpe ſeruos  
ſuos adora-  
re videntur,  
(vt aiunt)  
Dan. 5.

Verum aliud hinc erui etiam poteſt: re-  
periri ſcilicet ſæpenuero procuratores, a-  
ctores, vicarios, delegatos qui ad domi-  
norum exemplam compoſiti ſunt, & eodem  
cum illis iure perſuſi crudeles, immites, &  
inhumani: qui quamuis interdum yles ſunt

& plebei, tanti tamen a dominis ſunt, vt ab  
ijs adorati & coli, imo quo a ſubditis adoren-  
tur, commendari videantur. In quo impium  
& fatuum Nabuchodonofor imitari viden-  
tur, qui & ipſe ſtatuas luteas, quas erexerat,  
diuis honoribus afficiebat, & ab alijs adorari  
volebat.

Hinc eſt, quod ipſimet domini & ſupe-  
riores non dominantur, ſed ſub vicariorum  
delegatorumque poteſtate e contra conſti-  
tuti eſſe videantur: nam ſoli vicarij & acto-  
res in familijs eorum & rebus publicis impe-  
rant & dominantur, ita vt omnia ab eorum  
voluntate dependant: tantoque interdum  
rigore & duritie agunt, ne dicam tam abſo-  
luta & plena poteſtate, vt, tamenſi Angeli au-  
lam eorum ſubirent, ſi modo miniſtris diſ-  
pliceant, nullum acceſſum inuenirent, ſed  
velut indigni repellerentur. Accidit hoc Da-  
uid regi quem Achis rex aula exegit, quem  
tamen Angeli Dei loco haberet, quod pur-  
puratis illius diſpliceret. Audimus quid dicat:  
*Scio quia bonus es tu in oculis meis; ſi ut  
angelus Dei, ſed principes Philiſthinorum dixe-  
runt, Non aſcendat nobiſcum in prælium, igitur  
conſurge manus tu, & ſerui Domini tuiſ  
&c.*

1. Reg. 29.

Indigna ſer-  
uitus cum  
domini a  
ſeruis re-  
guntur.  
Egreſſus  
3. Reg. 22.

His vti technis & artiſicijs, hæc graſſari via  
dæmon ſolet, efficere nimirum vt Domini &  
Principes ipſi ſeruitutem ſeruiant, ſeruatorum  
genus adorent, id eſt, omnia ab eorum dire-  
ctione & nutu dependant: e quo ipſa Prin-  
cipum peſtis & ruina, regnorum interitus, &  
rerum publicarum calamitas, vt plurimum  
ſequitur. Inſignis proſecto verſutia fuit, qua  
in decipiendo Achab uſus eſt Satan: *Egreſſus  
eſt autem ſpiritus: & ſetit coram Domino, &  
ait, Ego decipiam illum. Cui locutus eſt Domi-  
nus, In quo? & ille ait: Egreſſiar, & ero ſpiritus  
mendax in ore omnium Propheſitarum: Id eſt,  
conſiliariorum. Sciebat nimirum omnia  
Regis huius a miniſtris conſultoribusque  
dependere, ideo eoſdem in fraudem indu-  
cere conatur, quo ita vniuerſi regni ſtatum  
conculcarent & euerteret. At hæc ratione non  
agit Pater hic familias, qui non ita procura-  
tori ſuo fidit, vt non aliquam etiam ipſe cu-  
ram negotiorum in ſe ſuſcipiat, ſolutioniq;  
mercedis interſit.*

Ecces



Paterfamilias suis manibus non soluit operarijs.

Ecce & alium conceptum : Ipse paterfamilias denarium suis manibus non erogat, sed per procuratorem eundem distribuit : ponderant enim vicarij & magistratus inferiores, quotidiana rerum experientia edocti accuratius, plurisque facere laborem in vinea toleratum solent, quam ipsimet Principes otio & delitijs assueti. Hocce porro parabola membrum, eximium continet mysterium; Nam quemadmodum ipse vinea Dominus, est Davs, ita procurator eiusdem, Christus est: huic siquidem iniunxit, vt operarijs satisfaceret, qui mirum omnia viderat, & simul experimento didicerat, quam ob causam Paulus eum tentatum per omnia dicere non erubuit. Vnicum hoc magnum illum athletam Iob, multisque trophæis nobilem, medijs in calamitatibus & arumnis solabatur, cum aduersis pressus diceret, *Scio quod Redemptor meus viuit*, qui hæc arumnas meas æterna sit mercede, & vlcera hæc putrescentia amplissimo præmio compensaturus. Vnic quoque hoc a Domino contendit Psalmographus cum ait, *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis*. Id est, Mercedis persoluedæ, præmijque pro laboribus referendi potestatem in filium tuum transfer: qui cum te Patrem agnoscat, vere potentissimi Monarchæ filius est. Deinde & in alio Psalmo, *Da Domine imperium tuum puero tuo*, quasi dixisset, *Obsecro te Domine Deus meus, omnem quam habes iudicandi, operaque compensandi potestatem, Messia qui in quantum homo seruus tuus est, configea*. Arque hæc quidem occasione procuratoris, cui vinea Dominus iniungit, *voca operarios*.

De his operarijs in vinea Domini, id est, Ecclesia streauē laborantibus agens Euangelicus ille præco Paulus, ait, *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, &c.* At de præsentī Ecclesiæ statu merito eheu! exclamemus, *Messis qui sem multa operarii vero pauci: mundus siquidem omnes sibi operas conduxit, Ecclesiæ ne vnum quidem*

reliquit; quod præclara è Regum annalibus historia notius faciet: Philistæi, barbari illi & incircumcisi, cum Israelitas ad certamen prouocassent, omnes quos apud illos reperire erat fabros & armorum artifices, in terram Philistiim abduxerunt: adeo vt, cum iam in certamen descendendum, manusque conferenda essent, nec gladius nec hasta in exercitu Saul reperiretur, & proinde ad secures, veruta vomeres, ferratasque sudes confugere fuerit necesse. Porro *faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Israel. cauerant enim Philistiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam*. Hoc imitatur & versutus hic mundus, qui omnia Christianæ plebi arma è manibus excutit, vt nulla propemodum ad necessariam defensionem hostesque propulsandos inueniantur hastilia: imo & operæ ad colendam Ecclesiæ vineam, Doctores inquam & Pastores strenui decesse videantur, & paucissimos reperire sit, qui gladios spirituales adaptent, qui ve arma cælestia eudant. Non abducebant Philistæi mercatores, negotiatores, vsurarios, aulicos, aut purpuratos: sed fabros ferrarios & pelliones: mundus similiter non nisi Doctores, Prædicatores, prælatos, Præsules alioque magni nominis calamo & lingua Ecclesiæ defendente, armaque ad animæ hostes debellandos expugnandosque adaptare, irretire & illaqueare satagit.

Et si quos operarios relinquit, eisdem ita imperfectos & ineptos habemus, vt officio vix suo fungi posse videantur: verorum autem operatorum proprietatem naturamque ad viuum expressit Scriptura in Hiram Tyrio, artifice eximio, de quo hocce artis testimonium Rex Tyri tulit, *Misi tibi virum prudentem & scientissimum, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & lignis: in purpura quoque & hyacintho, & bysso, & coccino: & qui sciat calare omnem sculpturam, & adinuenire prudenter quodcumque in opere necessarium est*. Veram hic operarij Ecclesiastici imaginem habetis: imprimis namque requiritur, vt sapiens sit & prudens: deinde, vt suæ specimen haud spernendum artis in auro & ferro, industriam perinde declaret suam: id est, tam nobiles

Hebr. 4.

Iob. 19.

Psal. 71.

Psal. 85.

VI.

Matth. 20.

Ephes. 4.

Multi in

Ecclesia o-

perarij.

Allegoria.

1. Reg. 15.

3. Reg. 7.

2. Dan. 1.

biles quam plebeias animas bene moderetur: bonos non secus ac prauos; tam suaues & moribus instar lanæ molles & placidos, quàm cor ferro & adamante durius habentes ad virtutem exstimulet: purpuram quoque trahet necesse est, id est, Reges & purpuratos instruat, ipsique bono exemplo præluceat, & verbis ad probitatem viam sternat. Denique vt in omni sculpturæ genere versatus sit, animis inquam nostris velut laminæ omnia virtutum genera insculpat. Hæc quidem operariorum occasione dicta sunt.

*Nota operarios.* Non vocantur hic nobiles, non auro & purpura fulgentes, non sublimes Philosophi, sed soli operarij, de solis operibus hic sermo instituitur: quamuis hodie, durante mundi huius die non nisi de sola scientia, dignitatibus; nobilitateque habeatur mentio; in tenebrosa tamen mortis nocte, & ad extremi iudicij vesperam non nisi de operibus agetur. Tunc quippe magis profuerit iniurias propter DEVM remississe, & cum inimico in gratiam rediisse, quam eximias illas Iulij Cæsaris victorias obtinuisse: tunc maiori dignus laude censetur vnicus humilitatis actus quam omnis illa olim decantata præconijs & à scriptoribus celebrata Alexandri Macedonis maiestas & amplitudo, quam totus terrarum orbis exauit. Vnica tunc in egenos erogata elemosyna maioris ponderis efficacique futuri est, quam amplissima Cræsi opes, sruenti diuitiæ, aut Crassi talenta.

Tunc Libanus in Carmelum conuertetur, vt prædixit olim Isaias: & quæ prius fieri posse negabantur, fient. Nam quæ modo fertilia & pulchra in mundi huius oculis apparent, tunc sterilefcunt, & velut inquinamenta sordent: quidquid vero iam contemnitur, & quodammodo conculcatur, tunc exsurgit, sublimius caput attollet, nitentur, & fructum proferet amplissimum. tunc quoque implebitur carmen illud Anna, cum gratias de concepta prole Deo agens, in gaudio prorupit, *sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est.* Multi enim, qui modo hic steriles & infœcundi videntur, tunc subito diuino ve-

*Tom. I. Pars Myemalis.*

gerati spiritu fœcunditatem induent, & ad dignitates sublimabuntur: plurimi vero qui summis hic honoribus cumulantur, qui que maximi à cunctis fiunt, in illa die contemnentur, omnium peripsæ facti, æternum opprobrium & maledictionem sempiternam pro honoribus & gloria nanciscuntur. Omnia denique illic conuertentur, & aliam faciem induent: sola namque bona opera æstimabuntur, & mercedem accipient, & de solis ijs, qui eadem dum viuerent fecerunt, dicitur, *Voca operarios, & redde illis mercedem.*

Hic ad oculum Catholicæ fidei veritas, & è contra subdole hæreticorum artes & comementitia impostura detegitur. hic vniuersalis & communis totius Ecclesiæ opinio & fides asseritur: hic meritorum bonorum, que operum merces adstruitur, quod & è sacræ Scripturæ locis confirmari potest, vt illo Genesios, *Ego sum merces tua magnanimis.* item illo, *Non perdet mercedem suam.* & illo Matthæi, *Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* A nobis ipsis, fateor, nihil mereri possumus: quid enim aliud quam serui inutiles sumus? Verum Deo manum auxiliatricem ad mouente, nobis gratiæ tantum conferretur, vt quidquid agamus meritorium sit & pretij infiniti. Opera enim nostra in se considerata & secundum naturam suam, nihil aut saltem exiguum quid promerentur, sed Christi Iesu meritis fulta, & cruce illius passioneque tincta, infinitum continere meritum solent, eque pretis quodammodo & vilibus sancta sunt & pretiosa.

Purescentes aquas Ierichunas Propheta Eliseus iniectione sale dulces reddidit, insipidasque in suaues commutauit. Aquæ hæc operum nostrorum imago sunt & figura, quæ natura insipida, amarulenta, ingrata & omnis meriti expertia: mox vt passione & cruce Domini nostri Iesu Christi conperguntur, nihil illis haberi potest dulcius, nihil gustui suauius, nihil palato diuino iucundius.

Mirabilem illa opifex manus Moïsi cum nuda in apertum proferretur, lepram præ-

VII.

*Matth. 10.*  
Bonorum operum merces adstruitur.

*Gen. 15.*  
*Marc. 9.*  
*Matth. 5.*  
Opera nostra ex se nihil merentur, sed gratiæ diuinæ iniuncta.

*4. Reg. 2.*

*Exod. 4.*

Z

ferbar:

*Matth. 10.*

In die iudicij de solis operibus erit sermo.

*Isai. 29.*

*1. Reg. 1.*

ferebat: sed ad finem deinde reducta, omnis expers erat macula, & mundissima. Id ipsum de operibus nostris sentiendum est, quamdiu enim in se, & sola & secundum naturam considerantur, quamdiu nuda spectanda se offerunt, lepram, spurcitiam, & sordes inuentibus ostendunt: sed in sacratissima Dominica passionis sinu reposita, eiq; immersa, mirum ut splendeat quamq; diuinis oculis gratia sint & accepta.

Deus primarius bonorum operum nostrorum auctor. Quod quo melius intelligatur, notandum occurrit, non solum hominem in bonorum operum exercitio incumbere, aut laborare sed precipuas Deum hic partes agere, ipsum collaborare, ipsum quidquid in operibus his difficile est, quidquid laboris exhauriendum in se suscipere: ipsum etiam omnes illis nitorem, pulchritudinemque & precipuum meritum conciliare. Vnde per Prophetam olim dictum est, *Cum ipso sum in tribulatione, id est, in operibus grauib; difficultatemque continentibus, atque ideo ipsum inuocabat, qui dicebat, Veniat ad me sapientia Dei, ut mecum sit, & mecum laboret.* Tanta porro Dei nostri misericordia est, ut quamuis precipuas ipse partes agendas suscipiat, & solus propemodum agat: hominem tamen velit in focium assumere, sibi que collaborare: ea quoque conditione, ut sola ex operibus nostris promanans gloria in ipsum redundet: homini vero soli victoria assignetur, perinde & etiam corona ac merces eadem cedat.

Nonne perhumanus & perbenignus dux ille censendus esset, qui postquam urbem aliquam fortissimam obsidione pressisset, & grauissimos indies labores in castris pertulisset, sudasset, vulnera excepisset, caput discrimini expoluisset: dum, parta iam victoria, triumphus agendus foret, & lato ipse eorum exercitus plausu iamiam esset excipiens, omnem in praefectum, aut vicarium, aut vnum de comilitonibus suis gloriam & triumphum transferret? Ita fecisse Ioab cum rege David legitur: cum enim fortissimus ille castra Rabbath perfregisset, & internecione desensisset, urbem quoque Aquarum magno labore & periculis oppugnasset: eandem prius ingredi noluit & expugnare, qua

regem certiozem reddidisset, num ipse eandem intrare vellet, ut ita victoria Regi & non sibi ascriberetur. Eodem profus modo Deus cum vinea suae operarijs & militibus suis agit: cum enim ipse omnem propemodum laborem perferat, omnem difficultatem absorbeat, ipse, quod durum, graue, & molestum est agendum, in se suscipiat; homini tamen meritum omne adscribit, in ipsum omnem laudem & gloriam tradit, victoriamque ei acceptam referri vult, adeo ut quidquid bene, prudenter, fortiter, animoseque gestum est, hominem solum fecisse dici cupiat.

Expressum hoc aliqua ratione fuit in obsidio & expugnatione Ierichuntina. Praecepit namq; hic Deus, ut omnis populus armatus, & velut in acie constitutus consisteret, itaq; ciuitatem murosque circuiret; cum tamen ipse sua virtute muros ad terram deijcere decreuisset. Praecepit hoc, non quod simplex haec murorum circuitus aliquid in eorum ruinam deiectionemque adiumenti adferret; verum ut hac ratione Deo populus cooperari videretur, victoriaeque ita particeps fieret.

Ioas rex Israel cum sagittas in incertum emitteret, superueniens Elisaeus prophetae manus manibus regijs superimposuit, itaque simul iaculati sunt. Allegorice historiam hanc exponens, dico hominem, qui hoc in mundo a Deo rex est constitutus, dum bonorum operum tela caritatis eximia arcu mittit, a Deo adiuuari, Deum manus superponere, istum dirigere, meritumq; & robur addere; velle etiam ut bonis operibus merces sua & praemium reddatur.

Redda mercedem. Iterum dico, opera nostra, in propria radice considerata, & ita ut de proprij arbitrij nostri trunco pullulant, nullam virtutem supernaturalem, nihilque meritum continere: omnes namque iustitiae nostrae, ut Propheta praecinit, inftar panni menstruatae sunt. Tamen si, in quantum sanguine & meritis Christi Iesu sublimatae sunt, considerentur; infiniti ipsa valoris sunt, mercedemq; promerentur amplissimam. Christus enim fons, principium, & fundamentum omnium nostrorum meritorum est. Huc alludeat.

Vult Deus bonorum operum gloriam homini adscribi.

1of. 6.

Psal. 90.

1ep. 3.

4. Reg. 11.

Math. 10.

1/a. 64.

Cam. 3.

deaz.

dens amans illa sponsa dicebat, *Species eius ut Libani*: in quo sponsi sui pulchritudinem Libano rosis & floribus variegato comparavit, idque non sine mysterio. Libanus quippe mons est præaltus & quasi cælo minans, è quo omnia ligna, rigna, trabes & columnæ, quas templo suo rex Salomon indidit, petiæ sunt; adeo, ut in solo Libano omne templi magnificentissimi decus & ornamentum crevisse videatur. Sponsa igitur, ut ostendat omnia merita nostra, à quibus ædificium illud cælestis constructur, à sponso provenire, Libano eum similem esse dixit, quo etiam refertur possunt, verba illa *Esaie, Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron*: quod omnis sanctitas, gloria, & Ecclesiæ splendor ac pulchritudo, omnisque meritum nostrorum fructus, vni Christo acceptus refertur debeat.

*Esa. 35.*

*Rom. 11.*

Id ipsum monuit & Paulus, cum in Epistola ad Rom. ait, *Tu autem cum oleaster es, insertus es olivæ, & focus radicis & pinguedinis factus es*. Oleaster, & quidquid sylvestre, natura sua amarum est, nullumque fructum palato gratum profert; mox tamen ut olivæ inseritur, de fecunditate & virtute illius participans, fructus gratissimos & suavissimos progignit. Id ipsum de operibus nostris censendum est; ex se enim sylvestria sunt, amara & insipida, eo quod peccatum includunt, & nullius, vel saltem exigui meriti sunt: at si per fidem & caritatem arbori vitæ, quæ Christus est, inserantur, gratiarum illius participes efficiuntur, operandoque gloriam æternam ex condigno, ut Theologi loquuntur, promerentur. Quod conventio ex denario diurna inito, & merces operariis persoluta designat.

VIII. *Matth. 20.* Denarius vitæ æternæ symbolum. Triplex de denario hæc opinio.

*Et acceperunt singuli denarios.* Hi portio denarii, quibus ex condicto operariis persoluitur, vitam æternam denotant, in quo doctores & interpretes omnes mirum in modum cõsentiant. Sed hic disquirendum est, unus idemque denarius omnibus persoluitur: cupius rei tres inter se pugnantibus opinionibus inveniuntur. prima hæreticorum est, dicentium in univèrsa parabola huius serie non aliud Christum designare voluisse, quam gloriam beatorum aliquando æqualem fore, utpote

quæ ex mera detur gratia, non vero operibus acquiratur, quod hic omnes operarij post laborem exactum, unum eundemque denarium receperint. Altera nonnullorum Catholicorum est, qui novitatem omnem confectantes, dixerunt, Christum hic ostendere voluisse, Deum præter omnium opinionem, minorem nonnullis, & quibusdam etiam maiore beatitudinem quam promeriti sint, daturum. Tertia & omnium communissima est, Deum hic designare æternæ vitæ mercedem non tempori, quod laborando impensum est, sed operi facto respondere: accidit enim sæpenumero, tantum operis ab vno horæ spatio fieri, quantum ab alio vix solido die, qui proinde parem mercedem & eundem denarium recipiant.

Eo prorsus modo, quo sapiens olim de iusto locutus est, *Consummatum in brevi & pluit tempora multa*, id est, iustus licet nõ adeo diu vixerit, tantum tamen operatus est, quantum qui multa vixerint sæcula. Ita, qui vñdecima hic hora venerant, & non nisi vnius horæ spatio in vinea laborarant; eundem tamen, quoniam tantillo tẽpore tantum præstiterant, quantum qui toto die operati fuerant, & pondus diei & æstus sustinuerant, opere peracto à patrefamilias denarium recipere. Hinc discant Religiosi, non iactare se de professionis & vocationis diuturnitate, non debent discant non efferre se, quod diutius in cœse nobis vixerint; hic enim fortasse, qui nõ nisi ab hinc anno habitum monasticum assumpsit, plus apud Deum promeritus est, quam plures alij, qui aliquot iustra in Religione transegerunt.

*Sap. 4.* Religiosi non debent se iactare de professionis an- nis.

Cum igitur procurator denarium singulis daret nonnulli conqueri & cum iniustitiæ insimulare cõpetere: illi enim, qui portaverant pondus diei & æstus, & à mane vsque ad vesperam laborarant, ægre ferebant, eos, qui non nisi circa finem diei in vineam venerant, & vix horam laborando insumpserant, eadẽ mercede donari. quocirca procuratori dixerunt indignantes, *Hi una hora laboraverunt, & pares nobis fecisti, qui portaverunt pondus diei & æstus*. Similes esse dixerim operas has militibus, quorum in libris Regum habetur mē-

Operatio- rum mur- muratio. *Matth. 20.* 1. Reg. 30.

tio; hi enim vrbe Siceleg, quæ in tribu Simeon in finibus Judææ sita erat, expugnata, nolebat socios qui ad sarcinas relictæ erant, impedimentaque custodierant, despoliis prædaque participes facere.

Meriti magnitudo è tribus colligitur.

Notandum hic porro est, meriti magnitudinem & excellentiam è tribus potissimum rebus effici posse. Primo è temporis diuturnitate. Seruus enim, qui plurimos annos Domini sui obsequio impendit, maiora profecto promeretur eo, qui non nisi abhinc bi-

Gen. 31.

mestri vel trimestri in familiam venit. Hoc potissimum nixus fundamento Jacob de forceri sui Laban inhumanitate & ingratitude ne conquestus est; *Viginti annis seruus tibi, &*

Luc. 15.

*tam indignis me modis habes? Eodem nitentur & Ilij prodigi frater, cum patris queribundus diceret, Ecce tot annis seruus tibi. Id est, Quid hoc video mi pater, tanto tibi*

4. Reg. 20.

*tempore serui, & nunquam aliquo grati à nimo signo obsequium meum cõpensasti. Rex item Ezechias cum Deo fidelitatem suam restatam veller, dicebat, Memento queso quomodo ambulauerim coram te in veritate & in corde perfecto, &c.*

De verit. q.  
16. art. 6.  
ad 8.

Secundo meriti magnitudinem augent difficultas, & labor, qui in opere insumptus est. Seruus enim, qui vitam suam discrimini tui causa exposuit, pluribusque caput obiectauit periculis, maiora promeretur beneficia, quæ qui nudo seruitij & obsequij nomine contentus, nihil tui ergo passus est. Hinc D. Thomas Aquinas credit quoad præmium accidentale multis Martyrem parafangis Confessoribus, antistare, salis item plurimis quoad essentialia, qui diutius se diuino obsequio manciparunt, quamuis ipse non nisi breuissimo spatio Deo fuerit obsecutus. Atque hæc est causa, cur merita nostra exigua sunt: quod videlicet non nisi in felicibus lætisque Deo obsequamur, in difficilibus vero ipsam deseramus. Quamobrem vnusquisque nostrum audacter dicat, quod olim Dauid profugus coram rege Achia tẽpore prælij dixit, *Nunc videbis quæ facturus est seruus tuus.* Cum enim difficultas aliqua refurgit, cum molestiarum procellæ iagruunt, dicamus Deo: iam videbis Creator & conditor meus, quid tuosim nomine acturus, quid

1. Reg. 28.

tui causa passurus; hodie fidelitatem tibi meam probare, hodie fidam obsequium meum tibi dedicare conabor.

Tertio ad meriti magnitudinem non parum facit, ipsa caritatis & gratiæ vis ac magnitudo: ita qui inter seruos amplius à domino diligitur, eius quoque gratiora sunt opera, & oculis heri sui acceptiora. Ita Luc. 2.

*Luc. 2.* Vidua ilius duos denarios gazophylacio inferentis elemosyna Deo gratior existit, quam eorum, qui thesauros ingentes & talenta regia offerrent. Ad eundem plane modum, ij, qui hodie hora vndecima in vineam venere, maiori mercede donati abeunt, quam qui ab auroræ principio in eadem deludant. Quamuis enim Deus iuxta meriti magnitudinem mercedem assignet, ex mero tamen beneplacito puraque voluntate gratiam huic minorem, & illi maiorem erogat; eandem prout visum fuerit vnicuique distribuendo, adeo, vt merito nemo conqueri, se ceteris quid minus accepisse, queat.

Nam, vt in ipso rerum exordio, nulla de Creatura Dei iniquitate iniustitiæque conqueri potuit vna mure creatura, quod maiori dotata perfectione non murare non fuerit, & minus absoluta facta sit. cum enim potest, licet omnia è nihilo condiderit, vnicuique quod alia à Deo visum fuit, donauit: ideo etiã vnamquamque perfectior creaturam infinitas illi agere gratias par est, sit condita, quod cum nihil esset, imò non dum existeret, Deus tibi esse aliquod contulerit, ita in gratia statu idem conditor Deus, omnia è peccate, quod non nisi meriti nihil est, condidit, ac proinde quod huic maiore, illi minore gratiã elargiatur, nemo merito conqueri potest, at vnicuique potius ex officio incubit, infinitas ei & immensas gratias & agere & referre.

Formosæ illæ Virgines, quæ in gynæccio & conclaui Assuero regis asseruabantur, ex omnium regnotum finibus congregatæ, Estheri inuidere non poterant, quod sibi illam à Rege prælatam, maiori que honore affectam cernerent. Nam cum vnaquæque secum cogitaret, se è plebeia & humili ancilla regio tandem thalamo destinandam, & ad regiam propemodum dignitatem euectam, gemmis & auro rutilare; statuere in animo poterat, nullam sibi iniuriam fieri, si Esther ceteris ab Assuero præponeretur.

Dicen-

Discendum est igitur, eos qui non nisi vndecima diei hora, id est, sub lege Euangelica in vinea Domini laborarant, maiori dotatos gratia, quam qui in lege naturæ aut Mosaica vixere, maiori etiam donari mercede, maiusque præmium recipere: atque illos immerito patrem familias de iniquitate & iniustitia traducere & conqueri. quod enim denarium iis daret, quem condiderat, quemque operando promeriti erant, aliis vero seruis venientibus tantumdem daret; bonitati illius & benignitati ascribendum, in quo nullam culpandi aliis occasionem dedit. Relinquamus igitur iniurios hosce murmuratores & oblocutores, Deique potius benignitatem demeremur, atque ita parabolæ huic finem imponamus.

**Conclusio.** Vos autem Christiani Auditores, animo repetite obsecro, quidquid hactenus dictum est, rememiscimini, inquam, Ecclesiam vineam, Christum Domini vineæ, nos ipsos vero operariorum imaginem gerere: Deum quoque omni diei, id est, vitæ huius hora, sanctis inspirationibus permouendo, egredi, & nos conducere, ut in vinea hac laboremus: alios quidem in flore & aurora ætatis, alios vero in ætate virili & vitæ meridie, nonnullos etiam circa decrepescentem senij diem. Hæc, inquam, animo vestro penitus insculpite, sanctis operibus incumbite, Dei vos obsequio consecrate, otium fugite & segnitiam; & cogitate, acriter illos à patre familias correptos, qui in foro steterant otiosi, expectantes donec ab aliquo conducerentur: nolite stertere, otioque indulgere, sed toto vitæ vestræ tempore strenue laborare, ut cum vesper ingruerit, denarium in mercedem recipere possitis.

Tu vero, dæterne rerum conditor, magnæ familias pater, cuius vinea Ecclesia est, cuius operæ nos ipsi, & cuius labores cultusque opera nostra meritoria; nos iam inde à Baptismo vocasti, ut in hac vinea laboremus & sudemus; conduxisti, & nobiscum conuenisti, ut, postquam toto die, aut aliquo saltem tempore in hac vinea laborauerimus, beatitudinis nobis denarium persoluas. Verba porro tua veracissima sunt,

promissa tua certissima; conuenta tua irrevocabilia, adeo, ut ne minimum quidem dubitemus: scimus enim, quod, quamuis opera ex seipsis nihil omnino valeant, modo filij tui meritis innixa suffultaque sint, pacto quod nobiscum iniisti præsupposito, in remunerationem tamen, tandem aliquando, id est, ultimo & nouissimo vitæ die, & circa ætatis vesperam, denarium accepturi sumus, vitam, inquam, beatam ac sempiternam, ad quam nos Pater & Filius, & Spiritus sanctus perducere dignentur, Amen.

## DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Partes.

- 1 Parabolæ quadam de verbo Dei.
- 2 Cur parabolis usus Dominus, & quis seminans.
- 3 Quales esse oporteat satores verbi Dei.
- 4 Quæ alia seminantis ad iuncta.
- 5 De clamore Domini, & auribus populi.
- 6 Quod semen cadat secus viam.
- 7 Quod semen cadat supra petram, & quod in ter spinas.
- 8 Quæ terra bona, & quis eius fructus.

Exiit, qui seminat seminare semen suum.  
Luc. 8.

### FIGURA.

SECUNDA generationis auctor Noë Genes. 8. Scum arcam, qua se suosque à diluuiio immunes seruaret, à Deo iussus esset fabricare, magno eam artificio & industria compegit, ita ut in eadem diuersas mansiunculas & habitacula diuersis vsibus accommoda construxerit. Quintuplicia eidem fuisse credunt Doctores & loci illius interpretes; vnum sordibus egerendis destinatum, & fornicarum vice fungens; in secundo, quæ ad victum necessaria erant, asseruabantur, in tertio animalia fesa & indomita continebantur; in quarto, mansueta & hominum commercio gaudentia; quintum denique

& postremum volucres simul & homines comprehendebat. fuere nonnulli, qui presenti historiam hanc Euangelio accommodare conati sunt, in quo Redemptor noster parabolam de semine producit, cuius prima quidem pars secus viam cecidit, ubi & ab auiibus sublata, & ab hominibus conculcata fuit; secunda in saxosa & cōstragosa loca, quæ ob humoris defectum radices agere non potuit, ac proinde quamprimum exaruit; tertia vero in dumeta & spineta, à quibus suffocata, in herba & primo flore extincta fuit; postrema autem in terrâ bonam, quæ felici segete herum beaur, fructumq; attulit tum sexagesimum, tum centesimum. Diuersitatem hanc terræ, cui semen hoc creditur, prout Interpretes loci huius vnanimi consensu tradunt, varia illa arcæ habitacula designant: terra enim viæ proxima carnales & lasciuos deotare videtur, quorū figura erat forica & sentina arcæ, quod non nisi immunda cogitent & impudica proferant: saxa & lapides symbolum sunt superborū, quos secundu[m] arcæ cubiculū representat, in quo penus & horreum erat, & quidquid ad vitam sustentandam necessarium: in his enim sita potissimum est superbia & iactantia: spinæ & vitiæ, diuites & auaros significant; quorum imago fuit illa ferarum immanemque bestiarum mansio: nam vt hæc dentib. & vnguib. cuncta dum rapiunt, dilaniant: ita & diuitiæ, quæ prout bene olim Redemptor, ait, vere spinæ sunt. Terra autem bona & ferax, fructumq; proferens amplissimum, sunt animæ sanctæ, & virtutib. deditæ, per quartum & quintum arcæ habitaculū, in quo animalia mansueta, aues simul & homines stabulabant, designata. Horum autem triplex statui ordo potest: alij quippe in statu coniugali sunt, quos domestica illa animalia demonstrant (animalia autem sunt, quod generationi & proli procreandæ dent operam, quod ipsum animali omni proprium est; mansueti sunt & mires, quod neuter alterum debeat offendere, aut aliquod proximo malum inferre) atque hi fructum ferunt tricesimum Alij in continentia statu viuunt, quos homines in arca cōprehensū designant: nam quamuis in arca aliquot coniugum paria ef-

sent, generationi tamen, prout nonnullorum interpretum opinio est, quamdiu terra diluuiο stagnaret, operam non dedere continentiorq; inter se vixere. hi potro fructum sexagesimum, geminato fœnore proferunt. Alij denique virgines sunt, quos denotant aues quæ cœlos volando petunt, & intra nubes habitare interdum videntur. Hi enim quam proxime ad Angelorum naturam cognationemq; accedunt, puritateque vitæ quam in terra ducunt, Angelicam puritatem emulatur, cœlitibus iniuriam facturi; hinc etiam fructum centesimum afferre dicuntur: Videte igitur, vt arcæ habitacula & cubilia cum terræ diuersitate, de qua hodiernum Euangelium loquitur, conueniant & coincident. Hoc ipsum expositum, Sancti Spiritus opem & auxilium, idque consueta Deiparæ intercessione, quam vt mediatricem adhibeamus, enixe imploremus, dicamusq; cum Angelico paranympho,

## AUE MARIA.

Tantus verbi Diuini splendor & dignitas est, Auditores, tamq; ipsum admirabile, ptura verbum cœlestibus eum hominibus apparet. vt Dei variis sicuti non vnum, sed varia & millena propemodum effecta continet, ita idcirco non vnicuique, sed plurimis in sacris literis nominibus appelleretur; & infinitis propemodum rebus simile esse perhibeatur. Denotat enim eum primis effectus, potentiam essentiamque illius, ipsa pluuia, quod nomen præ reliquis primò iam mihi occurrit: quo nomine ipsum Dauid rex appellauit: *Pluuiam voluntariam* *Psal. 67.* *segregabis Deus hereditati tue.* Quo in loco de genuina ac vera doctrinæ diuinæ pluuia, quæ hæreditati Jesu Christi, id est, Ecclesiæ, reseruata est, locutus est: in Ecclesia enim Deus nos docet, & verbo doctrinæ suæ, velut pluuia quadam cœlesti animos nostros irrigat.

Didicerat hanc loquendi rationem Dauid à legislatore Moyse, qui Ecclesiasten & prædicatorem agens, verba sua pluuia esse similia exoptabat, doctrinamque roxi. Hinc in cantico ait: *Concresecat in pluuia doctrina mea, sicut et ros eloquium meum,* vt his

his loquendi modis verbi diuini suauitatem dulcedinemque exprimeret.

Apoc. 1.

Admirabilis ille vir, quem Ioannes in Apocalypsi vidit, quemque Iesu Christi imaginem referre credit, cuius caput instar lanæ album, oculi instar flammarum scintillant, facies solis instar rutilans, manus stellis erant plenæ: vocem tanquam vocem aquarum multarum habere describitur. *Et vox illius, tanquam vox aquarum multarum.* Quo mysterio designatur, quod quemadmodum aqua terram sterilem & infœcundam irrigat fecundatque, ita sacrum Dei eloquium animas Christianorum impinguet, & spirituales in eis fructus producat.

Matth. 17.

Isai. 39.

Prophetis quoque de ecomijs vocationeque Messia, qui celebris in mundo concionator futurus esset, quemque Pater æternus deinde audiri præcepit, *(ipsum audite)* agentibus; inter ceteros Ecclesiasticus de eo hunc in modum locutus est, *Et ipse tanquam imbrer mittet eloquia sapientia sua.* Omnem hic Messia doctrinam sapientia nomine nuncupat; quod sancta hæc doctrina non nisi quam sapientissime prudentissimeque exponenda sit, omniaque verba sinceri Concionatoris ore prodeuntia modestiam & sapientiam, non autem inania & fucum eloquentiamque puerilem, sperare oporteat.

Verbum Dei securi comparatur.

Matth. 3. Luc. 3.

Secundo sacrum Dei eloquium securi comparatur, ut è verbis Ioannis Baptistæ colligere est, qui primus hac comparatione vsus est, dum in Palaestina de fertis clamaret, *Iam securis ad radicem arboris posita est*, quem locum Hieronymus exponens ait Euangelij prædicationem vere & merito securis nomine appellari, quod concionator eam radicem id est voluntari, & non tamis, apponere debeat, altaque voce inclamare: *Omnis arbor qua non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.*

Matth. 3.

Dan. 4.

Hinc apud Danielem male securim is posuisse censendus est, qui arborem illam proceram, Nabuchodonosorem inquam, radicibus non excidit, nec funditus amputauit, quæ deinde repullulans, ad priorem proceritatem reuersa est: *succidite arborem & assipate illam, attamen germen radicem eius in ser-*

*ua dimittite.* Ut ita euidens fiat, genuini & veri Euangelistæ partes esse, non inanes inanum conceptuum ramos concutere, nec arbores iniquitatum solummodo agitare; sed ad radicem securim figere, & funditus eas excindere. David Goliadam expugnaturus: ita primum lapidem iecit, ut frontem feriens vno cum ictu ad terram deiecerit, prostrato ceruices præciderit, vitaque priuauerit. Hinc imitetur sapiens concionator, qui cum mundi peccatique Goliath indies configit, & ingentes illos colossos gestit prosternere; pedes inquam illorum non ferit, in brachia non collimet, sed caput & frontem petat, itaque victoriam consequetur.

Concionator Davidis comparatur.

1. Reg. 17.

Luc. 13.

Deut. 20.

Exod. 34.

Hinc pater ille familias, cum secum nullis onustam fructibus, sed frondibus repletam cerneret, quamprimum eandem succidi fecit, & radicibus exstirpari, *succidite ergo illam, &c.* Ipse quoque Dominus Israelitus olim præcepit, ut quamprimum ac terram Chanaan ingressi essent, arbores omnes infrugiferas stirpius excinderent: quin & in Exodo postquam omne cum gentibus commercium, nationumque idolis seruientium familiaritatem & connubia vetuisset, etiam lucos radicibus succidi, & aras sub vmbrosis nemoribus constitutas euerti voluit, *sed & aras eorum destruas, confringe statuas, lucosque succide.* Allegorice hæc omnia denotabant; concionatores præcones Euangelij Christi, veros illos cæli legatos, mundi huius regionem verbi diuini securi accinctos intrando, omnes inuitiles vitiorum propagines excindere & stirpius euellere, imo ne radicem quidem vllam aut germen relinquere debere.

Luc. 13.

Deut. 20.

Exod. 34.

Verbum Dei fermento assimilatur.

Luc. 13. in Matth. Lib. 1. 9. Euang. qu. 12.

Tertia verbi Dei figura & inago est fermentum, cui ipse Redemptor similem doctrinam suam esse perhibuit: turbas enim docens aiebat: *Regnum calorum simile est fermento, quod acceptum mulier ab, condit in farinae satis tribus.* Scio, per fermentum hoc Iesum ipsum à Hieron. & Ambrosio, Apostolos à Chrysostomo, cõaritatem ab Augustino intelligi: verum, eodem Hieronymo teste, de scripturarum quoque sanctarum intelligentia verboque diuino capi potest, atque

pat.



per tria illa farinae sata, tres animae nostrae potentiae, irascibilis, concupiscibilis & rationalis commode exponi: cum enim verbum Dei attente auditur, partem rationalem erudit & instruit, irascibilem compescit, & concupiscibilem refrænat, Ipsum fermentum est, quod patientiam auget, quod virtutes in anima producit, omnemque animae nostrae fortitudinem excitat & commouet: fermentum est, quod res spirituales animique pietatem sapidam reddit, & gustum illius conciliat. Quod ipsum cum rex Israel degustasset, mox exclamat, *Quam dulcis*

*Psal. 118.*

*fauibus meis eloquia tua, super mel & fauori meo.*  
 Quarto sacra Dei doctrina & eloquia celestia gladio comparantur. Vnde ad Hebraeos Paulus doctor gentium: *Vnum est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti.* Quamuis autem locus hic de verbo increato; (vt quidem Chrysostomus, Ambrosius, Theophylactus, Theodoretus, Occumenius, Thomas Aquinas, Caietanus, alijque exponunt) intelligatur, plerumque tamen interpretes de verbo creato intelligendum putant, vt Origenes, Augustinus, Ambrosius, & sexcenti alij.

*Hom. 3. in 12 Num. Epist. 58. & lib. 10. de ciuit. cap. 21. lib. 3. de virg.*

In rei huiusce veritatem, ex ore viri illius admirabilis, quem Apocalypseo initio Iohannes describit, gladius anceps egredi legitur. *Et de ore eius gladius utraq; parte acutus exibat.* quem Primasius, Aretas, Pannonius, Richardus à S. Victore, & communis doctorum expositio, verbi diuini figuram esse credit. Anceps autem dicitur tribus de causis, primo propter vtrumque testamentum, quo hæc doctrina comprehenditur, vt quidem Augustinus censet. Secundo, quod in veteri Testamento vitia & superfluitates carnales, in nouo autem animi & spiritus dedecora nequosque præscindat, quæ opinio Richardi Victorini est. Tertio, quod qui ipsum despiciunt, tum in corpore castigabuntur. Atque hæc communis Patrum sententia & expositio est.

*Apoc. 1.*

*Lib. 10. de ciuit. cap. 21.*

*Can. 3.*

In Canticis Canticorum, lectulus regius à sexaginta de fortissimis Israel & binos quidem gladios, vnum in manu, alterum in vagina habentibus, custodiri ambrique dici-

cur. *Lectulus Salomonis sexaginta ambiunt de fortissimis, vnusquisque ensis super femur suum.* Theodoretus hoc de doctrina diuina interpretatur, notaque vnumquemque à stipatoribus his duobus instructum gladijs fuisse, adeo vt qui tum animo tum manibus verba diuina compleat, vere fortissimi & maxime strenui dici debeant.

Quid? an non omnes hæc comparationes egregia videatur? ita profecto, ac quæ præsentis dici Euangelio sub parabolicis inuolucris continetur, omnes videtur excellere: in qua verbum Dei semini comparatur, quod ab agricola seminatum, partim secus viam, partim in loca saxosa, partim in spinetum, partim in terram bonam cecidit, quod ipsum fructum attulit centesimum. Euangelista Lucas eandem descripsit, *Exiit qui seminat semina & semen suum, &c.* Hanc vt melius intelligatis, primo satorem describam, ac deinde semen examinabo ac duobus hisce membris vniuersam parabola: huius medullam comprehendam.

*Luc. 8.*

Quod ad primum igitur spectat, satore hic, teste Hieronymo in Mattheum, Chrysostomo homil. quadragesima quarta, Sancto Irenæo lib. 4. contra hæreses, ipse Christus est, qui ab omni æternitate arcano Patris sinu egressus in hunc mundum descendit, verbi sui sementem disseminaturus. Dicitur autem est, *Exiit seminare semen suum*, quod nullus vnquam extiterit, suum qui semen seminavit, sed omnes quotquot hæc tenus seminarent, non nisi Christi Iesu semen disseminarent. Hinc Propheta, cum quid olim prænuntiare ac interminationem aliquam intentare vellent, hoc semper vsi sunt exordio: *Hac dicit Dominus: Christus autem tibus docens, semper ait. Ego autem dico vobis.*

*Seminans hic, Christus est.*

*Luc. 8.*

Verum, antequam prouehamur longius, & sinus in ventum laxemus, notandum est, Christum docendo concionandoque parabolas vt plurimum adhibere solitum, vnde Mattheus Euangelista dixit, *Et sine parabola non loquebatur ad eos.* ita quippe iisdem affueuerat, vt nihil propemodum in rerum natura, vel in quotidiano hominum vsu reperire sit, è quo non comparationes similitudinesque, quib; mysteriorum suorum dignitatem

*II. Christus inter docendum parabolas miscebat. Mattheus 13.*

*ita*

ita nobis commodius ob oculos poneret, effuerit. Dixit enim regnum cœlorum alias simile esse fermento, decem virginibus, grano sinapis, alias thesauro abscondito in agris, margarita preciosa, nuptiis regis, interdum bono pastori, vinea, Domino mercedem operariis persoluenti, fagenæ missæ in mare, agro triticura & zizaniâ producenti; denique seminanti, vt in presenti Euangelio, *Exiit qui seminat seminare.*

*Luc. 8.*  
Deus vult omnia nobis creata rerum cœlestium memoriam reficere.

Et reuera, si rem accuratius perspicere velimus, penitusq; intruere, inueniemus profecto, non alia Christum de causa tot parabolis similitudinibusque vsurum, quam vt nos hac ratione cogeret quodammodo, rerum cœlestium perpetuo recordari, ac velut in tabula singula propemodum creata representanti, earum nobis imaginem subiiceret. Vult nimirum pastorem ouium tuarum, semen agri tui, vvas vinea, nuptias quas celebras, thesauros quos asseruas, annulorum tuorum gemmas & margaritas, retia quibus piscaris, feruorum rationes, omnia denique quæ hic agis & moliris, cœli tibi memoriam reficere, mysteriaque diuina edocere.

*Industria*  
In quo imitari viderur cordatum illum & sapientem regem, cuius historiarum veteres meteras edomine;

hic cum filium prima elementorum nomina & alphabetum docere conaretur; & ille obtusioris ingenii ipsum memoria tenere non posset, hac industria vsus est. Alphabetum ei tradidit, non in charta exaratum, nullisq; characteribus expressum, sed tot ei pueros pedissequos addidit, quot alphabeti litteras contineret; quibus ipsa elementorum nomina imposuit, primo & A, secundo & B, & sic ceteris cetera. Atq; ita factum est, vt puer hic cum aliis agens colludensque, & nomine vnumquemq; suo quod Pater indiderat, cõpellans elementorum nomina quamprimum perreperit. Eodem profus modo Deus cum hominibus egisse censendus: atq; hoc ipsum erat, quod iam ab initio filio Pater æternus faciendum præceperat, vt nimirum cœlos super terram conderet; ait enim per Isaiam, *Fili mi ego posui verba mea, vt cum illis plantas cœlos in terra.* Cœlos autem in terra plantare nihil est aliud, quam omnibus è rebus comparationes & similitudines elicere, quo nobis, qui

*Simile.*

Industria In quo imitari viderur cordatum illum & sapientem regem, cuius historiarum veteres meteras edomine; hic cum filium prima elementorum nomina & alphabetum docere conaretur; & ille obtusioris ingenii ipsum memoria tenere non posset, hac industria vsus est. Alphabetum ei tradidit, non in charta exaratum, nullisq; characteribus expressum, sed tot ei pueros pedissequos addidit, quot alphabeti litteras contineret; quibus ipsa elementorum nomina imposuit, primo & A, secundo & B, & sic ceteris cetera. Atq; ita factum est, vt puer hic cum aliis agens colludensque, & nomine vnumquemq; suo quod Pater indiderat, cõpellans elementorum nomina quamprimum perreperit. Eodem profus modo Deus cum hominibus egisse censendus: atq; hoc ipsum erat, quod iam ab initio filio Pater æternus faciendum præceperat, vt nimirum cœlos super terram conderet; ait enim per Isaiam, *Fili mi ego posui verba mea, vt cum illis plantas cœlos in terra.* Cœlos autem in terra plantare nihil est aliud, quam omnibus è rebus comparationes & similitudines elicere, quo nobis, qui

*Isai 51.*

*Tom. I. Pars Hyemalis.*

hic in terra viuimus, perfecta rerum cœlestium notitia inseratur. Ipsum est ducendo illa, mel & lac. illud quod Messia temporibus colles destillaturos prædixerant Prophetæ: *Stilla- Joel. 3. bunt montes dulcedine, et colles lac & mel, ipsum Amos. 9. denique denotabunt parabola illa, quas toties Dominus produxit, & præfertim ipsa Euangelii hodierni.*

*Exiit qui seminat.* Dixi, & iterum dico, Au- Sator verus ditores, satorum hunc Christum Redempto- Christ' est. rem esse, illum ipsum qui cœlis semel exiit, quo in terram delaberetur, humanamq; naturam induceret; qui deinde sacratissimo Virginis utero exiit, doctrinam Euangelicâ disseminaturus. Qui verus seminans & agricola est, cum per Prophetam ipse de se locutus sit, *Ego sum colonus, & seminator.* Et sane Seminantis omnes seminantis proprietates requisitaque proprietas peroptime in ipsum quadrant. Seminator enim, cum agros conlerit, quamuis opulentus prime con- sit, multumq; agri possideat; humilem & ab- uciunt. iectam vestem allumit, nullumq; saltum præfert: ita & Iesus Christus in hoc mundo euangelizaturus, doctrinamq; disseminaturus, quibus omnia, vt pote creator, possideret, omniumq; rex esset; vili humanitatis nostræ sacco, qui deinde ipso passionis die conscissus & dilaceratus fuit, sese induit. Colonus adhuc, boues quibus arua profcindat adhibet: Christus Apostolus, qui instar valentium & torosorum bouum, præfractorum & obstinatorum glebas effringerent, & sementem Euangelii mundi noualibus concrederent, sibi delegit, *Luc. 8.*

Ideo etiam *Exiit qui seminat seminare semen suum, &c.*

Aduertite hic etiam, Deum mysteria non sublimi & difficili quadam ratione proponere; nec comparationibus & similitudinibus à motu cœlorum, planetarum influxu, maris reciproco meatu, origine fontium, ventorum causationibus, solis defectu, nec ab mutationibus elementorum petitis, quæ ipsis etiam Philosophis ad disquirendum difficilia sunt, sed à rebus obuiis, domesticis, vulgaribus, & capri nostri accommodatis, vt solitum, quo ita ab omni hominum genere intelligantur. Atque hinc imprimis angularis quædam Dei bonitas & benignitas erui potest, qua nullam vnquam maiorem erga homi-

*Luc. 8.*

*Zach. 13.*

*Luc. 8.*

*Mysteria sua Deo simplici & communi modo exponit.*

A a homi

homines exhibuit, quod diuinam maiestatem hic exeret, & celestem illam, angelicam, sublimem, & philosophicam, vt ita dicam, loquendi rationem; quo nostro captui se accommodaret, & nostrum dicendi characterem stilumque effingeret, seposuerit. Quod ipsum veterum quidam Prophetarum demiratus ait, *In terra visus est magnus ille Deus qui cum Angelis agere & versari consuevit, & cum hominibus conuersatus est.* eorum lingua locutus, eorum phrasim imitatus, ad eorum se stilum conformans.

Baruch. 3.

Atque hæc vnica est ratio, cur amans illa sponsa sponsum suum in domum maternam abducere tan opere desiderarit, quo nimirum sermone vulgari, & communi loquendi ratione & lingua, vt dicitur, materna vti eum cogeret; *Tenui eum, inquit, nec dimittam, donec introducam illum in domum n. atrie meae, & in cubiculum genetricis meae.* Non putabat scilicet amans illa maiorem sibi accidere felicitatem posse, quam si sponsum inter cognatos & notos constitutus, illorum se vocibus & sermonibus accommodaret.

Sant. 3.

Simile.

An non enim magnum humanitatis benevolentiamque argumentum foret, si rex cum arcana sua consilia rustico cuidam communicare veller, regium loquendi more seponens vulgare & plebeium assumeret, aulæque phrasem cum rustica loquendi ratione, quo ille melius & commodius, eadem intelligeret, commutaret? Idem omnino, Deus Opt. Max. interdum egit. Moses enim dum Israelitis, quæ à Domino in deserto & alibi receperant beneficia, vt manna imbrem, vestium conseruationem, idque quadraginta annorum spatium, coturnicum epulum, viperarum morsus depulso; in memoriam reduceret; tandem velut omnium maximum, & ob quod maximas ei agere deberent gratias, subnectit, *Vt recognoscitis in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus eduxit te, sermone tibi versitato loquendo, teque suum idioma edocedo.*

Deut. 8.

III.

Hinc efficitur, concionatores Euangelicos, exemplo Domini sui, non nimirum sublimia, aut à communi hominum captu remota tractare, vel pro concione proponere debere, docere non debent. quæ nullus auditorum intelligat. In quo hodie tamen plerique delinquant, quod profecto

intolerabile est, dum honoris proprii quæ salutis animarum studiosiores sunt, & seipsum potius iactant, quam auditores ad bonam frugem inuitant: similes ficui illi Euangelicæ, quæ latas quidem & parulas proferebat, quibus seipsum ostentabat, frondes; nullum tamen, quo domino satisfaceret, fructum.

Minorum Patriarcha Franciscus Assisius, cum fratribus concionandi normam prescriberet, edoceretque; quæ alios ratione edoceret, ait, verba vestra pudica sint & honesta, modestiam spirantia & zelum, auditorum salutem incumbentia, vitiorum regnum destruentia, ad virtutem excitantia; illis tartarea supplicia interminando, his autem sempiternam gloriam, idque quod compendiosissime, promittendo. Imitando nimirum illum, de quo in Apocal. cuius ex ore gladius anceps egrediebatur, & manus stellas præferabant. Gladius enim verbi Dei vtriusque; scindat oportet, vitia quidem eliminando, virtutes autem inferendo; & concionator Christianus arma in ore gerat, quo impios verbi sui & doctrinæ acie percussat, stellas vero manu, quo iustis beatitudinem & gloriam celestem promittat.

Apo. 1.

Dominus hic alludit, cum Isaiam Prophetam, qui sublime incarnationis diuinæ mysterium describeret, ad se vocans ait, *Sumes librum quendam, & scribis in eo stylo hominis.* Hominis autem stylo, & calamo scribere aliud non est, quam alta & diuina fidei nostræ mysteria modo quodam vulgari, noto, hominumque captui accommodato pertractare, ita vt omnes quam facillime singula intelligant.

Isai. 8.

Idem Dominus, cum in impium Balthasarum Regem Babylonis digno flagello animaduertere constituisset, & furorem suum denuntiare, & tum iniquitates quas commiserat, tum supplicia quæ ob easdem promeritus esset, declarare, non nisi hominis manum, quæ eandem parietem inscriberet; adhibere voluit: *in eadem hora apparuerunt digiti, &c.* Cur humanam hinc dexteram adhibere Deum voluisse existimatis? equidem aliis rationibus relictis non aliam fuisse causam credo, quam vt melius barbarus ille Scripturam intelligeret; & quoniam propter solum hominem scriptura hæc exarata erat, ideo etiam hominis dextra, calamo, & stylo eandem describi voluit.

Dan. 5.

In

*Exod. 38.* In rei huius signum Moſi, vt bene ſanctus obſeruauit Gregorius, præcepit, vt præter tot fontes, tubos, ſiphões & canales aureos, etiam ænea aliquot vaſa, diuerſæ magnitudinis & formæ, in ſacrificiorum vſum concinnaret. Vult enim prædicatores ſuos non ſublimia modo & alta populo myſteria, curioſaque diſquiſitiones, verum etiam minora, & tenuiora, quæ animarum ſalutem, & ſpiritus emolumentum potiſſimum concernunt, pro concione proponere.

Curioſitate & honeſtas  
Non quod penitus hic notabiles damnare  
curioſitates magnamq; cum doctrinam, cum  
& proficuas vtilitatem continentem, velim, ſi enim concionator non ad ſui ipſius, ſed gloriam animarumque ſalutem eas depromit; dubitandum non eſt, quia omnis concionum illius ornatuſ, & decoramentuſ Deo ſit futurum quam gratiſſimum. Iudith enim dum ſe gemmis & margaritis ornauit, dum cinem calamitro diſcriminauit, dum veſtes cocco & byſſo diuites induit, quo Holoferni gratior apparet, nulla ratione peccauit; præſertim cum id non vanitatis cauſa, ſed ſpiritus ſancti inſtinctu, feciſſe eam ſacra ſcriptura dicat. Ad hunc etiam modum Chriſtus magnus ille concionator cælo deſcendit, doctrinam hanc diuinam edocens, inſtar ſatoris eandem diſſeminat, & vulgaribus parabolis exponit, quid enim ſeminante & ſeminatorius aut magis obuium haberi poteſt?

Concionatoreſ igitur, Chriſti exemplo familiarius cum auditoribus agere oportet, eorumque captui conceptus ſuos adaptare; ſi enim proceſſi ſint, & multa rerum cognitione polleat, ſublimia proponat; ſi minus, ſerpat & vulgaria conſectetur. Atq; hoc modo verba illa Luca intelligenda ſunt: *Quis putat, eſſe fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illi in tempore tritici menſuram*: Fidelis ille, & œconomus ſeruus, quem familiae ſuæ Dominus præfecit, vt tempore meſſis menſuram det, concionator Euangelicus eſt, per menſuram autem hanc tritici verus verbi diuini annuntiandi modus designatur; ipſum enim dum promulgatur, menſura & medioeritas adhibenda, ſublimibus ſcilicet & doctis, alta & erudita; plebeiis autem & imperitoribus obuia

& communia proferenda ſunt. Modus enim & menſura tam hic quam omnibus in rebus, ſunt neceſſaria.

Modum hunc ſeruare didicerat Paulus cum ad Corinthios ſcriberet, *Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus tanquam paruulus in Chriſto lac vobis potum dedi, nõ eſtiam*. Prudentis concionatoris eſt idipſum imitari, indoctioribus ſimplicia, doctioribus autem magiſque verſatis altiora & ſolidiora clargiri. Hinc etiam Moſes, cum facie inſtar ſolis reſplendente monte deſcenderet, legis tabulas populo prælecturus, vultum velauit, ac velamine emicantem ſplendore cohibuit, ne forte populus perterrefactus ab eo fugeret. Vt vero populariter & ſimpliciter cum iis agat; eorum ſe moribus agendiſque rationi accommodat. Audiamus quid hanc in rem dicat Papa Gregorius, *Coruſcantiem coram populo faciem velat, qui intima claritates arcana non reuelat*.

Ioanni quoq; in Apocal. Dominus præcepit, vt templum, altare, & quotquot in ipſo adorarent, metiretur: quod mandatum Richardus ad Victore ita expoſuit, *Hoc templum ſiue altare matris, præcipitur, quiſquis actiuus, ſine contemplatiuus & orbium eruditionis ministrare ſecundum virorumque, capacitate animatur*. Concionator itaque hoc exſecutus priuſquam ad dicendum ſe accingat, templum & altare & adorantes circa ipſum, diligenter diſcretatur neceſſe eſt, id eſt auditorum conditioneſ qualitatem, ingenium mores, virtutes denique & vitia perſpecta ad vnguem habeat.

Totum igitur hunc tractatum concludentem audiamus Gregorium, dum ait, *Pro quaſi attingitur audientium, ſumari debet ſermo diſtorum*. Nam vt citharæ dus, inquit, non eodem cordas omnes pulſat modo; ita & concionatores non vna eademq; cum omni hominum genere agere ratione par eſt, ſed cordatum illum agricolam, qui exiit ſeminare ſemen ſuum, imitari.

Chriſtus ſcilicet: cœleſti habitaculo & ipſo Paris ſinu egreſſus eſt, quo ſemen ſuum hic ſeminaret; vt præco Chriſtianus videat & diſcat ſimul, vnde cum exire neceſſe ſit, cum ad concionandum ſe accingit: à Deo nimirum à pretioſis filii eius vulneribus, ſeruore Spi-

ritus sancti; egrediatur, inquam, oratione, animarum zelo, rerumq; diuinarum contemplatione. Paulus Genuū Doctor, & electionis vas, tertio caelo, in quo arcana verba & recondita mysteria, quae non licet homini proloqui, audierat, egredius est; Hsaiæ Propheta os Seraphin calculo, quem de altari acceperat mundauit, priusquam vaticinaretur: Apostoli quoque non nisi post acceptum Spiritum paraclitum docere Euangelium incepere.

**Luc. 8. IV. Allegoria.** *Exiit qui seminat.* Vt allegorice hoc exponam, videtur hic ipse Deus Pater, iustitiae domo, cui ob peccatu Adæ inclusus tenebatur, egredi & in patentem misericordiae campum prodire semen suum, id est, Christum Dominum, in sacratissimo Deipara Virginis utero seminaturus. Porro diuinum hocce semen primo secus viam cecidit, ipsa videlicet natiuitatis Dominicae die, neq; enim in palatio, non in domo aliqua, sed in stabulo communi, haud procul a via regia sito, natus est. Deinde cum hominibus conuersatus, & turbas docens, in saxa visus est cecidisse, cum sapius eū Iudæi lapidibus obruere conati sint, haud multo post in spinas & ramos incidit, amarissimæ nimirū passionis tempore, quando spineo ferto redimitus, omnium ludibriū factus est. Deniq; interitam bonam cecidit, quando in sepulchro positus, rediuuus & glotiosus resurrexit, *Et ortum fructum fecit centuplum*: resuscitatus enim patres limbo detentos eduxit, portas paradyfi relexauit, inferos vectib. ferreis oclusit, peccatorum remissionem obtinuit, mundumque vniuersum redemit, re ipsa declarans quod in Euangelio olim ipse docuerat, dicens: *Nisi granum frumentum, quod ipse Christus est, cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet*: nisi enim ipse mortem oppetisset nullus præter ipsum salutem fuisset consecutus. *Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, &c.* quod è mundi totius redemptione satis euidenter colligi potest. Iam vero litteralem sensum disquiramus, *Exiit qui seminat seminare semen suum, &c.*

**Luc. 8.** Qui seminat non nisi manu seminat: ita verbi Dei prædicator manu potissimum ferere debet, id est, operibus sanctis & piis. Hinc in Leuitico Dominus diuerso semine agros conseri vetuit. Is porro diuersum semine se-

minare dicendus est, qui aliud verbis, aliud operibus seminat, operibus quidem semen prauum, verbis vero & concionibus bonum. Qua de re Basil. Magnus agens, Idicere solebat, cōcinatoris velle è duplici contexta esse debere materia, operibus videlicet ac verbis.

Deinde sator hic exit, seminaturus, & in Concione apertum se prodit. *Exiit quis minat*, de die in tor publice quam & publice, qui enim elanculum & in semper abscondito concionatur, merito suspitionis notam incurrit; adeo vt metuendum sit, ne hæreses doceat, prauaque dogmata disseminet. Hinc de Sapientia sapiens locutus ait, *Sapientia foris prædicat, in palatibus dat vobis suam.* Atq; idcirco Christus, dum pseudoprophetiæ & mendacii a Iudæis, impostricisque doctrinæ insimularetur, hanc a se calumniam dimouens, non aliud in sui purgationem, & ad innocentiam testandam argumentum protulit, quam se palam omnibus semper docuisse, in synagogis, viis publicis, & compitis, nulla vero vnquam conciliabula occulta coegisse, aut latebras doctrinæ spargendæ ergo quaesuisse. *Ego semper palam locutus sum, & in occulto locutus sum nihil.* Quicumque igitur hoc modo Dei verbum non disseminat, bonus dici sator nequit, sed *inimicus homo*: & sane inimicus ille homo de quo in Euangelio, non nisi nocte, tenebris densissimis cuncta occupantibus, zizania sparsisse legitur, *Cum dormirent homines, venit inimicus homo, &c.*

Sator autem hic exire videtur, vt multos Inuestigati agri Ecclesiastici cultores cōfundat eorumq; in doctores inertiam & vecordiam coarguat, qui saepe quidem exeunt, nō seminandi, sed metendis, & in horreum colligendi gratia; quibus merito obici illud Matthei queat, *Misere vbi non seminasti!* Et est profecto deplorandū, Pastores & Præsules Ecclesiæ, tot opes in Ecclesiæ agro colligere, id est, tot villas & domos comere, quem tamen nunquam aliqua prædicationis semine excoluere. Nemo autē colligere carnalia potuerit, qui spiritualia prius non seminavit. Vnde Apostolus, *Si nos vobis spiritualia seminamus magnum est si carnalia vestra metamus.* Erubescant igitur & pudore cōfundantur magni illi doctores, multa rerū cognitione & scientia pollentes, qui ex aliorum quidē opibus quales sunt Ecclesiasticæ, viuere

In Psal. 44.

Ioan. 18.

Matth. 13.

Matth. 25.

1 Cor. 9.

viuere uolunt; illis uero quæ à Deo acceperunt, communicare nolunt, nunquam ad prædicandum, scribendum, disputandum, aut alia scientiæ documenta in Ecclesia edenda egredientes. At hic *Exiit qui seminare semen suum.*

**LUC. 8.**  
Seminato-  
ris titulus  
maior quã  
creatoris.

Quamuis autem plurima Deus nactus sit nomina, quæ ex actionibus ei variis indita sunt, hoc tamen factoris, uelut pulcherrimum & maxime eximium, sibi præ cæteris delegit. Quod qui penitus examinare, & accuratius inquirere uoluerit, inueniet profecto, nomen & opus seminantis longe dignius esse, & eminentius quam creatoris; quod ipsa gratia nobilior sit magisque emineat quam natura. Deus siquidem, in quantum creator, ipsa elementa & totius uniuersi machinam condidit in quantum uero sator, uerbum suum, gratias, Sacramenta, salutem nostram delictorumque nostrorum expiationem, seminauit.

**LUC. 8.**  
*Exiit qui seminatur.*

Et qui ipse solus seminandi onus opusque suscepisset, ceterosque omnes ab eodem excluderet; dicitur, *qui seminatur*: quamuis enim mundus, caro & diabolus interdum seminaret, ueri tamen seminatores non sunt, sed seminis deprauatores. Solus porro Christus Iesus seminat, qui sementem propriam etiam uoluit sanguinis imbribus irrigare, æquum quippe erat, ut semen cæleste & diuinum cælesti etiam pluuia irrigaretur, itaque fructum ferret.

**Ibidem.**  
Multi præ-  
dicatores,  
mundi se-  
men semi-  
nant, & non  
Dei.

*Exiit qui seminatur seminare semen suum.* Apposite Spiritus S. hic *semen suum* ait. Sunt enim plurimi qui non suum, id est, Christi sed alienum, id est, diaboli, carnis, mundi & hæreseos semen seminant. Atque ideo etiam olim uetuit, ne diuersum in agro semen concrederetur. Neque enim aliud semen, quam Dei, seminandum est, nam, ut bene monuit Sapiens, *Adulterina plantat ones non dabunt radicem aliam, nec spuria stirpes propaginis profert longius.*

**Leuit. 19.**  
**Sap. 4.**

Christus ter  
in Euange-  
lio legitur  
clamasse.  
**Matth. 11.**  
**Ioan. 7.**

At nondum hic sator quiescit, sed seminat iaciens clamat alta uoce, *Qui habet aures audiendi audiat.* Cæterum, tertio Christus clamasse in uniuersa Euangelii serie legitur. Primo hoc loco, secundo, dū ait, *Qui sitit, ueniat ad me & bibat*, tertio cum in crucis ara expirans animam Deo Patri reddidit. Moriendo quidem clamans diabolus perterritus & deu-

cit; cum dixit, *qui sitit.* Et de Spiritu S. locutus est, quem credentes recepturi erant; iam uero omnes ad uerbi diuini auditum attentionemque inuitat, Ioannem Baptistam penitentiam in desertis Palæstine prædicando clamasse Euangelista perhibet. *Ego uox clamantis Ioan. 1. in deserto.* & ecce hodie uocis illius auctor & magister, ipse inquam Dei filius alta uoce inelamat; *Qui habet aures audiendi audiat.* **Matth. 13.**

Ceterum in docendo hic exclamat, ut nos omnes edoceat, quam sit aures uerbo Dei adhibere, concionatoresque diligenter auscultare, necessarium; suavit hoc olim ipse Pater gnū est, & aternus, cum de filio diceret, *Ipsum audite*, auditu plufilium meum, quem uobis in doctorem misi, uimū produciuis uerba spiritus & uita sunt. Bene autem est. Dei uerbum uitæ nomine appellatur, quod uitam afferat, animasque scelerum sepulchris cõditas egredi cogat, ac mortuas penitus resuscitet. Quod & in Ezechiele aperte patet, cum ad uocem Dei sparsa per agrum cadauera, & ossa arida, putida, foetida, resurgunt, & redanimentur. Quin & Apostolorum princeps Petrus cum Christi magistri sui potentiam, uerborum efficaciam, spiritus feruorem effert, ait: *Uerba uita habet*, id est, mortuos spiritu ad uitam loquendo reuocas. Ideoque *qui habet aures audiendi audiat.* **Matth. 11. Ioan. 6.**

Uult, quotquot aures habent, diligenter auscultare; multi enim aures habent non quidem uerbo Dei, sed mundi rumulrib. & turbis patentes, quo nihil tam Deo displicere magis potest. Pa cuius rei signum, olim sibi uictimam uoto promissam, offerri noluit cauda & lim sibi Deo auribus truncam. Glossa autem linearis huc uictimas aucauda carterem esse putat, qui nouissimorum ribus & caui vix unquam recordatur. Nam ut cauda animalis extremum est, ita mors, iudicium, tartarus & cælestis gloria ultimi uitæ nostræ al- phabeti characteres sunt. Is autem qui nouissima uix unquam ob oculos habet, auribus carere merito dici potest, utpote cui omnis de morte iudicioque extremo sermo grauis sit ac molestus. Huiusmodi autem sibi in uictimam immolari aut offerri uocat Deus:

Deplorandum est autem, peccatores, auribus quidem à Deo donatos, uerbum Dei audire nolle, imo ne clamanti quidem credere non audire uelle. An non enim miserimum est, surdos illos, deploranda & ta-

& tamen auitos, quæ Deus, Sancti, Prophe-  
tæ omnes docent & inculcant, audire nolle.  
Loth de Sodoma excidio egressionem; a Deo  
certior factus generos suos monuit, vrbe vt  
egredierentur, *Surgite & egredimini de loco isto,*  
*quia delebit Dominus civitatem istam:* ac illi lu-  
dere eum putabant, cum imminentē ruinam  
pænuntiatet, & iocari, eum de sulphureo im-  
bre ageret intentumq; vrbis, & civium præ-  
moneret. Ad eundē modum & plerique ho-  
die faciunt; cū enim concionatores de morte  
illis aut iudicio, & æterna damnatione verba  
faciunt, fabulas aniles narrati sibi credūt, hic  
surdastri sunt, cum in omnibus mudi ineptiis  
auritissimi existant: aures quidem fabulis, va-  
nitatibus, nugisq; patent; cœlestibus autem  
mysteriis & verbis Dei occulsa sunt.

Demosth.  
factum lau-  
dabile.

Huc optime quadrat quod de Oratorum  
Principe Demosthene referunt historici, hic  
enim cum quadam die in tribunali de rebus  
grauibus magnique momenti dissereret, vi-  
deretq; causam populi auribus non vsq; adeo  
gratam accidere, sed plerisque alio mentem  
intendere; abrupto orationis filo, nō illepidā  
narrare coepit fabulā, atq; ita oēs aures mox  
arrigere coepere. Conduxerat quidam asinū  
æstiuo tempore, Athenis Megaras profectu-  
rus, at dum circa meridiem æstus inualesce-  
ret, sub umbra asini solē declinauit: quo viso  
indignatus agasō elocasse se asinum dicebat  
nō autem vmbra, alter vero ē contra se asinū  
cōducendo, vmbra quoq; illius con-  
duxisse assererat. Vnde non modica inter v-  
trumq; contentio & lis nata. Hoc dicto De-  
mosth. apologum abrumpens; nec ad finem  
prosequens, ē iudicium se conspectu subtra-  
xit. Populus vero finem euentus scire avidus  
oravit, vt controuerſiam illam vmbrailem  
absolueret. Quo audito ineptiam eorum co-  
arguens ait, *De umbra asini audire cupitis, de sa-  
lute Græciæ differentem auare detrectatis.* An  
non hoc ipsum hodie iure de plerisque Chri-  
stianorum dici poterit, qui rebus & ineptiis  
mundanis audiendis maximopere delectan-  
tur: concionatorem vero de animæ salute a-  
gentem, & ad virtutis studium quam doctis-  
sime adhortantem, audire detrectent?

David rex cum Deo ob accepta beneficia  
gratias ageret, inter cætera summi beneficii

loco habet, quod aures eloquiis diuinis pa-  
tentes accepit, *Aures autem perfecisti mihi,* id  
est, vt quidem Hieronymus a fontibus He-  
braicis interpretatur, *fecidisti,* quod perinde est  
ac si dixisset, In perpetuum me tibi seruum e-  
legisti: motis quippe apud Hebræos erat, vt  
in Exodo patet, aures seruo perperuo perfor-  
rare. Vt autem Euangelio veterem legem ad-  
aptem, apertissimum & euidentissimum veri  
serui Dei altissimi symbolum esse cenſeo, aures  
ad diuina eloquia doctrinamq; Euange-  
licam patentes habere: oculos vero & oble-  
ratos, mancipium diaboli arguere & mundi.  
Sed filium hoc abutimur, & aliam telam  
ordiamur: satis de seminante actum est, de  
semine iam dicendum restat.

Postquam igitur sedulus ille sator semen  
seminasset, aliud, eheu! secus viam cecidit,  
quod & a tranſeuntibus proficitum est, & a vo-  
lucris direptum: aliud in rupes & lapides,  
quod natum ob humoris defectum quamprimum  
exaruit: aliud etiā in vepetra & sentice-  
ta, a quibus suffocatum euauit: aliud deni-  
que in terram bonam, & fructū protulit am-  
plissimum. Quatuor locis semen hoc disper-  
sum est, & non nisi vno fructum protulit. Vt  
autem allegorice quatuor hæc exponam, di-  
co, primo Philosophos veteres cōmode in-  
telligi; qui in magna illa & regia natura via  
aliquam Dei cognitionem habuerunt: per rupes  
autem & saxa, quidem obstinatos illos & du-  
ræ ceruicis Iudæos intelligi cœtat, quibus lex  
in duab. lapideis tabulis tradita legitur, quiq;  
in circumcisione cultello lapideo circumci-  
debantur? Per spinas & vepres, Saracenos,  
Turcas, Mahumeros, per terram bonam vero  
Christianos designari volo. Qui secus viam  
sunt pigri & vecordes; saxosi & icopulosi, ob-  
stinati sunt, & inconuertibiles: spinosi, diui-  
tes: electi, fertiles.

Antequā vero progrediamur vterius, non  
possum quin impudentiam aut potius profu-  
sionem satoris huius demiret, quod semen  
suum tum in viam, tum in saxa & illices, tum  
denique in spineta, & dumeta iecerit; quodq;  
nō nisi quærens pars in terram feracē ceciderit,  
quod tamen consulto & varias ob rationes  
factū crediderim. Primo ad nostram instru-  
ctionem: vt, ad illius nimirum imitationem,  
omnium

Exod. 21.  
Serui Dei  
signum est,  
habere au-  
res verborum  
vino paten-  
tes.

Explicatur  
quadruplex  
hec semina  
terra.

Cur sator  
hic in spinas  
& secus viam  
semē suum  
iecerit.

*Rom. 7.* omnium hominum generi doctriq; illius se-  
mentem communicemus. Vnde Paulus, *Græ-  
cus ac barbarus, sapientibus & insipientibus dabit or-  
sum.* Secunda ad concionatorum consolati-  
onem, ne animo deiciantur, aut fecius ac  
par est ferant, si semen iactum in plurimorum  
agro nõ germinat, sed in nihilũ euanescat: cũ  
id ipsum Christo Redemptori nostro q̄ fer-  
uentissimè doceri in plurimis euenisse certum  
sit: nam, vt bene scribit Augustinus, *Magna  
consolatio m̄bris ex capite.* Tertio, quod is, qui  
ius semen est, infrugiteram terram in fertilem  
commutare facili negotio queat, quod Iob  
Propheta testatur: *Quis potest facere mundum  
de immundo cõceptum semine, nisi tu qui solus es?*

*Iob 14.* His ita constitutis, dico per terram hanc  
viã vicinam, in qua semen à viatoribus con-  
culcatur, & ab aũibus absumitur, publicos  
peccatores designari, qui verbum Dei vili-  
pendunt, ipsumq; pessumdari sinunt. Hęc sunt  
viã recta ad infernalem voraginem deducẽ-  
tes, per quas ferales & nefandæ aues semper  
volitant, id est harpyiæ illæ ferales & tartareę  
quæ omnia deuorant & absumunt. Quamq;  
per terram hanc intelligi etiam queat illi, qui  
varias peccandi occasiones habent, hęc namq;  
certissimæ ad peccatum viã: at viã declinan-  
dæ: variisq; periculis obnoxia. Cum Dina  
filia Iacob, & duodecim Patriarcharum soror  
domo paterna, vrbs Sichem videndę, animi-  
q; relaxandi ergo egressa esset, & florata est  
solasq; se reperituram feminas rata, viros et-  
iam reperit, à quibus rapta immixto pudore  
rediit, excidiiq; Sichimitarum causa exstitit.  
Multum igitur ad peccandum occasiois val-  
ent, periculique sunt stratrices.

*Exod. 10.* Deus cum legis tabulas Mosi daret, & mós  
circumquaq; tonitru & fulgure coruscaret,  
populo præcepit ne monti propius accederet  
ni graui petire morte vellet, repenteq; teme-  
ritatis pœnas dare: *Qui tetigerit montem, morte  
moriatur.* Montem vel solum tangi præcipit,  
& primo pede calcari: sciebat siquidem eos,  
cum semel montem tetigissent, eundem &  
ascensuros. Peccandi igitur occasiones fu-  
giendæ sunt: semen enim secus viam prola-  
plum quamprimum exaruit.

*Luc. 8.* *Yl.* Cecidit secus viam. Chrysostomus de negli-  
gentibus hoc & desidiõs exponit, *Qui viã*

*significanti, hi negligentes sunt atque otiosi:* qui *Hom. 45 sup  
Matth.* nimirum verbum Dei pedibus proterunt, vi-  
lipẽdunt, contemnaunt, aut saltem negligenter  
admodũ audiunt. Quos Viriã duci eẽsco  
esse per similes: hic enim cum litteras a Rege  
ad Ioab deferendas accepisset, putabat se per  
easdem ad præfecturam castrẽsem aut tribu-  
natum promouendum: sed eheu! sui ipsius  
interitus exitiũq; nõtius venit. Qui n. multas  
audiuere conciones: sed negligenter, nec ad  
earum præscriptum, vitam instituunt, ceteris  
quæ fecisse se putabunt bona opera, easdem  
annumerabunt, magnaq; in die iudicii mer-  
cede se donandos idcirco credent: at, cuna  
Deus æquissimus ipse Iudex litteras explicu-  
erit, legeritq; & viderit, nihil illos ad con-  
ciorum auditarum præscriptum fecisse: mor-  
ti illos ac supplicii sempiterni adiudicabit  
quod iuxta viã commorantes semen accep-  
tum, a volucribus absumi sinant.

*Secus viam.* Sunt qui hic vitia carnis laici-  
namq; voluptatẽ intelligant. Nam vt quod *Luc. 8.*  
Luxuria & viã adhæret, in omnium oculos occurrit, ita vitia carnis  
qui illicitis voluptatibus dant operam & de-  
per terram  
licus se carnalibus inquinant, omnibus noti hanc viã p-  
sunt, occultis quidem & furtiuus se amoribus ximam de-  
teneri putant, sed tandem etiam pueris noti notantur.  
fiunt. Amor quidẽ cœcus effingitur, sed nu-  
dus est: vt alios quidem videre nequeat, sed  
ab aliis e contra videatur ipse. Nam furtiuam  
Venerem consecrans, & adulterio thorum  
temerans, latere se putat: & tamen verba ipsa  
gestus, motus, vitæq; ratio impudicitiam  
lasciuamq; illius coarguunt. Vitia hæc viã  
proxima dicuntur quod publica sint & oc-  
cultari difficulter queant. *Beati igitur quorum Psal. 31.  
recta sunt peccata.*

Thamar quæ incestuoso fœceri suæ Iudæ *Gen. 38.*  
conubitu se prostituit, in biuiis viarumq;  
capitib. viatores illicio dementare & ad con-  
cubitum pellicere gestiens sedisse legitur, ad-  
eo vt Iudas cum meretrice triobolam se, non  
vero cum nuru, rem habuisse crederet. Pro-  
posito hoc per optime quadrat: vera enim hic  
luxuriæ imago proponitur, peccati inquam,  
quod semper secus viã hæret, quod viatores  
in exitum trahit, quod omnibus notissimum  
est, multaq; alia in populo scandala & offen-  
dicula creat. Quin & alia quadam ratione  
pec-



peccatum hoc viæ proximum dicitur, quod incestuosus, adulter & fornicator multis aliis vitiis pateant. Quod Isaias Propheta cuidam lasciuo exprobrauit dicens; *Posuisti corpus tuum & cor tuum & desiderium sicut viam, unde transierunt omnes*. Superbus quidem corpus suum vanitati soli referat, ceteris vitiis penitus occludit; avarus cupiditati animum patere vult, non vero aliis peccatis: at luxuriosus & adulter omnibus se vitiis prostituit, cunctorumque se scelera propudiu constituit. Instar Luciferi enim superbit & turgit: in vanitatibus prodigus & effusus est, nulla in verbis illius subest veritas, in actionibus subdolos & vafers, in promissis fallax & vulpius est: sibi ipsi inuidet, in homicidiis denique audax & piceps.

Ecclesiasticus vero magis ad viuum adhuc fornicarium depingit: *Omnis mulier quae est fornicaria, quasi stercus in via, ab omnibus praeteruentibus concubabitur*. Cum igitur vitium hoc, per terram hanc viæ regiae vicinam designetur; certum est, si in animam carnalem semen verbi Dei iaciatur, si concionibus variis ad bonam frugem excitetur; ipsum concucandum, correptiones amicas vilipendendas, praedicationes illudendas, verba admonitoria exhibenda, sannis excipienda, statimque obiciendum illud; Inuenis sum, indulgendum est aetati, cum ad senium peruenero, vitam in melius commutabo, fragilis sum: sed & tandem huiusmodi vitiis deditos, in haesum prolabi, dicendo, non esse tantum, quantum scriptura quidem describit, peccatum; sed non nisi facinus quoddam heroicum & aulam sapiens.

De quibus Osee Propheta loquens ait, *Extranei comederunt fortitudinem eius, illi ignoraauerunt*, fortitudo haec doctrina Euangelica est, quae rite intellecta vires animae, quo in virtutibus crescat, suppeditat, tunc porto eam extranei comedere censeantur, quando tota vi daemones impedire conantur, ne in anima radices agat, & fructus quibus nutriatur proferat. Atque hoc dicere voluit Euangelista, dum ait semen ab auibus deuoratum fuisse, daemones quippe sunt funestae & ferales illae harpyiae: quod certissimum interitus damnationisque perpetuae argumentum est.

*Gen. 40.* Pistori Pharaonis carcere conclusus secun-

dum quietem somnium cum vidisse se diceret, videlicet, tria se farinae canistra, & in summo oes cibos qui pistoria arte parari queant, quos aures comederent, gestasse: Ioseph somnii interpretes ait, post triduum eum in ligno suspendendum, & a volucribus caeli comedendum. Ut allegorice hoc in meum propositum detorqueam, certissimum est, te fornicator, si egregiam illam verbi Dei farinam, & quidquid ad ipsum spectet, in capite solummodo gestes, caequa; dentibus non molas aut rumines id est, cogitatione non excoguas, sed auibus illa in praedam des, in inferiorum te carceribus suspensio periturum, morteque; perpetua afficiendum. Nam cum miser ille panes suos ab auibus comedi somniasset, Ioseph augur hinc ruinam illius & interitum auguratus est: ad eundem modum, certissimum aeternae damnationis argumentum esse censeo, si quando verbum Dei, animatum inquam alimentum, daemones e corde velut praedam, diripiunt.

Israelitae cum terram promissionis coluissent, seminaque eidem concredidissent; ecce, subito Madianitae, Amalecite, aliique in Oriente populi per circuitum messem adhuc in herba perdidere, pessumdederunt, & magnam circumquaque stragem edidere. Ita dum Ecclesiae sementis est, id est, dum conciones publice fiunt; tunc grassari daemones incipiunt, tunc funestae illae aues circumuoluntate, tunc Madianitae, Amalachitae, & impii ad perendum, destruendum, seminaque e cordibus & Ecclesiae agris euellenda, egredi. Itaque sit, ut lasciuia & voluntarii, verbi Dei iacturam faciant, ipsumque contemnant.

Sapissime quin etiam fit, ut ipsos concionatores explodant, eorumque auctoritatem eleuent. Si enim Ecclesiastes aliquis, qui diuino zelo motus, & virtutis huius turpitudinem detestatus, in ipsum summa animi econtione debacchetur, inuehatur, brutale & inferni pabulum appeller, sanctorum Patrum de eodem opinionem censuramque depromat, quomodo ad vnum omnes suis ipsum coloribus depinxerint, quomodo S. Gregorius in Moralibus fieri non posse crediderit, libidinibus deditum ad sanctas cogitationes allurgere: quomodo S. Hieronymus eo mentem turbati, iudicium inuerti, spiritum eneruari, ani-

Ludic. 6.

Voluptatibus seruientes concionatores exhibent.

Comm. in Matth.

animam excecari, hominem in brutum commutari, ratione priuari, & in bestialitatem sensum declinare dixerit: quo modo Isidorus eodem animam necari ac extinguere senserit; nam ut cadauer, inquit, non nisi terram odorem spirat, ita voluptatibus carnalibus deditus intrinsecus pessime olet; qui eadem opera, Bernardi sententiam exponat, ut nimirum exclamet, *Quantos lasciuus labores subit, quoties cum vitæ periculo ad domina foreas excubat, quoties frigus & æstus patitur, quo breui & momentanea voluptatula perfruatur! annos sæpe integros ambit, quærit, instat, sudat, discurret, varios labores & difficultates toletat, quos si ad Dei honorem animæque salutem inflameret, quantam sibi meritum in cœlesti horreo segetem coaceruaret! & ipsum quod his omnibus venatur, quam exiguum, quam momentaneum, quam breue & fallax est? & tamen æternum his omnibus sibi exitium accessit, qui etiam plura & maioris momenti & efficaciam dicat; ipsi tamen carnales dicentem explodent, illius verba exsibilant, & nihili facient. Videte igitur, ut semen, secus viam si ceciderit, pereat & extinguatur, iam alia loca discutiamus.*

*Luc. 3. VII. Auari per petram designati.*

*Matth. 4.*

*Et aliud cecidit super petram, & natum exaruit: nam quoniam humor defecerat, defecit & germinatio. Thomas, doctor ille Angelicus, loci huius interpretem agens, de avaris hæc exponit, hi enim cum petra duriores sint & obstinati, verbi Dei semen præ humoris gratiarumque cœlestium inopia, in animis eorum germinare nequit. Incuius rei signum, Satan, omnium avarorum caput & princeps, Dei filium in Palestina desertis ambitione & avaritia tentaturus, in summa petrarum iuga eum subuexit, è quibus omnia illi totius orbis regna ostendit. Ut enim latentem in pelago rupes & scopuli naues appellentes evertunt & collidunt, (vnde Poeta *fuge litus avarum*): Ita in mundi huius mari avaritiæ rupes, & ambitionis scopuli animas sæpenumero in interitum trahunt, naufragiumque amissis tabulis & armis, subire cogunt.*

*Apoc. 3.*

*In Apocalypsi Ioannes vidisse se in cœli regione volitantem aquilam scribit, quæ habitantibus in terra va, va, va, in clamaret. Aquila*

*Tom. I. Pars Hyemalis.*

*hæc piorum spiritualismque imago est, quorum, ut Apostolus testatur, Conuersatio in calis Philip. 3. est: qui nimirum sublimi auolent, procul ab hominum in terra habitantium, id est diuitum aliorumque prauo quodam affectu transfuersum acti animum rebus terrenis affixero, oculis remoti. Triplicem porro auis hæc his infelicitatem denuntiat ac spondet, scilicet, ut quidem glossa exponit, laborem & sudorem in opibus parandis, anxietatem & solitudinem in conseruandis, dolorem cruciatumque in admittendis: vel, vae libidinosi, vae avari, vae diuitibus. Atque hoc innuere Propheta volebat dicens, *Terra, terra, terra, audi Verbum Dei: libidinosorum inquam avarorum, & opulentorum terra. Terra igitur eaq; seruposa & petrosa avaros denotat, quorum scilicet animi saxosi sunt, in quibus verbi diuini semen germinare nequeat, sed natum quamprimum arefcatur: audito enim Dei verbo vitæ quidem aliquam emendationem initio proferunt sed mox ad vomitum reuertuntur, eo quod animum despondeant, conceptumque feruorem extinguunt.**

*4. Reg. 11.*

*Ioas rex Eliseum grauiter decubentem cum inuiseret, aliquot per fenestram Orientem versus sagittas emittere iussus est, sed, cum non nisi tres emisisset, grauiter a Propheta apprehensus est, quod plures non esset euaculatus: Quadrat proposito meo figura hæc! sunt enim plurimi qui Deo seruire quidem incipiunt, sed defatigati quamprimum à cœpto resiliunt. Peccator scilicet ad Deum accedit, vitæ emendationem spondet, Deus, quantum in se, auxilium spondet, manum præbet auxiliariam, sanctas inspirationes immittit, robur suppeditat; tunc sagittam primam emittit, vitæ inquam melioris propositum, quæ validissimum aduersus demones sagitta est, iacet deinde & alias; sed ultra tertiam non progreditur; biduo scilicet aut triduo ieiunabit, bis aut tertio peccatorum exomologesin faciet, bis terue flagis in corpus seuiet; sed quamprimum defatigatus supersedebit; occurrunt quippe seruposa & anxietatis difficultates, rupes molestiarum impedimento sunt, ne pergat vterius, & verbum Dei germinet ac fructum faciat: Ac forsitan in spineta, vbi deciderit, maiores editurum radices speratis? sed fru-*

B b

stra

Luc. 8. Itra nequaquam, nam à spinis suffocabitur. Et aliud cecidit super spinas, & simul exorta spina suffocauerunt illud.

Spinis diuitiæ compantur.

Lud. 9.

Per terram hanc spinis, tribulis, & sentibus oppletam, omnis omnia Sanctorum Patrum chorus diuites & locupletes intelligunt: sunt enim diuitiæ vere spinæ. Solent quippe spinæ ouium lanam decerpere & auellere: ita locupletes pauperum substantiam depascere. Et ut rhamnus ille spinosus, in arborum regem cum electus esset, incendio suo aliarum ruina & interitus fuit: ita & opulenti cum ad summas dignitates euecti sunt, magnamque auctoritatem opibus sibi peperere, ruinam capitibus suis inducendo, alios sæpenumero in interitum pertrahunt. Atque ut inter præcipua Passionis dominicæ eruciamenta, sertum illud spineum imprimis emittit: ita augurari hinc licet, coronas illas aureas, quæ à diuitiis quæ vere spinæ sunt, donantur, præcipua sæpillime instrumenta, & præsentissimas occasiones existere, ut noua filio Dei crux & passio paretur, eiusque maiestas ad iracundiam prouocetur.

Exod. 3.

Magnam se Moses vidisse visionem, imo prodigium credebat, cum Deum in rubo ardenti cernebat, Ibo & video, inquit, visionem hanc magnam. Et sane prodigii ac miraculi loco habendum: Deum in diuitiarum rubo apparere. Nam spinæ & dumeta serpentum, colubrorum, lacertarumque receptacula esse solent, ita diuitiæ, vitiorum fomenta & cunabula. Vnde

1. Tim. 6.

ad Corinthios Apostolus, Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueos diaboli, & desideria multa inuoluuntur & noctua qua mergunt homines in interitum & perditionem. Videtis a. quomodo hoc loco uerbi Dei sementem suffocet,

Luc. 8.

& in herba extinguant. Et simul exorta spina suffocauerunt illud.

Hom. 15. in Euang.

Late hic excurrit Magnus Gregorius magnoque sententiarum & uerborum pondere suffocationem hanc exponit, dicens, Sollicitudines & diuitiæ & voluptates suffocant uerbum, quia inopportunis cogitationibus suis guttur mentis strangulat. Atque hæc ratio est cur olim Deus arbores & rubos circa altare suum plantari uentur: uerba legis sunt hæc, Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui, Dei autem altare cor nostrum est, spinæ uero & arbores quæ sunt, mala uideria,

Dant. 3. 6.

voluptates & deliciae: quas circa cordis aram plantare nefas, ne sua illi umbra noceant ut quæ noxia est & pestilens. Quam igitur spinæ damnosæ sunt, utpote quæ uerbi diuini semen extinguant & suffocent? sed iam ad quartam seminis portionem se conuertat oratio, quod cadens in terram bonam ortum fecit fructum centuplum.

Philipp. 3.

VIII.

Porro per terram bonam, cor fide instructum, in charitate fundatum, & ab omni libere Terra hæc rum uitio intelligere oportet. Atque ut triplex bona corficorum esse genus diximus, qui nullum est susce de plenam pro semine fructum proferunt, ita & triplices est.

Itaui queunt, in quibus semen concreditum fructum amplissimum producit. Per fructus autem hos bona intelligenda sunt opera, quæ fructus fidei & uerbi diuini esse solent, ut patet è Matthæi Euangelio, Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius, uel, quod mihi esse uideretur uerisimilius, ipsa uita æterna, ut ex epistola ad Corinthios manifestum est, Qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat de benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. Cor. 9.

Ex hoc autem loco, uelut ex instructissimo Duo Caluimo armamentario, tela, quibus duos grauissimi- nistarum ermos & perniciosissimos Calvinistarum Lu- rores, q hoc theranorumque errores refellamus petere po- loco refel- terimus. Primum, quod operibus bonis uiluntur- tam æternam promereri negent; cum tamen fructus non tam terræ bonitati uideoq; quam laborantis diligentia respondeat. Secun- dum quod eandem omnium Beatorum glo- riam putent, nullumque inter eos discrimen constituant; cum tamen tantam hic fructuum discrepantiam uidere sit, aliis tricesimum, sexagesimum aliis, aliis denique centesi- mum profereantibus; atque hoc iuxta laborem diligentiamque quam agro colendo impende- runt. Variæ autem sanctorum Patrum, quo- In hunc lo- cum & lib. 1. cont. lonin.

ad hanc fructuum diuersitatem dari possunt cum & lib. 1. cont. lonin. expositiones: Centesimum namque alii ad uir- gines, sexagesimum ad uiduas, tricesimum ad conjugatos, teste diuo Hieronymo, & D. Athanasio in epistolis, referunt. Alii centesi- mum Martyribus, sexagesimum uirginibus, & uiduis tricesimum ascribunt, inter quos Hie- ronymus: sunt qui centesimum Martyribus, sexagesimum uirginibus, & tricesimum con- iuga-

Li. 3. 99. Eu- ang. Rom. 3. 12.

iuga-

regatis attribuant, vt Augustinus. Nonnulli centesimum Martyribus, sexagesimum religionis, qui omnia propter Christum vendendo, pretium in egenos distribuerunt, & tricesimum nuda & sola mandatorum diuinorum obseruatione contentis assignant, inter quos auctor operis imperfecti: Alii denique centesimum Anachoretis & Eremitis, sexagesimum Monachis & cœnobitis, & tricesimum cōiugatis donant; quorum de numero Theophylactus est. Omnia hæc existimat Calvinus nullosq; in Ecclesia sua ordinum gradus constituit, ac differentiam nullam status admittit; at omnes æquales, omnes sanctos, omnes ad imitationem Iouiniani hæresiarachæ perfectos credit.

Plura his non addam, Auditores, vt vos ipsos ad perfectam eorum quæ his parabolis continentur obseruationem inuitem. Cogitate igitur eorum omnium qui Christum docentem audiuerunt, quartam tantum partem fructum protulisse; & hinc discite, quam exiguus saluandorum sit numerus. Cauemus igitur atque operam demus, ne, postquam tot conciones audierimus, vitæ quæ emendationi non studuerimus, eadem nobis calamitas accidat, & sterilitatem proferamus. *Nolo vos ignorare fratres scribebat Corinthiis Apostolus, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo, nam prestrati sunt in deserto.* Hanc illis figuram ob oculos ponit, vt ostendat, paucissimos eorum qui sanctas prædicationes audiunt fructum ex iis referre, animæque salutis ideo magis incumbere.

Verbū Dei Magna igitur animi attentione verbum ditubæ con- tinuum audiendum; adeo vt surdior litore ille fertur, merito dicendus sit, qui ipsum audire nequit, cum tubæ ipsum Dominus in Isaia vaticiniis comparat, *Quasi tuba exalta vocem tuam; vt belli esse signum & notam indicet; quo, qui ipsum audiunt, ad bellum dæmoni, vitiiis & mundo inferendum accendantur.* Hinc veteris testamenti sacerdotibus præcepit olim Dominus, vt tubis clangent, *Filii autem Aaron sacerdotes clangent tubis.* In tabernaculo quoque suo duas perpetuo tubas asserruari voluit, vnam quæ vitiiis bellum indiceret, alteram quæ ad virtutem accenderet. Angelus etiam ille,

1. Cor. 9.

Isai. 8.

Num. 20.

Apocalypseos, Euangelii magni præco, instat *Apoc. 2.* tubæ vocem exaltasse scribitur. Ipsa etiam Ierichuntis mœnia ad tubarum sacerdotium clangorem repente ad terram conciderunt. Quo designatur, ad sonum & vocem prædicationis doctorum, qui vere Ecclesia buccinæ sunt, vitiorum nostrorum mœnia & propugnacula cœlo minantia, collapsura & in ruinam itura. Gedeon deniq; magnus ille dux, & Israelitarū clypeus, tubas militibus in manu tradens, Madianitarum cuneos profligauit, & in fugam actos interneccione deiecit. Deo ad eundem modum concionatoribus, qui milites eius dici queant, tubas, id est, verbi sui annuntiationis potestatem & auctoritatem, tradente; omnis vitiorum hæresumq; colluies, atque adeo omnes Ecclesia hostes, in fugam compelluntur & profligantur.

Verè igitur verbum Dei, in honore habendum, & quam diligentissime & audillime audiendum: est enim malleus cœlestis, qui durissima cordium peruicacium saxa, matmora, petras, comminuit, frangit, conterit, & emollit. Hinc per Ieremiam Prophetam expostulans Dominus ait, *Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petras;* verbum suum ecce ignis nomine vocat, quod bonos accendat; mallei vero, quod impios conterat & contundat. Nam vt malleus ad dura emollienda necessarius est, ita verbum Dei ad peccatores obstinatos flectendos domandisque peraccommodum. Atq; vt Iahel genetosa illa mulier, Sifara viro fortissimo clauum malleo per tempora adegit: ita Ecclesia, quæ in Apocalypsi & aliis Scripturæ locis mulieri comparatur, verbi Dei malleo Satanam principem illum tenebrarū enecat & occidit. Est deniq; malleus ille, cuius meminit Scriptura, *vox mallei innotat auribus eius,* nam dulcis illa & harmonica, verbi diuini mallei vox, incredibili iucunditate aures piorum & animas iustorum perfundit & afficit.

Cum iucunditate igitur verbum Dei audiendum est, auditumq; retinendum; non vero imitandi illi qui nundinas quidem ad eunt, nihil autem emunt aut vendunt; ne de vobis, quod de nonnullis sui temporis conqueritur Psalmographus, dicatur, *Firmauerunt sibi sermonem nequam.* Nolite itaq; cribro similes esse, quod

aquæ iniectum quamprimum quidem completur; at eductum, ne guttam contineat. Dolendum tamē, plurimos cribro per similes existere, prædicationem quidem audientes, plenis buccis pietatem concrepantes, nihil nisi pietatem somniantes, ita ut eadem & saturi oppleti esse videantur; sed templo egressos, & in publicum eductos, vacuos esse, & auditorum omnium oblitos. Ad quam similitudinem alludens Scriptura, quodam in loco ait, *Cor factus quasi vas confractum, omnem sapientiam non retinet.* Quid enim profuerit, cibo ventrem ingurgitabile si per vomitum mox eiciatur? quid conceptum fuisse proferat, si mors quam proxime imminet? quid iuuerit, semen sacco pertuso inferere, litteras in aqua effingere, aures illaqueare, easque quamprimum dimittere? Ita quodnam emolumentum fuerit, verbum Dei audiuisse, & auditum mox obliuisci?

Conclusio.

Quotiam anni elapsi sunt, Auditores, ex quo primum verbum Dei audire cœpistis? viginti scilicet triginta, quadraginta, quinquaginta, plus minusve, audiistis tot disertos & celebres concionatores, nomine & doctrina per vniuersam Galliam notissimos eosdem estis admirati, eorum dicta concionesque laudastis, at quid tandem ex iis omnibus retinistis? quis inde securus est fructus? hincine aliqua in vitæ ratione subsecuta est emendatio? ideone firmius & tenacius oratio vobis Dominica, salutatio Angelica, fidei symbolum, aut decem decalogi præcepta inhaerent? Plurima vermes & bufones à terra elicit; eadem herbarum germina producit, plantasque & arbores facit turgescere. Quid autem in animabus vestris ille cœlestis verbi diuini ros prestiterit? quos effectus produxit? an peccatum aliquod fugauit? an virtutes, bona opera, sanctas cogitationes in cordibus vestris coegit excrefcere? Non sanatur, mihi credite, æger medicum consulentem audiendo, at quæ præscripserit diligenter exequendo; ita estote factores verbi & non auditores.

Iacob. 1.

Si rex aliquis nuntium vobis cum litteris dirigeret, amicitiam benevolentiamque testatibus: vos vero quæ vestra inhumanitas foret, eum non modo domo excluderetis, sed ne intra limen quidem admitteretis? annon indignationem illius incursum vos putatis? Nuntium

vobis, mihi credite, Deus delegauit, id est sanctum illud verbum & doctrinam cœlestem. (In Proverbiis siquidem scriptum est, *Sicut aqua frigida anima sitienti, ita nuntius bonus de terra longinqua*) hunc proinde non in aurem solum, quæ animæ ianua est, sed & in cordis palatium debetismittere: qui enim secus faxit, infinitam illius maiestatem grauer offendit.

Idcirco æternæ & omnipotens Deus, qui humile agricolæ nomen minime es dedignatus, (de quo filius ait, *Pater meus agricola est*) tu inquam, qui hodie semen illud diuinum, & secus viam, & in loca petrosa saxosaque, tum etiam in spinetum, tum in terram bonam seminas: gratiam nobis præsta, ne viis illis publicis similes inueniamur, in quibus bonum illud semen pedibus transeuntium conculcatur: nec petra, in qua radicē agere nequit: nec dumetosa sentietoue, in qua suffocatur, at bonæ terræ assimilemur, quo ita omnigenos fructus, attenuatum cum varietate aliqua & emolumentum discrimine, tricesimum nimirum in adolescentia, sexagesimum in ætate virili, centesimum autem in decrepita & exsiccata senectute, proficramus: ut hac ratione de virtute in virtutem, de perfectione vna in aliam, quasi per gradus quosdam descendentes, tandem aliquando ad æternam illam beatitudinem, & felicitatem perpetuam pertingere mereamur: ad quam deducere nos dignetur qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant Deus Redemptor noster Christus. Amen.

## DOMINICA QVINQVAGESIMÆ.

Partes.

1. Deum & hominem passum esse, difficile capere.
2. Christi de sua passione iugis memoria.
3. Christianorum de passione Christi ingrata oblitio.
4. Quod Bacchanalia multis magis cordi quam passio Christi.
5. De traditione & illusione Domini.
6. Quorum nos cæcus admonsat.
7. Frauentes comminabundi quibus similes.

Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Luc. 18.

FIGURA.

Unior Tobias, paternam voluntati morem  
 Igeredo, longam ac diuinam peregrinationem  
 cum institueret: Angelum Raphaelem itineris  
 & ducem & socium habuit: qui cum ambo pfi-  
 scerentur & Tobias quadam die in fluuio Ti-  
 gri pedes lauaret: ecce tibi subito aq̄s imma-  
 nem caput exerentem cœtum, qui toruo eum  
 aspectu intuens deuorare incertum nitebatur.  
 Vifa autembellua perterritus iuuenis, socii au-  
 xilium implorauit: qui robur mox addens &  
 animū, ait: *Apprehende brachiam eius, & trahere*  
*eum ad te, & simul ut exenteraret, cor & fel il-*  
*lius afferuaret, quæ variis morbis, & maxime*  
*oculorū caligini medicandæ vsui forent, præ-*  
*cepit. Piscis hic, Auditores, figura est Iesu*  
*Christi Redemptoris nostri: in tristitia passionis*  
*fluenta voraginemq̄; mortis profundissimam*  
*coniecti: hunc porro exenterari vult Deus, &*  
*amoris illius, quo flumen hoc ingressus est, &*  
*mortē hanc amarā subiit, exta penitus inspicit.*  
*Nam profecto si cor, cuius nobis aditum mili-*  
*tris læca referauit, videre possemus, quo nimi-*  
*rum ardore incensum sit, quo dilectionis erga*  
*nos igne flagret: cum Thoma Apostolo haud*  
*dubie exclamaremus, Deus meus, & Dominus*  
*meus: & ipsum exigua fidei, quæ in nobis laet*  
*conduceret, & singulare amoris erga amātem*  
*nostri incentiuum foret, fel quoque illius dili-*  
*genter uti asseruari, ut se passionis amaritudi-*  
*nem consideremus, eoq̄; animarum oculos*  
*illinamus, i. est, quidquid ille in passione ama-*  
*ritudinis subiit, diligenter ruminemus, illius*  
*causa ingemiscamus, & illi intrinsecus condo-*  
*leamus. Hoc ipsum videlicet Ecclesia Catho-*  
*lica hodierno nobis Euangelio iunuerē con-*  
*tendit, in quo cum Christus Dominus labores*  
*arumnas, passionem, & mortem deniq̄; suam*  
*Apostolis enarrasset, & in exemplum propo-*  
*suisset: tandem ad finem sermonis, egregium*  
*& admirabile, cœcum non procul ab vrbe Ieri-*  
*cho illuminando, miraculum edidit, vnde col-*  
*ligere possumus, certissimum oculorum cœcu-*  
*tiarum lippientiumq̄; collyrium esse, si a ma-*  
*marū Dominicæ passionis fel iisdē applicetur,*  
*id est, omnis eiusdem amaritudo diligenti me-*  
*ditatione ruminetur. Hoc Euangelio domini-*  
*cæ huius continetur, & hoc ipso virili mea vo-*  
*bis exponere conabor: auxilietur modo gratia*

Job. 6.

Ioan. 10.

sua Deus, & precibus nobis succurrat gloriosa  
 Dei Mater Maria, quam obrem vnanimiter om-  
 nes in genua prouoluti salutatione eam An-  
 gelica compellimus:

AVE MARIA.

Nullum est, in vniuersa Christiana Religio-  
 ne mysterium Auditoribus, quod humanū inge-  
 nium magis exerceat aut fatiget, nullum quod ad quis in ani-  
 credendum sit difficilius, nullum deniq̄; quod mū admitti-  
 veteres illos Philosophos, quos Græcia iactat, tere potest,  
 tortis magis & suspensos reddidit, q̄ ipsa Re-  
 deptoris Christi humilitas, mors, crux & cru-  
 mortē subie-  
 enta passio. Testatur & hoc Gentium doctor ille.  
 Paulus dum ad Corinthios scribēdo ait, *Iesum*  
*pradicamus crucifixum, Iudæis quidē scandalū, gen-*  
*tibus autem stultitiam. Tanta scilicet est in creden-*  
*do, Christum mortē p̄ hominum redemptione*  
*subiisse difficultas, ut Iudæi hac audita of-*  
*fendātur, Gentes vero talia docentē exhibēt.*

1. Cor. 1.

Exod. 3.

Moses: cū in Sinai desertis Dominū in rubo  
 ardenti & non cōburenti cōspiceret, percussus  
 ait: *Vadā & videbo visionē hanc magnam. Non*  
 minor, mihi credere, est visio, aut minus pro-  
 digiosa (vt allegorice hanc Moyses exponā) eū-  
 dem Deum in deserto Caluarie, cruci affixum  
 spinco redimittū ferto, manus illius clauis per-  
 foratas, faciem liuore, sanguine oppletam cor-  
 pus vulneribus læcerum, lancea que latus aper-  
 tum habentē cernere, at p̄fecto meū statu,  
 maiorem magisque portentosam visionem, &  
 quæ maiores ad credendum difficultates con-  
 tinear, a nemine vnquam visam esse.

Hinc Prophetæ omnes, cū de Christo eius-  
 que operib. quæ in mundo editur, quin & de  
 passione quam subiturus esset, vaticinarentur:  
 semper admirando de iisdem locuti sunt. Alii  
 quippe exclamādo orationem exorsi sunt, di-  
 cēdo, *Domine quis credidit auditui nostro? quādo*  
*scilicet audiuimus: in praesepio te nasciturum;*  
*in Ægyptum p̄ metu secessurum, fame in de-*  
*serto Palaestine cruciandum, Pseudoprophete*  
*instar habendum, ad mortem instar sicarii cō-*  
*demnandum, columnæ alligandum, flagellis*  
*subdēdum, cruci affigendum, sepulcro deniq̄;*  
*coarctandū? Alii vero, Domine audiui auditionē*  
*tuā te nimirū humana carne iuduendū, stabu-*  
*lum loco palatii electurū, in cruce expiraturū*  
*miseriis & opprobriis saturandum, & cum ui-*  
*Atq̄; hæc esse ratio potest, cur alii eum petram*

Isai. 53.

Habas. 3.

Rom. 79.

ibid.

Bb. 3.

scam.

scandalis & lapidem offensionis vocarint, in quem increduli & in fide errantes impingerent.

Fides Christiana duo de Deo tradit.

Quod quo melius intelligatur, notandum est cum Christiana fides duo de Deo doceat, penitus tamen inter se contraria, & a se mutuo nimium quantum discrepantia; vnum sublime & eximium, alterum vero vile & abiectum, hinc quidem Deum, omnipotentem esse cæli terræq; conditorem; viuorum ac mortuorum iudicem, totius vniuersi conseruatorem, hominum patrem tutoremq; & summum Angelorum regem: illinc vero, eumdem ipsum humanam naturam assumpsisse, inter bestias nasci, a Iudæis ad mortem condemnari, a Scribis & Phariseis accusari, in cruce deniq; mori voluisse: notandum inquam est, ambo hæc, tam ob illorum amplitudinē magnitudinemq; quam ob horum vilitatem & contemptum, ad intelligendum ac comprehendendum esse difficillima. Atque hoc innuebat Psalmographus dicens, *Ascendit vsque ad calos, & descendit vsque ad abyssos*: eo quod maxima Dei opera ad calos vsq; ascendant, humilia vero ad imas terræ abyssos pertingant, vtraq; porro longis interuallis ingenii nostri captum excedant.

Psal. 106.

Dei humilitas nō min⁹ admirabilis q̄ maiestas. *Isai. 6.*

In cuius rei signum Seraphini illius admirabilis ala non modo Dei faciē, sed pedes quoq; velasse describuntur. *Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes.* Vnde colligitur, non sublimia solum quæ in Deo dicuntur, nobis occulta esse, ingeniiq; aciem excedere, quæ per faciem illius designantur: sed ima et profunda, quorum figura sunt pedes. Proxime aut ad figuram hanc allusisse videtur Psalmographus canens: *Ascendit super Cherubin & volauit super pennas ventorum, & caligo sub pedibus eius.* Cum super Cherubin Deum ascendisse, superque ventorum pennas volasse dicit, innuit eū opera fecisse, quæ omnem humanam sapientiam excedant: cum vero caliginem sub pedibus illius commorari ait, & nubes ostendit opera eum quoq; edidisse, quæ humilitate sua omnē hominum captum superent. A deo autem hæc abscondita sunt, vt ab vllō mortalium nec videri nec intelligi queant.

Psal. 17.

Veteres Philosophi Christi humanitatem

Hinc factum est, vt Philosophi veteres, atque adeo omnes sapientes, hæc ingenii sui acie penetrare non valentes, rationem in consilium adhibuerint, naturales causas inquis-

rint, sensusq; exteriores consulerint: ideoq; non potuerunt eadem argumentis impetere, & velut impossibilia condemnare, conati sunt. Exemplo sit impius Celsus, quem Origenes huiusmodi passionem Christi argumentō impntiū scribit: Humilitas & passio Iesu Christi, vel absolute necessaria fuit, vel voluntaria tantū: si necessaria: ergo potentia illius non absoluta, sed limitata fuit, cum non mori non posset: si voluntate propria inductus mori voluit, magna profecto dementiæ argumentum fuit, ob hominem ingratiſſimum, tanta & talia perpetrati. Vnde efficitur, in quiete, Christum vel fatuum, vel exiguæ potestatis fuisse, ac proinde verum Deum non existere: Deus enim & sapientiæ infinite, & immense potentia est. Quam inania ac fragilia tela tua sunt Celse, quam futilia argumenta tua ō humana Philosophia: respicis siquidem mortem, non vero amorem illius: quem si penitus perspectū haberes, nunquam profecto diceres, fieri non posse, Deum hominum causa mortē subire: Ignoras siquidē aliquē ē Prophetis nostris vaticinādo dixisse, *Dedit diuini amoris abyſſus* erga homines, *voce suam*: id est patefecit se: & mox humanæ sapientiæ *altitudo* admirando manus suas tenuit & sustulit, vt quidem Gregorius exponit.

Lib. 1. contra Celsum.

Dicendū est igitur, vestri omnium, ō Philosophi sæculum ispirantes, sapientiā confundendo, opinionēs exhibilando, Christum sponte, vltro, voluntate sua inductum, non vero aliquo coactum, aut necessario, mortem optentisse: atq; in sententiæ nostræ stabilitentū varia Prophetarum veterum vaticinia depromimus. Dicit enim *Isaias*, *Oblatus est, quia ipse voluit.* Et Psalmista: *sacrificium & oblationem noluisti, corpus a. adaptasti mihi.* Deus meus *Solui, & q. de Christo Iesu* Apostolus ad Hebræos exposuit, quin & ipse de se in Euangelio testatus est, *Ego enim vitam meam pono pro ouibus meis.*

Mors Christi sponte ac voluntaria fuit.

*Isai. 53. Psal. 9. Hebr. 10.*

*Ioan. 10. 2. Reg. 6.*

Hoc autem cum Christo stulta hæc mundi sapientia, humana ratio, & Philosophia hæc exterior & nuda penitus, agere censenda est, quod Michol Saulis filia cum coniuge suo Dauid, hæc enim cum eminus ē fenestra maritum, regis exuuiis exutum, ac plebeia indutum lacerna, coram Arca Domini subsilentem exultantemque cerneret, in animo eum stultescere censuit, cuiusq; agendi rationem irrisit. Christi

Christus animas nostras cælo inferturns Dauidem regem arcam Testamenti in palatium suum inducere gestientem, quam proxime imitatus est: splendendum quippe diuinitatis paludamentum exiit, & seruillem sibi tunicam circumcinxit, *Formam serui accipiens, & habitu inuentus ut homo*: at mundus hoc explodit, hincq; Seruatoris irridendi, & operum illius exsibilandorum occasionem captat.

At inanis hæc mundi Philosophia non nisi mera hic est ignorantia, ratio humana merus stupor, sensus exterior insensatus, sophisticus & caligans, omniaque argumenta e rerum natura petita inania sunt & caduca. Vnde Apostolus magnus in Christi schola hoc de ipsa testimonium depromit: *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditiones hominum, secundum elementa mundi huius, & non secundum spiritum.* Quamobrem dicite Philosophi, Theologi, & mundi sapientes cum Psalmista, *Non est similis tui in diu Domine, bonitate & natura, & non est se. undum opera tua.*

Longior hoc in exordio consulto fui, quod Christo olim de morte sua & passione, omnibusque Ierolymæ sibi euenturis apud Apostolos agente, dicendo, *Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia qua scripta sunt per Prophetas de filio hominis*: Euangelista mysterii huius enarrator mox subiiciat, *& ipsi nihil horum intellexerunt.* Omnia hæc Euangelio præsentia continentur: quod vt commodo vestro exponam, prima orationis parte sacram Christi passionem complectar: secunda eximium illud quod ibidem refertur, prodigium, de cæci oculis restitutis, recensabo.

Quod ad primum igitur spectat, refert Euangelista, Christum quadam die duodecim Apostolis secretò assumtis, rerum fortunæque suæ statim expositurum, his eos verbis compellasse: *Ecce ascendimus Iero, olymam, & consummabuntur omnia que scripta sunt per Prophetas de filio hominis.* id est, Hora iam in proximo imminet: qua in manus hostium tradetur deridebitur, flagellabitur, conspuetur & morti adiudicabitur. Vnde euidenter apparet, mortis eum horam & tempus præsciuisse, cum omnē passionis seriem tam enucleate, omniaq; pœnarum genera tam exacte recenscat: deinde,

vere Deum fuisse, futura & ferenda pro hominum salute, quæ longo ante tempore nouerat præsignando.

Sponsa in Canticis hoc de sponso elogium habet, *Ecce iste venit saluens in montibus, transiliens colles, similis est dilectus meus caprea hinnuloque ceruorum*; per laborum & difficultatum montes subsultanti. Poterat sane Deus aliam & tritiorum in homine redimendo viam insistere: si nimirum immortalē, impassibilemque naturam, licet humanam, assumpisset, & in illa suos à dæmonis potestate vindicasset: quod profecto, si modo voluisset, sine vlla difficultate subeunda, nullos labores pœnalque tolerando, facere potuisset, sed regia hæc relicta via, angustam illam passionis semitam insistere voluit, & viam mortis, per crucis cruciatu, per opprobria & flagella, veluti per scopulos & præfractos quosdam anfractus, collesque præcipites, incedens, vt ita euidentis amoris sui testimonium daret.

Ceterum caprea comparatur, primo ob mortem quam subiit: quod animal hoc ex lepre comparatur.

quod mortem suam præuiderit. Nā vt caprea acutissimi visus est, ita Christus rerum omnium præscientia, qua à Patre donatus erat, eminus præuiderit, ac dudum ante suis enarrauit, quos in passione cruciatus & tormenta subiturus esset. Ad quam referenda haud dubie sunt verba illa Prophetæ, *Antefaciam eius ibit mors, egredietur diabolus ante pedes eius.* Tunc autem antefaciam Christi mors iuisse censenda est, quando eam percepit, & è longe venturam vidit. Porro oculis eius mors obiecta dicitur, quomanius manifestum fiat, eam ab ipso præcognitam & præuisam & diabolus pedibus illius prostratus quod superandus ille, domandus & debellandus per crucem illius esset, è quibus omnibus ardentem illius amorem & dilectionem singularem colligere est.

Abraham Patriarcha vnicum filium Isaac in montis culmine immolaturus, alterum silentio inuoluit, quin & filium, qui tamen præcipuus tragoediæ huius auctor futura esset, conscium rei tantæ esse noluit: adeo vt, eum dum simuliter carperent, filius, vbinā victima esset holocausto destinata, quæsiuisset, aliud non responderit, quā, *Deus providebit sibi victima.*

Philip. 2.

Solof. 2.

Ps. 85.

II. Christus passionis tempus præsciuit. Luc. 18.

Cant. 2.

Habac. 2.

Gen. 22.

max.



*nam filii mi.* Sciebat liquidem, ipsam a mortis imaginem apprehensionemque maiorem filio thocrorem & pallorem, quam immolationem ipsam, inculturam. At Pater celestis, ab hac humana commiseratione nimium quantum alienus, filium iam inde à primo conceptionis momento mortis & genus & tempus præcognoscere voluit. Audiamus ut hodie de eadem coram Apostolis loquatur, *Ecco ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur, &c.*

Non enim cum filio suo fecit, ut David rex olim cum suo, qui benignum admodum se erga Ammon filium, sororis Thamar violatorem & constupratorem gessit: ait enim *2. Reg. 13.* Scriptura, *Cum audisset rex David verba hæc contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Ammon filii.* At Pater æternus longe diuersum iter insistens, quo filii sui ærumnas tristitiamque aggravaret, & dolores vehementiores redderet, crucis amaritudinem ac Caluarie supplicia prægustanda ac prælibanda quodammodo, illum dudum ante in mente habere voluit.

Non imitatur etiam pravam illam mundanorum consuetudinam, quæ hodie plerisque in locis inolevit: dum nimirum parentes, nimium indulgentes, in filios, licet aliorum vitia flagitiaque eos viderint assumere, non animadvertunt. Cuiusce rei præclarum in libris Regum legere est exemplum, quo Abigail, iratum Davidem ob Nabali manti inhumanitatem stoliditatemque placans, inducitur, dicens, *In me sit, Domine mi, hæc inquit: ne ponat, oro, Dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal, quoniam secundum nomen suum stultus est:* quibus verbis omnem iram regis placavit, adeo ut conceptam vindictam sepulserit, & cum eo in gratiam redierit. Pater autem æternus aliter omnino videtur egisse: videns enim dilectum sibi filium omnium in se delicta commissaque suscepisse, tantum abest, ut iram deponat, armaque exuat, ut etiam in ipsum eadem dirigat, ad mortem illum condemnet, crucem quoque & passionem nullo non tempore illi ob oculos ponat, adeo ut etiam iter faciens earundem meminerit, dum *Luc. 18.* Apostolis suis eadem patefacit dicens, *Ecco ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, &c.*

Sponsus ille Canticorum varia in sponsam encomia congerens, his eam inter cetera *Cant. 7.* compellat, *Coma capiti tui sicut purpura regis iuncta canalibus.* Verba quidem hæc obscura sunt & mystice intelligenda, sed tamen genuinum eorum sensum eliciamus sponsæ caput ipse est Christus, cuius coma continue *Christus de passione sua semper cogitans.* sunt cogitationes: sed purpuræ regis canalibus & torrentibus proxima, persimiles: a primo enim sanctissimæ conceptionis instanti, in vtero etiam Deiparæ, sanguinem quem effundere, virgas quas perpeti, mortem quam oppetere debebat, semper præ oculis habebat: quin & assidue ac nullo non loco de iisdem loquebatur. Purpura igitur sanguinis illius symbolum est & canales, sanguineorum torrentium in passione profundendorum. Vere inquam, de iisdem semper apud suos loquebatur, ut & è loco illo Ioannis manifestum redditur, *Mandatum accepi à patre meo: & co- Ioan. 14.* arbor donec adimpleam illud: nihil autem aliud mandatum hoc est, quam Patris voluntas, qua illum in cruce pro hominum salute mortem occumbere volebat. Deinde & alio loco figuras veras fuisse ostendens dixit, *Sicut Ioan. 3.* *Moses exaltravit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Quin & gloriose Transfigurationis tempore, cum in monte Thabor facies eius solis instar gloriose rutilaret, non alios illum habuisse sermones Evangelista tradit, quam de excessu suo è vita, morte, tormentis, passione, suppliciiisque crucis, *Loque- Ioh. 8.* *batur de excessu.* Paulo quoque assertore, dum baptismum suscepit à Ioanne, in mortis id suæ signum & memoriam suscepit. S. Eucharistia quoque Sacramentum instituens, in *Rom. 6.* *mortis suæ commemorationem quotiescunque eadem sumenda esset, sumi eam præcepit, ut idem ad Corinthios testatur Apostolus, Quotiescunque manducabitis panem hunc, & ca- 1. Cor. 11.* *licem bibes, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Merito igitur sponsus, tuas & dilectæ mi, comas purpuræ regis simillimas esse ait: semper enim de morte tua meditaris, semper de sanguine tuo loqueris, omnesque cogitationes tuæ non nisi de cruce & passione sunt, quin & hodie dum Ierosolymam tendis, in via de eadem coram Apostolis agis, *Ecco ascendi- Luc. 18.* *mus Ierosolymam,*

Tecum igitur cogita, anima mea, quomodo dilectus tuus in toto illo itinere Ierofolymam versus, non nisi de morte cogitet, non nisi de amara passione quæ in foribus iam erat & proxima sermonem instituat. Vnde colligere potes, Christum quavis, teste Apostolo, non nisi semel mortuus sit, ac non nisi semel cum morte in crucis arbore luctatus: intrinsicus tamen semper & in animo ab eadem fuisse cruciatum, atque assiduo lancinatum, & toto vitæ tempore mortem semper expertum esse, feralis hæc & lugubris cogitatio eum utiq; comitata est inimicitias perennes & implacabiles cum ipso gessit, nullam requiem indulsit, semper ac nullo non tempore eum prosequendo, viuentemq; etiamnum feralibus iaculis impetendo. Adeo ut tui causa mortem semper in vlnis gestarit, ita tamen ut mors & vita in ipso pares semper existerint, eodemq; natæ tempore. Importuna namq; hæc cogitatio, iam inde a primo incarnationis eius exordio incipiens nunquam eum deseruit: sed ut fida comes lateri illius semper adhesit, non prius ab illo recedens quam in cruce tandem expiraret.

Hoc nempe olim de Messia vaticinans canit Isaias, *Parvulus natus est nobis cuius principatus super humum eius.* Non de alio autem principatu hic & imperio Propheta locutus intelligitur, quam de cruce: de qua alio in loco scriptum est, *Regnabit à ligno David;* ipsa etenim regni illius principium & origo fuit, ipsa omnium triumphorum & trophæorum causa: ab illa eorum sumpsit corona illa imperialis & diadema gloriæ, nomen illud quod est super omne nomen, item huiusmodi illa omnium creaturarum subiectio; qua eum ut Dominum agnoscunt, celestibus, terrestribus & inferis eius se maiestati suppliciter, in submissionis signum, peruoventibus, de qua ibidem Apostolus ait, *In nomine Iesu omne genua flectantur: celestium, terrestrium & infernorum.* Deniq; à cruce initium habuit nonnum illud regnum & numerosa illa Christianorum colonia ac generatio, quæ in infinitum breuissimo tempore excrevit ut Propheta de illa exclamans dicat, *Generationem eius quis enarrabit?* Ut igitur ad propositam deuoletur materia oratio: puer hic iam inde ab incunabulis sceptrum regum & principatum suum super humerum gestabat, quod

Tom. 1. Pars Hyemalis.

Christus à primo conceptionis momento, crucem, mortem ac passionem cogitationum suarum humeris sustineret.

Augustinus, Africa decus & ornamentum verba illa Psalmographi, *Sol cognouit occasum suum,* exponens, ad Christum Iesum solem iustitiæ eadem transtulit: quod sol ille celestis, lampas illa empyrea, oculus mundi, fax orbis nulla rerum cognitione sit præditus. Ut autem figurate & tropologice hæc intelligatur, verus ille terra cœliq; sol Christus tunc occasum suum cognouisse dicendus est, dum mortem & amaram passionis tragœdiâ longo ante præsciuit tempore, ac ita cognouisse, ut semper ob oculos & in memoria archiuo eadem haberet, ac nullo non loco & tempore de iisdem loqueretur: etiã in itinere, ut hoc die apud Apostolos suos, cum Hierofolymam ascenderet. *Ecco ascendimus Hierofolymam,* etc. Luc. 18.

Quo properas Iesu dulcissime? quo tendis mitissime mundi redemptor? crucem illam instantem non metuis? mortem imminente non reformidas? tot præparata supplicia & tormenta non te exanimat? Hic nimirum cum Salomone exclamandum, *Aqua multa tribulationum non potuerunt caritatem tuam extinguere.* Cant. 8. Magnus ille Scipio, cum in carcerem coniectus esset, quod exercitus pop. Romani illius negligentia deleti & casti essent, a Lucio, amici sui calum miserante, carceribus clam, non tamen sine presenti eum suo tum alterius periculo seductus est. Cuius amoris magnitudinem & robur Valer. demirat<sup>r</sup> exclamat, *Proh! magnum & inexsuperabile numen amicitia.* & profecto non sine iniuria. Nam, licet omnes Scipionem Romani ad mortem, invidia ducti, deposcerent: vnius Lucii amor & dilectio tamen præualebat, & carceribus, nequidquam freudente omnium odio & vindicta desiderio, eum exemit, plusq; mihi credite, sincerus amici affectus & animus, quam omnium Romanorum odia & invidia potuit. Hæc quidem Romæ: ac maiori sane cum ratione de te, o mundi Redemptor Christe, hic exclamandum. Tu enim es sincerus ille Lucius, fidus ille Amicus, qui summo cum vitæ periculo hominem, quem tantopere diligebas, æternis carceribus eduxisti: tui vnus amor maiores pfecto vires habuit, q̄ ut omnes demonum minæ, ini-

C c

mici

Rom. 6.

Isai. 9.

Christi principatus crux est.

Philip. 2.

Isai. 55.

micitiæ mundi, odiq; tartari irconciliabilia impedire poterint. Hic scilicet amor est, qui hodie impulsus sine vilo tormentorum metu, ait, *Eccc ascendimus ierosolymam.*

*Luc 18.*

Christi passio pre oculis semper habenda.

Hinc discamus oportet, Christiani mortis Iesu Christi ducis nostri, quam diu in vite huius itinere versamus, semper meminisse, & nunquam eius memoriã deponere, discamus inquam, semper de eadem loqui, eiusq; miseratione, dum suppliciorum grauitatē & pœnarum acerbiter attendimus, tangi. An non enim graue & molestum homini sincero foret, alium iniuste rei alicuius, q̄ tamen ipse patrasset, accusatū, ad necem rapi videre: an non conscientia stimulante exclamaret, Particite innocuo ciues, parcite, in me conuertite ferrum? quemadmodū olim locutū contat regem David, cum Angelum ferro accinctum per omnes regni Israeliticæ fines sequentem & in innocuos grassantē vidit, sciret tamen sua vnius culpa tantā innoxiorum vbiq; stragem edī, hinc lachrymans exclamat, *Ego sum qui peccavi, ego qui inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt?* perinde ac si dixisset: Eheu quā tristem tragœdiã contemplet, quam graue animo meo accidit, subditos vbiq; locorū sparsos tam grauitate castigari, flagellis eadē quæ ipse promerui, pœnas lasciuia meã debitas exsoluere. Tu vero ô Angele à Deo ad hanc castigationem delegate, diuinæ iustitiæ vindex, in me furorē conuerte, me pete, iræ tuæ tela in corpus hoc meum detorque, ipse peccavi, deliqui ipse, culpa mea est, ac proinde ipse pœna & supplicio dignus; non autem subditorum, qui instar ouium innocui sunt & immunes in culpa.

*2. Reg. 14.*

Et est profecto triste ac funestū, innocentem videre morti adiudicatū, ac pœnam luentē quam non admisit; hinc Salomon ne hoc iniustitiæ nomine male apud suos audiret, inter cetera quæ à Deo in solemnī templi sui dedicatione postulabat, enixissime & summis votis cōtendit, vt in iudicando suum cuiq; ius tribuere posset, & huic secundum innocentiam absolueret, & illum pro delicti grauitate castigare. Verba orationis hæc sunt: *Iudicabis seruos tuos, cōdemnans impium, & reddens viam suam super caput eius; iustus autē iustitiam suam, & r. tribuens ei secundum iustitiam suam.*

*3. Reg. 8.*

Et bene, mea quidem sententia; ne quæ forte rei natura & veritate nō perspecta, perperam cōdemnaret, & innocentes ad supplicium traherentur. Cum igitur Christus Dei filius, sine vlla criminis suspitione, mortuus sit, nos tamen crimen ipsum admiserimus, & supplicium proinde promeruerimus; an non ingemiscendum & illo expirante suspirandum?

O miserum! & quam maxime deplorandum, tam paucos nimirū hodie reperiri, qui pro doloris sensu intrinsecus ob Domini sui mortem & casum moueantur! cuius rei indignitatē deplorans Isaias ait: *Perit iustus, Isai. 17. & non est qui recogit in corde suo.* Non de omnibus in genere iustis Propheta hic loqui censendus, aut de iis qui vt plurimum hodie iusti nuncupantur; at de Christo, qui & solus natura sua iustus est, & iustitia animas nostras exornat; de quo scriptum est, *Deus iudicium tuum Regi dā; & alibi, Rorate coeli de super, & nubes pluant iustum.* Sanguineis igitur deplorandum est lachrymis, neminē, iusto hoc in cruce moriente, nulloq; admisso crimine pœnas luente, ad lachrymas aut commiserationem cōmoueri, neminem in funere illius tristissimo lugubres & pullas vestes induere.

Israelitides omnes, audita tristi Saulis in montibus Gelboe in conflictu Philistinorum nece, luctum induerunt, & mortem illius lachrymis sunt prosecuta; Saul quippe eas cocciat, teste Scriptura, vere vestiebat in delictis, & ornamenta aurea ad cultum earum præbebat. Maiori profecto cum ratione in filii Dei morte plorandum, audito tristi cum passione in monte Caluarie expiraturum, eum inquam, qui animas nostras exornat, & gratia ornamentis condecorat & vestit.

*2. Reg. 2.*

Asael, cursor ille velocissimus, qui pernici pedū velocitate cum ceruis certaret, cum ab Abner in inguine hasta percussus in terram mortuus concidisset, omnes qui in comitatu illius erant & præcurrentem sequebatur, viso duce tantum, tamq; strenuū exanimem in terra, instar gregarii alicuius iacere, sanguine foedatum, & è vulnere expirantem; attoniti substitere; Omnesq; qui transibant per locum illum, in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, sustabant. Si ducis vnius qui aliquod sibi bello

bello nomē pepererat, suisq; carus erat mors comilitones in tantū percellere & lancinare potuit: quomodo nos afficiat ac commoueat necesse est mors & passio Christi, Regis regū, insignis illius Afaelis, cursoris in stadio virtutū velocissimi, de quo agens Psalmographus canit, *Exultauit ut gigas ad currendum viam, à summo celo egressio eius!* Quis n. non ingemiscat, quis nō doleat, & admiretur; videns regū regē tanta in paupertate mori, in cruce extensum, eidem instar latronis affixū? an nō vere res lacrymis suspiriisque dignissima est? an non beneficium, cuius memoriam animo semper insculptam nos gerere necesse sit?

*Plutarch.* Interrogatus olim Philosophus, quid quā citissime in homine senesceret, Beneficium, inquit, vt scitum hoc Philosophi responsum proposito adaptem, dicendum est, insignem ingratitudinis in homine, notam esse, si diuinorum beneficiorum, ac præsertim eius quod in passione in mōte Caluariae à Domino cōsecutus est, statim obliuiscatur; adeo vt de illo illud Psalmogr. usurpari merito queat: *Obliti sunt beneficiorum eius, mirabilem quā ostendit eis:* quo loco de Hebræorum obpercepta beneficia ingratitudine agitur.

*Psalm. 17.* *Obliti sunt beneficiorum eius, mirabilem quā ostendit eis:* quo loco de Hebræorum obpercepta beneficia ingratitudine agitur.

*Gen. 41.* Ioseph Patriarcha ad summos honores euectus cum esset: sciretq; hominum beneficia recepta vt plurimum obliuiscerentur ingratitudinem; posteros gratitudinē docere volēs, noua & inusitata ratione vsus est, duobus enim filiis maioribus natus, nomina hoc denotantia imposuit: Maiori namq; nomen fuit Ephraim, id est, abundantia, alteri vero Manasses, id est, obliuio. Prudenter profecto & apposite: insinuare volens in rerum abundantia & beneficiorum affluentia homines Dei plerumque obliuisci, donorumque acceptorum memoriam perdere.

*2. Reg. 8.* Inter ceteros Davidis regis domesticos & seruos fuit quidam Iosaphat nomine, à commentariis & memoria, vt qui regi, grauioribus occupato negotiis, rerum agendarum caudandarumque memoriam reficere: habebant quippe reges veteres seruum, cui ex officio incumbere regi in memoriam fidelia subditorum singulorum obsequia reuocare. Vt hinc mysterium aliquod etiam, inter omnes animā nostrā, quæ vere regina appellari que-

at, pedissequas ac famulas, id est, potentias & facultates, memoriæ partes esse dico, beneficiorum à Deo acceptorum semper recordari, vt ita ingentes ei gratiæ referantur.

Nauis quando in portum appulit, ne forte à ventorum subito exorientium turbinibus dissipetur, & in portu naufragium patiat, quatuor grandioribus alligari anchoris conuenit. Anima quoque nostra, quo Deo suo semper obsequatur, & obtemperet, quatuor anchoris, ne vagetur, retinenda est; prima sit stabile non amplius peccandi, vitæq; emendanda propositum. Secunda, assidua oratio. Tertia, frequens Sacramentorū vsus. Quarta, perpetua diuinorū beneficiorum & præsertim redemptionis nostræ consideratio. Animæ suæ familiā hoc modo moderabatur Dauid rex cum diceret: *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea.*

Perpetuum in altari ignem olim esse voluit Deus, quem & à sacerdotibus tabernaculo deseruentibus foueri voluit, noua ligna semper prima luce subministrando. Si figura hæc in veritatem vertatur, dico Deum etiamnum hodie velle, vt in cordis nostri ara vehementis amoris flamma semper colluceat: quæ quo perpes sit ac nunquam intermoriatur, Ecclesiam admonet, vt filiis suis diuina beneficia, ac præsertim redemptionis humanæ & mortis Iesu Christi, in mentem reuocet, hæc enim velut ligna sunt & fomes materiaque, quæ spirituale hunc ignem, & diuini amoris flammam fouent & nutriunt. Hinc toties de ipso redēptor noster agit, & Apostolis ipsum in mentem vocat: *Ecce ascendimus Ierosolymam* *Luc. 18.* *& consummabuntur omnia.*

Sed ò rem deplorandam & lamentis expiandam! omnia sancta hæc instituta infracta Cum Deus sunt, pia illa consuetudines violata, diuino ad passionē rum beneficiorū memoria ex animis hominū se preparat euauit: & licet vnigenitus Dei filius Ierosolymam hodie ascendat, mysteria crucis, mortis & passionis suæ aspiciatur; homo tamē incumbat, vice versa, sine vllō sensu, mundi se voluptatibus immergit, dissolutiones consecratur, lasciuire, ineptire incipit, prauisque affectibus & genio indulgendo, in sui ipsius interitū vltro ruit. Atque vt Absalomo aduersus patrem cornu erigente, & in regni statū eburnante

*Psalm. 118.*

*Leuit. 6.*

*Luc. 18.*

IV.

2. Reg. 15. rante, ac bello rem cōmittere audente, omnis propemodum populus à Dauide desciscens, conuratorum partes secutus est: ira hodie in hac nostra Gallia, hac ipsa die, omnes propemodum, relicto Deo & templis eius, die inq̄ lasciuia ac voluptatum, scelerata & Circea mundi agmina sequuntur, qui aduersus Deū arma mouit, & ab eo turpi se schismate & diuisione sequestrauit, pauci autē Christi vexilla prodeuntia comitantur, pauci crucem eius stipant, de passione cogitant, in morte illius lugent, sacraque mysteria meditantur.

Apo. 17. Abominandam olim Ioannes meretricem vidit, aquis multis insidentem (id est, variis nationib. dominantē,) poculū aureū, immūditie & abominatione plenū manu preferentem, cuius incestuoso cōcubitu se omnes terræ reges polluebant, & cuius poculo omnes mundi incolæ inebriati, vinū prostitutionis & iniquitatis execrandę eructabant. Cuiusnā vero, vestro iudicio, meretricia hæc imago est, nisi voluptatis & dissolutionis, quā hūc diebus omnes propemodū homines amplectūtur, parui non secus ac magni, & cuius deliciarū vino mulieres non minus q̄ vini ebriæ Mandam inftar bacchantur & furunt?

Ierem. 9. Hisce igitur diebus cum Ieremia, dum populum Israel voluptatibus immersum, & laticiuie olim indulgentem cerneret, exclamare possumus: *Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum & relinquam populum meum, & recedam ab eis quia omnes adulteri sunt & cætes prauaricatorum.* Loquitur hic, vt loqui prudēs & frugi seruus familias solet, dū videns bona domini dilapidari, familiam perperam administrari, resq; domesticas inutiliter consumi, secum ait: Ad vltimas vtinam mundi plagas delatus sim, aut in deserta aliqua solitudine obscurus delitecam, ne tantam rerum domini dilapidationē, & profusionem oculis hisce videre cogar. Eo quis, obsecro, est hodie, humana salutis studiosus & sitiens, qui, cum tanta scandala, dissolutiones, lubricitates, committuntur; videat, templa inquam deserta, plateas laruatis oppletas, mentas aleis & chartis coopertas, aulas & atria tripudiis & fasciis cantu reboantia, omnia denique vitia laxatis habentis prouentia: non potest a

mundo secretus, extra anni solisque vias, viuere, aut in ignota aliqua solitudine sequestratus velit delitescere.

Idem autem Redemptori nostro hodie videtur accidere: quod olim Dauidi regi: hic enim cum persequentem Absalomum fugerit, & nudipes & capite aperto in montem Oliueti secederet, omnisq; eum populus lacrymis abeuntem, in magni affectus testimonium, prosequeretur: *Egre diebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gaiæ procedebatq; egrediens, & maledicebat, murebatq; lapidis contra Dauid.* Hoc ipsum hisce diebus Christo Iesu à mundanis irrogatur: montem enim Caluarie ascensurus, tristis & afflictus atque morti adeo proximus, quem vniuersa Ecclesia lamentis & lugubri cantico hodie prosequitur, à tot nefariis Semei, à tot sceleratis peccatorib. variis iniuriis & opprobriis afficitur, & flagitiorum lapidibus impetitur, nemo autē vlla eius cōmiseratione tangitur, aut patienti ex intimo animi affectu cōdolet.

Tob. 1. Tobie senioris pietas & religio in eo potissimum commendatur, quod cōtribulibus ad vitulos aureos quos Ieroboam erexerat, properantibus, & idololatriam exercentibus horum ipse consortia deuiteret, & in Ierusalem, Deū celi adoraturus occulte secederet. Sanctum hunc virum imitando, in eo potissimum verum se quis Christianum demonstrat, quod, ceteris lusum & delicias consecrantibus, vanitates quærentibus dissolutis, & ineptientibus, Christum sequatur ad mortem vsque vitia deserat, Ecclesias frequentet, & Deum quærat.

Hoc scilicet modo nunc vita instituenda est, nunc sacra Domini passio mente reuoluenda, nunc aliquis compassionis sensus induendus, & afflictionis pars assumenda. Ideo factum existimo, quod Deifilius vltimam passionis calicem non euacuarit, sed nobis quam biberemus partem reliquit, nam *Calix in manus Domini, vini meri, plenus mixto: seruntamen fex vitæ non est extinguita, bibent ex eo omnes peccatores terræ.* Amara profecto potio, quam tamen meracissimam, nulla consolationis aqua dilutam, Saluator ebibit: quod, crucis tormenta pura nemine optulante, pœnamque leuante, percellus sit. Vnde per Psalmistam dictum

2. Reg. 16.

Tob. 1.

Veri Christiani nota.

Psal. 74.

*Pal. 41.* dictū est: *Abyssus abyssum innocat in voce cataractarum suarum. Omnia a excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.* Id est, tam graves dolores & cruciatus passionis meæ fuerunt, ut vere abyssus vocari queant, quam ut perferam, abyssus quaedam est contra patientiæ opus est: nam decumani irarum tuarum fluctus tanto in me impetu deuoluti sunt, ut vires meas naturales obruturi fuissent, nisi diuinitatis vis & anchora naufragium impediissent, *Omnia excelsa tua, &c.* Id est: nullum graue tormentum in orbe fuit, nullus enormis cruciatus, quin in me vnicum vires exeruerit, & grauissimas in animo meo tempestatas exciuerit. At nobis vinū hoc mixtum, & dilutum præbitor: si enim ærumnis pressi gemimus & angustiis circumundique vallamur, consolationes sint in proximo, & prior angustia molestiaque ab iisdem mox excipiuntur. Vnde Psalmographus: *secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolatur onus tua lætificauerunt animam meam.* Quisquis demum sit sapor, mixtus an merus, aliqua tamen nobis portio bibenda venit.

*Num. 1. 4-7.* Israelitis cū vniuersa multitudine castrifera, de loco in locum proficiscentibus, sacramque suppellestem deferentibus, Leuitis tabernaculi vtensiliūq; eius gestatio demandata erat, vnoquoque partem aliquam deferente. De passione Domini idem penitus sentiendum est, & vnusquisque partem eius aliquam pro virtutum modulo in humeros assumat: quod fecisse Apostolus apud nos se gloriatur, dicens, *Adimpleo quæ supersunt passionum eius:* id est, Christus calicem passionis habendum suscipiens, solus bibere noluit: at nos dolorum cruciatuumq; participes voluit esse partemq; aliquam assumere: equidem, ait Apostolus, ipse subibo humeris, & quantum humanæ quidem vires permittent, tormentorum illius reliquias perficiam, & quæ complenda restant passionis, libenter adimplebo.

Saul cum Philisthis quotidie prælio decertante, egregium facinus Ionathas filius eius & hæres, ausus est: nam cum hostes, in montis cliuo & Hrael in planitie castrametati essent armigerum suum compellauit, dicens, *Veni & transeamus ad stationem Philistinorum quæ est trans locum istum.* Quo annuente, &

animos domino etiam adente, magno cum labore prærupta montis ambo transcendunt, & Philistim castra ingressi, magnam circumquaque stragem edunt, multis excubitorum obruncatis. Arrigite aures Allegoricorum sensuum indagatores, Ionathas hic regni Israelitici hæres, imago fuit Iesu Christi Redemptoris nostri: quem armiger, id est vniuersus Christianorum cœtus, consequitur; ipse in infernalem aciem & principes tenebrarum expugnaturus, ut homo pone subeat, desiderat, simulque in castra hostilia, collatis cum duce viribus grauetur, & in partem aliquam laboris veniat.

Audite & plura. Christus omnem passionis suæ feriem enarrans, omnemque tragediam illam ab exordio texens Gentibus se tradendum asserit. Fuit enim non modicus Redemptori cruciatus, quod Iudæi filii illius carissimi cum barbaris & gentilibus in necem suam conspirarent, & ad mortem quærerent. Vt non exigua Sauli regi olim afflictio & crux fuit, quod dilectus filius Ionathas cum hoste suo iuratissimo Dauide fœdus iniisset, illum ut alterum se, patris nequidquam frendente inuidia, complecteretur: ideoque indignans ait: *Coniurastis omnes aduersus me, & non est qui mihi reuertatur? maxime cum & filius meus fœdus iniurii cum filio Isai?*

Nulla igitur acerbior aut maior parari Christo crux potuit, quam vbi a suis se tradentibus, vbi dilectum sibi populum ciues Ierolymitanos, imo & fratres cum Romanis in ruinam & necem suam conspirasse, vidit. Dudum id antea per Prophetam suum prædixerat: *Extraneus factus sum fratribus meis & peregrinus filius matris meæ.*

Nathan Propheta cum Dauidi Regi duorum grauissimorum criminum adulterii, & homicidii, enormitatem ob oculos poneret, potissimum in illis exaggerauit quod Vriam virum integerrimum gladio barbarorum & alienigenarum interficiendum curasset. *Et occidisti eum gladio filiorum Ammon.* Non enim tam graue fuisset aut ignominiosum si contribulum suorum aut amicorum armis occidisset. Ita Christus ærumnarum suarum catalogum texens: recensensque minutatim quidquid in passione sibi esset euenturum, in

V.

1. Reg. 22.

Graue Christo fuit in Gentium manu incidisse.

Psal. 68.

1. R.

primis quod in Gentium manus delapsurus esset conquireretur.

*Gen. 37.* Moyses peccatum & ingratitude[m] Iosephi fratrem exaggerans, qui odio & invidia acti, in innocenti necem coniurauerant, ait eos fratres Ismaelitis alienigenis, infidelibus & incircumcisis, forte illac transeuntibus in seruum vendidisse. Christus etiam inimicorum suorum crudelitatem passionisque acerbitatem exaggerans, ait se, Iosephi iustar, in manus Gentium & infidelium tradendū, *Tradetur gentibus.*

*1. Reg. 10.* Dauid à Saule ad necem quaesitus & nullo non loco pressus, quadam die apud amicorum integerrimum Ionatham de tanta crudelitate conuictus est, *Si est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me.* Grauius ac crudelius, scilicet iudicans, inimici manibus quam amici occumbere. Eiusdem opinionis videtur & fuisse Redemptor noster, nec tantum mors illi allatura tormentum, si Iudaei illam, & non Gentes intulissent. Ideoque solem suam deplorans, ait Gentibus se tradendum, & in earum manus consignandum.

*Luc. 18.* *Et illudetur.* Praesagierat hoc longo antea tempore Psalmographus, & dixit, *Ego autem sum (praesens loco futuri positum est) Sermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis: omnes videntes me deriserunt.* Huc etiam referri commode videtur posse, vaticinium illud Isaiae: *Ut faceret opus suum, alienum est opus eius ab eo: ut faceret opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* Fecit enim Deus opus redemptionis nostrae patraturus, multa exotica & peregrina, & à terribili maiestate sua nimium quantum aliena: an non enim opus peregrinum & numquam haecenus visum & à diuina maiestate alienissimum fuerit, Deum latronis instar comprehendere, instar malefici ad mortem condemnari, instar sicarii patibulo suffigi, & ab omnibus hominibus illudi?

*Isai. 28.* *Et illudetur.* Praeclaram huiusce figuram in Deuteronomio legimus: eo namque loco praecipit Dominus, ut fratre sine liberis moriente, alter viduam fratris ad suscitandū semen propagandamque familiam duceret: quam si ille ducere detrectaret, coram iudi-

*Luc. 18.* *Dent. 25.* *Et illudetur.* Praeclaram huiusce figuram in Deuteronomio legimus: eo namque loco praecipit Dominus, ut fratre sine liberis moriente, alter viduam fratris ad suscitandū semen propagandamque familiam duceret: quam si ille ducere detrectaret, coram iudi-

cibus & senioribus populi ab illa citabatur, qui si in sententia perucax persisteret, & nuptias repudiaret, à muliere in vultu conspuebatur, quae calcamentum illius de pede in ludibrium tollebat, *Accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calcamentum de pede eius spuerq, in faciem eius.* Moses Synagogam veterem sibi in uxorem copulauerat, & qua nullos susceperat liberos, qui in hereditatem caelestem possent succedere, aut ad quos huius matrimonii iure, paterna & sempiterna illa possessio caelorum deuolueretur; de quibus Ioannes Euangelista hunc in modum locutus est, *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Christus igitur, ad quem spirituale semen (quod non potuerat Moses) suscitare spectabat, Synagogam ob superbiam, ingratitude[m], auaritiā, aliāque innumera peccata deformatam, ducere detrectat, Ecclesiae suae dilectissimae & charissimae amore incensus. Hinc Synagoga varias in eum congrit iniurias, & opprobria, coram iudicibus, senioribus, magistratibusque insigni eum afficit ignominia, in sacrum illius vultum, Angelis tremendum, propudiosissima sputa erudit, illudic velato, colaphis in ignominiam cecidit, nec solum calcamenta pedibus abstulit, sed vestibus etiam denudauit, nudum & inopem in crucis patibulo, in Caluariae monte erecto, mori cogens. Haec fuere, Auditores, quae circa primum concionis huius membrum mihi dicenda in mentem venerant, alterum iam aggrediar, de singulari hoc Domini miraculo acturus.

Christo igitur Ierolimam, in qua passurum & moriturum se sciebat, concedente, & in itinere de funesta mortis suae tragoedia agente; cū haud procul ab vrbe Ierichuntina abisset, caecus prope viam sedens, & stipem à transeuntibus exigens, audito pedum strepitu, alta in clamare voce coepit, *Iesu fili Dauid, miserere mei.* Quam graue autem sit, oculis & lumine orbatum esse, pius ille senex Tobias testabitur, qui quod oculos amisisset, omnia se amisisse existimabat: hinc lacrymans & suspirans dicebat, *Quale gaudium Tob. 5. mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cali non video?* Duo autem caecitatis genera sunt, corporis

IV.

Ingens caecitatis malum.

Luc. 18.

potius unum, alterum animæ: quorum hoc illo deterius ac periculosius: si enim potentiarum & facultatum excellentia per obiecta ostenditur, & oculorum corporaliū obiectum sint res corporeæ sensibiles, animæ vero Deus ipse; necessario hinc sequitur, tanto cæcitatem animæ maiorem ac deteriore[m] esse, quanto Deus solus omnia temporalia antecedit.

S. Antonius Eremita, referente Palladio, cum quodam tempore Didymum, eremi ite in colam, sed oculis orbaturū visitaret, eumque magno animi sensu & fervore de rebus cælestibus loquentem audiisset; rogavit numnam hæc ei cæcitas molestiam afferret; Imo mox ille pectore graue traxit suspirium ingemiscendoque sine vlla voce respondit: ingentem animi dolorem, quem cæcitas causaretur, testatus. Tū Antonius, fieri ne potest pater venerande, molestiam tibi aliquam cæcitate[m] adferre, & graue esse, oculis orbaturū viuere, qui tibi cum formicis cōmunes sunt: è contra vero, te non lætari ob oculos, quos cum Angelis communes habes.

Cæcitas siquidem adeo gratis & infelix est, vt non nisi in grauissimorum scelerum flagellum correptionemque eandem immittere Deus consueuerit. Hinc cum Isaias Propheta Dominum exercituum sublimi insidentem throno, & alto subnixum folio cerneret, populū vero rebellem murmurantemque tam illustri indignum visione iudicaret, Dominum orauit, illius vt cor exæcicaret, oculos densa caligine obnubilaret, ne videas videret, & audiens cognosceret. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius clauda, ne forte videat oculos suos.* Atque hæc quidem occasione cæci huius, *Cæcus quidam sedebat secus viam.*

Cæcitas malum.

Isai. 8.

Enc. 18.

Imperfectio- nes naturales vitia non esse: sed tantum admirabilia quadam effecta, quibus Deus eos, quibus hæc accidunt, mundi periculis & discrimenibus immunes præstat. Constat enim pulchritudine venustatemque corporis exteriorem, ipsas etiam dotes naturæ possidentibus præsentissima nonnunquam adferre pericula, ac damna grauissima: exempli gratia pedum velocitas & pernitas Asæli cursori in pernitiem fuit

1. Reg. 2.

& interitum, casaries stana & rutilans Absalom in laqueum & restim. Dinæ pulchritudo causa constuprationis & raptus, Samsoni vires captiuitatem ceteraque; infortunia attulere. E contra vero sæpe Deus, idque non sine singulari clementiæ & amoris argumento, cæcos, claudos, mancos, debiles, tortuosos, aliosque deformes nasci permittit, quo natura hæc illis deformitas ad maiorem meritum segetem cedat, elatos animos compefcatur, iterque ad cælestem beatitudinem pandat.

Hæc igitur, hisque similia immittere & permittit consuevit Deus, vt quibus obuenere, salutem eo melius suam consequantur: hominem solent quippe defectus & imperfectiones naturales humilitatem & animi demissionem vt plurimum causari, & insolentes animos altaque spirantes compefcere, atque intra rationis & moderationis limites continere. Quod euidenter in Isoboth videre licet: hic enim claudus quod esset, & pedibus iam inde ab incunabulis debilis, quamuis Ionathæ filius esset, & Saul auum iactaret, sanguine denique Regum Israel oriundus, nihil se faciebat, & canis loco habendum censebat, *Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexisti, vper canem mortuum similem mihi?*

Defectus naturales in primis humiliant.

Adde insuper, Deum consulto, idque ad maius animarum emolumentum, salutisque progressum, imperfectiones has immittere has ad molere: & non omnibus promiscue, ac cui visum fuerit: vni quidem oculos eripit, ne munda & mundum amplius intueatur: qui intus ritus damnationisque forsitan causa extitisset: alterum pedibus debilem efficit, ne Deum fugiat, atque ita animæ damnationem incurrat: alterius manus debilitat, quibus Deo resistendo ingens animæ periculum creasset. Atque huc respiciebat Dominus, cum in Evangelio suis diceret, *Quod si oculus tuus scandalisz at te, eice eum: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duas oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Et si candalisz auerit te manus tua, absconde eam: bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem.

Deus imperfectiones has ad molere: & non omnibus promiscue, ac cui visum fuerit: vni quidem oculos eripit, ne munda & mundum amplius intueatur: qui intus ritus damnationisque forsitan causa extitisset: alterum pedibus debilem efficit, ne Deum fugiat, atque ita animæ damnationem incurrat: alterius manus debilitat, quibus Deo resistendo ingens animæ periculum creasset.

Nemini autem huiusmodi defectus aut vitio verti aut ignominiose exprobrari debent. Hoc nempe imprimis in sacra scriptura Spiritus expromitur.

Nemini naturales defectus exprobrantur.



*Eccles. 7.* ritus S. prohibet: ait enim Ecclesiasticus, *Non irrides nomen in amaritudine animae, est enim qui humiliat & exaltat circūspector Deus.* Scio, Auditores, scio pravam hodie apud plerōsq; consuetudinem inualuisse, qua debili, manco & distorto naturæ defectus, & vitia corporis quamprimum magno cum pudore & infamia exprobrantur. Vti fecisse olim constat, Phenennam, de qua in Libris Regū, quæ Annæ piissimæ matronæ sterilitatem naturalem exprobrasse legitur: *affligebat quoque eam amula eius & vehementer angebat, in tantum ut exprobraret quod Dominus conclusisset & solvam eius.* At non ita fecisse comperiuntur, qui hic Dominum Ierosolymam proficiscentem comitati sunt, dum cæcum hunc in via sedentē conspiciunt, quamuis ut taceat compescunt, defectum tamen oculorum ei vitio non vertunt.

*Luc. 8.* Cæcus quidam sedebat secus viam. Cæcus hic quantum ex historiæ serie manifestum redditur: mendicus fuit ac stipē postulans à transeuntibus: animosus tamen & audax fuisse dignoscitur: quod velut viarū custos & excubitor hodie cōstitutus, Christum illac transeuntem, meridie, coram vniuersa quæ eum sequebatur multitudine, obnixè obtestetur, sui vt misereatur, benignitatēq; loculos exerat, & ne quidquam frendentibus Iudeis, qui odio in Saluatorem plusquā Vatiniano ardebant, oculorum restitutionē postulet, postulatorumq; compos fiat. Et sane fatale quid inesse cecitati videtur: plures enim tam in sacris quam in prophanis occurrent historiis, cæci aut coelites, & rebus gerendis strenui, & parva bello gloria nobiles: vt in primis Philippus Macedonū Rex, Annibal Carthaginensium, Romanorum Sertorius, Lacedæmoniorum dux Antigonus: aliq; & numero infiniti & gloria celebres, qui omnes oculo vnō amisso deformes exstiterē & coelites. Patriarcha autem Isaac, Abias Propheta, Samson Hebræorum fortissimus, & senum ornamentum & gloria Tobias, oculis penitus orbati fuerē: quatuor inquam viri sanctissimi, & totidem duces fortissimi, Quintus hic viarum sedet custos, & summa voce Iesu transeunte clamat

*Luc. 18.* Domine vt videam.  
Hic, obsecro, notate, vt pauper hic cæcus,

stipem ab omnibus quotidie poscere solitus, oculorum vsū à Iesu Christo postulet, qua nulla maior erogari elemosyna queat. Tam exigua enim hominum potentia est, tamque angustis limitibus circumscripta, & eorum loculi adeo tenues, vt non nisi mediæ necessitatum nostrarum parti queant succurrere: multa quidem pollicentur, at parum admodum, imo sæpe nihil, præstant; linguam habent, at non manus. Deus autem linguam habet & manus ambas; illam quidem, qua misericordiam promittat ac respondeat; has vero quibus eandem mundo elargiatur. Vnde bene, meo quidem iudicio, Salomonem dixisse Deum orando apparet. *Qui præstitisti seruo tuo Dan d patri meo quacunque locutus fueras ei, & qua ore promiseras, opere completisti.* Solus igitur Deus loculos locupletissimos & refertissimos habet, quibus omnium inopiæ & necessitati quam abundantissime potest satisfacere.

Sapienter igitur Ioram rex mulieri fame propemodum enectæ respondisse censendus est: dū enim illa opportune regi occlamarer, *Saluame, Domine mi rex;* mox ille subintulit, *Non saluet te Dominus. Vnde te possum saluare de area vel de torculari?* quasi dixisset: Dei hoc est, & in sola illius potestate, non autem regia situm. Qua enim me tibi putas posse ratione opitulari? Credidne me imperare posse nubibus vt pluuiā tibi exoptatā distillent; aut elementis cœliq; influxibus, quo anni tempora conuertant; communē naturæ cursum inuertant? Licet enim rex sim; anne naturam in manu mea sitā putas? egone tempora immutem? soli imperem? calores accelerem? frigus dispellam? omnia enim hæc in Dei manu sita sunt, ipse potest omnia; hominum enim potestas limitata, Dei solius infinita. Hinc efficaciter admodum cæcus hic à Iesu Domino postulat, quod à nemine mortalium impetrare se posse sciret.

*Domine vt videam.* Per aureum illud candelastrū, q; Zacharias Propheta vidisse se narrat, in quo septē accensæ lucernæ fuisse perhibentur, omnes propemodū Christū Iesum intelligi credunt; qui septemplici obrufos impiorum oculos, septem etiam mortalium scelerum sordibus excecatos, ratione illustrat & illuminat. Humilitate si quidem, superbiorum, mundi

Cæci aliquot & coelites strenui recentur.

Hominum potestas & igua.

2. Paral. 1.

4. Reg. 6. Hominum potestas cum scripua.

Luc. 18. Zach. 4.

mundi contemptu, auarorum, impudicorum, castitate & continentia, iracundorum, blanditiis; gulonum, temperantia, inuidorum, amore, & acediosorum oculos, diligentia illuminat & aperit. Unde beate de eodem Ioannes Euangelista dixisse visus est, *Erant lux vera, qua illum nat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Amos 1.

Amos 3. in Cant.

Origenes secundum Canticum caput exponens, non ob aliam ait causam sponfam dilectum suum capere similem esse dixisse, quam quod in corde animalis huius, salutaris humor quidam & liquor delitescat, oculis & visui admodum illustrando utilis, & obtusam eorundem aciem exacuens. Quo illa exemplo è natura perito edocere voluit nihil citius corde diuino, quam promptam quandam hominum illuminandorum, & tenebrarum ab animarum oculis dispellendarum voluntatem emanare. Quod probe cæcus hic noster perfectum habens, alta inclamat voce: Domine oculorum mihi visum restitue: *fac ut Videam*, alta inquam voce, adeo ut omnes obrundat, molestiamque audientibus generet, qui silentium indixeret; *Turba autem prateruentium impediabat eum ne clamaret.*

VII. Luc. 8. Sape fit, vt frequens admodum, quam maxime deplorat Deum randum est. Sape enim fieri videmus, vt ii, nos deduce qui nobis in infirmitatibus nostris succurrere deberent, cum ad Deum accedere contendimus & illuminari poscimus, deberent, impedimento sint, accedendique occasiones præscindant, cuius rei præclaram in libris Regum historiam legimus David rex cum honoris diuini zelo succensus Ierosolymam, Goliadam; nomen Dei viuientis blasphemantem debellaturus, tenderet: Eliab frater eius, natu maximus, eum à cæpto retrahere conabatur, adeo vt etiam calumniaretur & reuerentis eum puerilis coargueret. *Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas illas oves tuas in deserto? ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui.*

1. Reg. 17.

Amos 4. 1. Peccatum graue est,

Secundo Amos capite scriptum hunc graphum, aut potius intricatum vaticinium legere est: *Super tribus sceleribus filiorum Amos Tom. 1. Pars Hyemalis.*

*mon, & super quartum non conuertam eum, eo sancta pio, quod dissecuerit pragnantes Galaad, Galaaditiorum desideres pragnantes vere appellari queunt aniritia impedi- ma, qua sancta proponunt, vitæq; emenda- re. tionem & sancta desideria intrinsecus concipiunt; quas qui dissecare aut opprimere gestiunt; na illi grauissimi se coram Deo criminis reos constituunt. Id est qui comminando, affligendo, persequendo, adulandoq; aut alia quapiam arte aut techna pios impediunt ne pergant vltius, & sancta eorum proposita infringunt, eosque à vita salutis, diabolico quodam conatu, auertere machinantur; difficillime à Deo delicti veniam consequuntur, quos similes esse censeo Euangelii huius hominibus, cæcum hunc, oculorum vltum postulantem, obtundere, clamantique obstrepere conantibus.*

*Turba prateruentium impediabat eum ne clamaret. Luc. 18.*

Pessimum profecto consilium, dum impeditur conatur ne salutem postulet sibi que medicamen petendo consulat: prauorum consiliatorum hi imago sunt, qui tum in oculis regum, tum vnicuique nostrum quotidie adherent. Quicumque enim aliis consulere præsumit, bene consulat necesse est, sincereque incedat & genuinum animi candorem omnibus in rebus præferat. Princeps ille Apocalypseos regio insidere throno visus viginti quatuor seniores, velut consiliarios & consultores: in circuitu habebat, vestimentis albis circumamictos. Duo autem eorum schema notanda includit. Primum quod seniores essent & ætate prouecti; senectus enim sapientiæ schola. Secundo quod candidas induit vestes, quas Ambrosius puritatis symbolum putat esse. Consiliarius n. candide & puro corde vtilia, rebusque publicis salutaria consulat oportet. Hic itidem candor pacis signum est, & concordie argumentum quam prudens semper consulere debet consiliarius, non autem bella, discordiam, sanguinisque profusionem.

Hoc ipsum veteres olim etiam indicarunt, *Hen. Fam. cum templum Consilii subterraneum, ve lib. 1. de simp. quidam prodidere, esse voluerunt, necesse reip. est enim consilia terra velut obrui & sepeliri, accelerari, donec effectum sortiantur. Erant eodem*

D d eodem

Consiliarii eodem in fano caudida quædam aquila, cri-  
regibus pa- stam gallinaceam diuersicolore habes; de-  
cem suade- notabat hæc, consiliarios regibus & princi-  
ant. pibus, (quorum aquilæ imago sunt,) quamuis  
gallis omnium avium pugnacissimis pugna-  
ciores forent, pacem potius & concordiam;  
quam bellum aut seditiones, suadere de-  
bere.

Victoria pa- Erat etiam apud eosdem gentiles victo-  
eis tempore ria, pacis tempore relata, aut pacifice non fu-  
gloriosior, so sanguine, parva, gloriosior, maioriq; tri-  
quam belli- umpho digna, quam quæ multo parata san-  
guine, armorumque viribus erat. Hinc La-  
cedæmonij, stratagemate aliquo, aut arte,  
aut industria victoriam adepti, nullo effuso  
cruore, hostique parcendo, bouem Marti in  
gratiarum actionem immolarunt; cruentam  
vero consecuti, & cum aliqua sanguinis effu-  
sione, solum ei gallum gallinacum offere-  
bant.

Quicumq; Qui enim fiat, vt, qui non nisi sanguinem  
passioni ex- spitat, armis delectatur & conflictibus, cæ-  
positus be- dibus hominum saginatur, atque humanum  
ne consule- cruore sitit; pacē Principibus suadeat, adq; con-  
re nequit. cordiam adhortetur? At quicumq; Consilia-  
Ierem. 29. rij dignitate præditus, inq; regum consilium  
In var. adlectus est, ipsius Dei cogitationes, deside-  
riaque habere debet, de se namq; Deus apud  
Prophetam ait: *Ego cogito cogitationes pacis, &  
non afflictionis, aut belli.*

Historia. Apud Persas, vt quidem *Ælianus* prodi-  
dit, mos erat quotiescunq; in rebus perplexis  
ac dubijs consulendum esset, laminam aureã  
in terra ponit, cui consilium datæ grus insiste-  
bat, quod si salutare & utile reip. esset, lami-  
nam hanc in præmium accipiebat; si vero no-  
xium ac perniciosum, magna cum infamia  
plateatim virgarum supplicium luebat.

Ex. ex. 1. Anima illa mystica, de quibus *Ezechiel*  
vaticinatur, quæque magnum illum currum  
ducebant, plantam pedum habebant similem  
vitulinæ; *Plantam pedis eorum quasi plantam pedis  
visuli* Hieroglyphicis hic denotatur, Con-  
siliarios qui regni currum & habenas mo-  
derantur, præcipites Principum animos, &  
effervescentes eorum motus, consiliorum  
suorum pondere prudentique lentitudine &  
sergine exaltatione sistere ac retinere oportere.

Quod Imperatores nonnulli, & imprimis  
Augustus: egressio hoc emblemate designa-  
runt, cum Delphinum natatorem illum ce-  
lestrimum, graui anchoræ affixere inscribendo,  
*Festina lente.*

Atq; ideo forsitan Heliopolitæ bouem vt Heliopoli-  
Deum adorant; quod bos consilij imago te bouem  
& symbolum esset. Huc etiam facere vide- adorabant.  
tur, quod de boue refert *Aristoteles*: tra- Lib. de ani-  
dit enim, bouem, si cornua oleo vngantur, mal. natura.  
numquam defatigandum, quamuis grauissi-  
mos labores subeat. Quod vt proposito no-  
stro adaptemus, dicendum, si consilia, quæ in  
veruce, & capite aliquo reip. habitant, pau-  
xillo oleo vngantur, id est, si odio, passione  
praua, omni inordinato affectu vacent, si pri-  
uatum non intueamur commodum, si cru-  
delitatem nõ spirent, sed solam pacem & mi-  
sericordiam, (cuius oliua symbolum est,) re-  
spiciant; subditos, qui reip. pedes quodam-  
modo sunt, nunquam opprimendos, vel de-  
fatigandos, quamuis fortuna aduersitate ex-  
agrentur. Hæc de consilio consiliarijsq; ideo  
potissimum dicta sunt, quod videam turbas  
has pessime cæcæ huius consulere, & omni stu-  
dio impedire ne *Christum* inelamet, oculo-  
rumque usum postulet; & quod longe dete-  
rius, increpare vt taceat.

Vt cætera quæ huc referri queant, omi- Qui garru-  
ramus, non sine iniuria videntur turbæ ca- litate sua  
cum hunc increpasse vt taceret, cum eos & impediunt,  
clamando obtunderet, & impedire quo mi- ne alij con-  
nus Dominum per viam docentem verba- cionatoræ  
que vita proponentem, audirent. Merito audiant, re-  
igitur reprehendendi sunt illi, qui grauissi- prehendem-  
ma cæcitate percussi, inque salutis via cæcu- di sunt.  
tientes, hodie per plateas, & in templis cla-  
mantes, impediunt, quo minus pij verbum  
Dei audiant. Hinc sponsus in Canticis filias  
Ierusalem coniurat, ne dilectam somno de-  
tentam euigilent, *Adiuuro vos si ierusalem per- Cant. 3.  
capreas ceruosque camporum, n. suscitatis, ne-  
que euigilar. faciatris dilectam, donec ipsa ve-  
lit.* Per animalia bruta & rationis vsu priua-  
ta easdem conturat, vt bestiis illos dete-  
riores esse innuat, qui vociferando alijs im-  
pedimento sunt: à quo animalia ipsa ni-  
mum quantum abhorrent; ipsa enim si cla-  
ment,

ment, non nisi per desertum & in montibus clamare & boarum edere solent, ubi nemini clamando aures obrundunt. Cæcus tamen hic excusandus, quod in via sanitatem & oculorum usum, quæ imprimis ei necessaria sunt, rogans, vociferetur: quin & illo nomine commendandus, quod recuperato lumine, & sanitate recepta, medicatorem suum quamprimum sequatur, eiusque potentiam & artem magnificat, oculos recuperatos ad demirandum, & linguam ad præconia illius decantanda impendens. *Et cōfessim vidit & sequebatur illum magnificans Deum.*

Luc 18.

Quod non nisi gratuito & miraculose nobis datur, Deo debetur.

Insignis & vere laudabilis cæce, qui ab oculis tibi restituitis occasionem sumis, in divinas laudes excurrendi! notat quippe Lucas, non elementa, non camporum pulchritudinem, non vrbes & castella eum curiosè intuitum esse, sed Christum attentius considerasse, illumque per omnem viam esse secutum. Et profecto vitam hanc quam vivimus, sanitatem qua fruimur, soli Deo impendere, eiusque visibus, & obsequio dedicare par est: atque illam imprimis, & iure meritiſſimo, quæ gratuito nobis & miraculo aliquo donata est, ob hanc quippe nihil naturæ, sed Deo plurimum debemus; nec terræ, sed cælo, ea ipsa accepta ferenda est.

1 Reg. 5.

Naaman Syrus cum se diuinitus & miraculo à lepra mundatum cerneret, sanctissime in Elisei manus iuravit, nulli alij quam Deo Israel & vero, quem omnia elementa venerantur, holocausta se oblaturum: Verba voti sunt hæc, *Non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis, alienis nisi Domino.* Et merito, cum enim sanitatem & lepræ mundationem cœlitus obtinisset, & per Elisei consilium miraculose pristinae valerudini restitutus esset; ingratus profecto audisset, si alterius quam solus datoris restitutorisque obsequio; corporis membra impendisset.

1 Reg 10.

Quanta religione, quamque pie, credendum est, Ezechiam regem quindecim vitæ annos, à Domino in prolongationem, obstupescens natura & ferum ordine demittente, datos, impendisse: cum tamen hodie plerosque contrarium facere videamus: qui

mox ut sanitati restituti sunt, & à gravi periculo præservati, quæ eorum ingratitude & perueritas est, in benefactorem ingrati longe grauius quam prius eum ad iracundiam prævocant. In quo se Sauli Regi perſimiles demonstrant, qui Philistæorum manibus ereptus, & ab hostili incurſu immunis, Dauidem innocuum bello laceſſiuit & profecutus est. Sed ingens hæc & infamis ingritudinis nota declinanda, & cæci huius gratitudo potius imitanda.

Ad quam vos omnes hodie, Auditores, Concluse.

adhortor, simulque amice moneo, passionis Dominicæ ut assidue recordemini, eam animo iugiter voluatis, omni loco & tempore de eadem loquamini, & præsertim interea dum vitæ huius iter decurritis: plorate, hic hoc tempore & hisce diebus cum Domino de morte eius & cruce agite; nolite sequi filios mundi huius, nolite per vicos & plateas discurrere lymphantes & bacehantes, nolite ineptire & lasciuire, fugite ineptas delicias voluptatesque sæculi. Quis enim rideat, cum filium Dei lachrymantem & suspirantem videat, quis voluptatibus indulgeat, cum Christum Iesum de morte subeunda & quidem atrocissima, loquentem audiat? Absit, absit, inquam, huiusmodi in vobis ineptiam reperiri. At vos cæci peccatores, qui hoc in mundo stiperam quodammodo poscitis, cum hodie Christum transeuntem auditis, cum eius mortem, & crucem & passionem annuntiar, cum illū ob peccata vestra cruci affixum intelligitis; oculorum usum ab eo dem petite, clamate, per agros & vrbes vociferemini, orate visum ut restituat, gratiamque elargiatur, quo peccatorum turpitudinem ac sordes aspicere & intueri valeatis.

Hoc nimirum hodie, omnipotens & misericors Pater, enixe à te postulamus, hoc vnicè deposcimus: hæc sunt vota nostra & preces. Gratiā igitur præsta, tuæ ut passionis semper recordemur; crux tua & amara mors perpetuo nobis ob oculos versentur: sumus enim omnes hic mendici, & gratiæ tuæ stiperam secus viam tentationum, tribulationum, miseriarum, flagitiorumque, quæ confragosæ & lapidosæ mundi huius viæ

D d 3 sunt,

sunt, postulamus; omnes oculis capti sumus & excæcati, hic quidem à pravo suo affectu, ille à voluntatibus & deliciis carnalibus; alter denique à pravo rerum terrenarum amore. Hem Iesu fili David, miserere nostri, sana nos & misericordiam ostende. Mundus quidem interea dum ad te clamamus, dum opem tuam postulamus, dum auxilium deposcimus, ne clamemus, impedit, indignatur, & increpat: sed, quæ nostra importuni-

tas est, ideo clamare non desinemus, aut postulâdo desistemus, at si oculos restituas, si caliginem & tenebras, in quibus versamur, dispellas, in æternum te prædicabimus, tuæque præconia nullo non tempore decantabimus; expectantes interim, donec in altero te mundo, ubi vera beatitudo est, ad quam nos S. Trinitas deducere dignetur, laudare & benedicere valeamus. Amen.



CONCE